HIPPOLYTI DE MARSILIIS BONONIENSIS,

IVRISCONSVLTORVM SVI TEMPORIS CLARISSIMI,

Singularia.

HAC NOVISSIMA EDITIONE ITA EMENDATA, erroribusq́; quamplurimis, quibus ſcatebant expurgata, genuinæq́; ſuæ lectioni reſtituta, vt nil amplius in ipſis deſiderandum ſuperſit.

CVM SVMMARIIS, ET INDICE COPIOSISSIMIS, vt in alijs hactenus impreſſis.



VENETIIS, MDLXXXV.

HIPPOLYTI DE MARSILIIS BONONIENSIS I.C. PRAESTANTISSIMI,

Singularia.

1 ARgumentum à communiter accidẽtibus validum eſt in iure.l.certi condictio.§.ſi nummos. ff.ſi cer.peta.l.certi iuris. C. de iud. l. iuriſgentium.§.pactorum. ff. de pac. l.palam.§.ſi qua cauponam. ff. de ritu nuptia.notabi.eſt tex. in l.in fideicommiſſi.poſt princ.ff.de vſur. & in l.ſi pactum.in fi.ibi,pleruncq;.ff.de proba.c.prudentiam.ver.vt ſolet.extra de offi.dele.gl.in l.neq; natales.C de prob.glo.& ibi Bal.in l.cum dotem.C.de iure dot. Bal.in l.conuenticulam.C.de epiſc.& cle.& in auth.habita.C. ne filius pro patre.cum ſim.& teneas menti quòd hæc regula eſt adeo vera,quod non ſolum habet locum in ciuilib.cauſis,ſed etiam criminalibus. [Vide Bal.conſi.20.in verſi. incip. Duo fratres vnus maior.& Socy.conſi.46. incip. In præſenti conſultatione.] Et ideo dixit ſingulariter Pet.de Anch.in eleganti conſi.ſuo 23. incip. Viſa inquiſitione formata contra Philip.in 2.col.verſi.præterea.aduertendum ſe habuiſſe de facto quòd quidam erat confeſſus maleficium per tormenta, & tamen Poteſtas,& eius curia dicebant, quod cõfeſſus erat ſponte ſine tormento:iſte autem tortus non poterat probare torturam,quia quando fuerat tortus,nemo aderat niſi famuli Poteſtatis.dicit ibi Petr.de Anch.quòd Bal.conſuluit in contingentia facti,quem ipſe etiam ſequitur; quod ille fuerat tortus,& hoc per argum.à communiter accidentibus, nã iſti Poteſtates terrarum cõmuniter ponunt homines ad torturam nocturno tempore nemine ibi exiſtente,quod eſt valde no. [& faciunt etiam no.verba Bal.in l.obſeruare.in §.proficiſci.in 13.q.ff.de offic.proconſ.ibi videas.& idem dixit Ale. in conſi.189.incip.In cauſa & lite.in 3.colum.in 6.volum.] Et iſtud conſilium Bal. in ordine eſt 679. & incip. Præmittendum eſt ꝙ interdum tortura,&c.in 6.vol. & idem conſuluit ipſe Bal. & melius,& clarius,in conſi. ſuo 17 .in eo.vol. inci. Tres ſunt caſus &c. Et illud conſilium Pet.de Anchar. refert & ſequitur D.Alex.in conſi.ſuo 275. ſecundum ord. meum incip.Viſo themate.circa fi.Et Do.Paris de Puteo,in trac.ſuo ſyndi.in 96.char.in 3.colum.verſi.quidam fuit tortus. Et pro hoc dicto faciunt optime dicta per Bald.in l.1.C. ne ex delic. defunc.vbi dixit quod aſſeſſores videntur homicidæ, quia in camera torquent & poſtea ad banchum faciunt ſcribi quod ſponte confeſſus eſt. [Pro quo facit not. verbum Bal. in l. 2. C.de cuſto.reo.in verſi.& ideo aſſeſſores.vbi dicit quod quado ſcriptura dicit quod reus eſt ſponte confeſſus,quod talis ſcriptura vt plurimum eſt falſa.] Et faciunt dicta per Barb.in conſi.ſuo 70. incip. Viſo puncto.3.colum.in 4.vol.& faciunt dicta per Bal. in addi. Spec.in tit.de appe.in 4.col. in princ. & per Saly. in l.in illa ſtipulatione. in fi.ff.de verbor.oblig. Facit etiam,nam ad probandum torturam, & ſic confeſſionem coactam,& non ſpontaneam, cum iſtud ſit difficile valde,vt dixi,admittitur probatio per coniecturas,ſecundum D.Ant. in c.veniens.el 1. extra de teſti.in vlt.col.& Ioan.de Imo. in c. veniens.de verb.ſignif. [Et Bal.in auth. quas actiones. in vlt. colum.C.de ſacroſanct.eccle.& Alex.in conſi.77. inc. In cauſa.in fi.in 8.colum.] de quo latiſſime dixi in repe.mea.l.fi.C. de prob.in 66.char. circa med. vbi videas. quæ omnia tene menti, quia ſunt quotidiana,& ego alias pluries habui in facto dum eſſem ſyndicator officialium Ducis Mediolani, &c. Et teneas etiam menti, quod adeo eſt vera iſta regula,videlicet & argumentum à communiter accidentibus validum eſt in iure,quod locus à communiter accidentibus facit indicium indubitatum. ita ſingu.dixit Bald.in addi.Spe.in tit.de ſenten. in antepen.colum.in ver.ad mortem.quod eſt ſingulariter no.ad multa.

2 Si plures fideiuſſores intercedunt pro aliquo omnes pariter ſunt obligati niſi renunciauerit beneficio epiſtolæ diui Hadriani,vel beneficio nouæ conſtitutionis de duobus reis, vt habetur in l.3. C. de fideiuſſ.in auth. hoc ita.C.de duobus reis. & per Specu.in tit.de renun. fi. concluſione. circa med. Scias tamen quod ſi plures rei debendi conſtituerentur,attamen ſi in rei veritate ad vnũm tantum peruenit pecunia,alij habentur in loco fideiuſſorum, & gaudent beneficio fideiuſſorum, ita ſingulariter dixit Guil.de Cu.in l. ſed Iulianus. §.idem ait ſi duos. per illum tex. ff. ad Maced. ad quod alleg. etiam glo. in Authen. de fideiuſſ.§. 1. quod dictum pro valde notab. refert,& ſequitur Ludo.Roma. in conſi. ſuo 114. incip. Viſis ſupra conſultis, &c. in princ. quod eſt not. & idem firmat Io.de Ana.in conſi.ſuo 9.incipien.In queſtione iſta. vbi no.loquitur, & alia in hac materia ibi dicit quæ videas omnino, & idem tenet Alex.in l.Marcellus.ff.de fideiu. & D.Franc.Are.in conſi.ſuo 33.incip. Conſultatio præmiſſa. in 1.col.quod dictum tamen limita & reſtringe vt per eundem D.Fran.Are.in prædicto conſi.ſuo 33.in 5.col. in verſic. prima eſt ꝙ licet &c. [Et vide quæ dixi in repe. mea rubr. ff. de fideiuſ.in 12.col.poſt med.]

3 Ad hoc vt ad carcerationem debitoris perueniri poſſit eſt non ſolum neceſſaria excuſſio ipſius debitoris, ſed etiam fideiuſſoris eius, cum & fideiuſſoris facultates quo ad effectum ſolutionis eius debiti pro quo fideiuſſit facultates ipſius debitoris aggregatę cenſeãtur. iſte eſt tex.valde no.in l.ſi plures.in §.pręterea.el 2.ff.de fideiuſ.quem tex.ad hoc propoſitum allegauit Ludo.Roma.in conſi.ſuo 320.incip. Hæc iſtorum quinq; &c.in prin.

4 Quamuis aliquo caſu ſententia contra vnum lata præiudicet alteri, tamen tene menti perpetuo, quod talis ſententia nunquam præiudicabit alteri ſi lata fuerit in contumaciam partis ſe non defendentis, quia tunc præſumptio iuris eſt quòd talis ſententia ſit lata propter contumaciam, non autem propter ius, iſte eſt tex.in l.præſes.C.de pign. & in l.ſi ideo.ff.de euic.& in l.Papinianus.§.meminiſſe.& in l.repudiãtis.§. fina. de inoffic. teſtam.& in cap.fin.de emptio.& vend. quæ iura ad hoc alleg. Ludo. Roma. in conſi.ſuo 329.incip. præſens conſultatio. in penul. colum. & alleg. etiam Bartol. in l.ſæpe.ff.de re iudi.& in l. res inter alios. C. quibus res iudi. non nocet. & Dom.Anto.in cap. quamuis. de re iudica. pro quibus optime faciunt dicta per Dom. Felyn. in cap. fraternitatis.in 2. colum.verſicu. Tertio fallit. de hære. vbi videas. Et per eundem in c.in literis.in 10. colum.verſicu. pro quo optime facit.de conſtit. & per Bal.in l.1.circa fi. C. de calum. quem vide.& per Socy.in conſi. ſuo 18.incipien. Proſequendo,&c. in 6. colum. [Vide omnino Bal. in l.fina.in ver. quæro hic ſi tabellio. C.de fide inſtrum.&omnino Bal.ſuper ſtatutis. in verbo, bannitus. in 8. colum. in vlt.verſic. vide Cor. in conſi.42. incipien. Videtur.in 1.volum.in vlt.colu. & quæ dixi in conſi.meo incipien. Scientiarum omnium elargitor &c.in 3.& 4.char. & Dom. Alexan.in repe.l.ſæpe.in 19.col. ff. de re iudi.vbi not. loquitur in materia.] Quæ omnia tamen limita & reſtringe, ut per Pau.de Ca.in conſi.ſuo 325. incip. Dicta ſubſtantia. circa fi. & per Nellum in tract.bannit.in 1. parte primi tempo. in 8. quæſtio.circa med. & in eo.tracta. in quarta parte primi tempo. in 2.quæſtio.& in eo.tracta. in 1.parte ſecundi tempo.in 4.quæſt.circa med.& in eo. trac.in eadem prima parte ſecundi tempo.q.34.& ibidem omnino in quæſtio.49. incip. Quæro an tales. per totam illam q. & per D.Fely.in c.cauſam quæ. in 2.colum.de teſti. Et per gl. in verſi.abſens.C.de contrario iud.tut.& Ioan.de Ana.in d. cap. fraternitatis. Et hic adde in materia iſta plura ſingularia dicta cumulata per Dom.Fely. in c.cum Bertholdus.in 9.col.de re iudi.vbi omnino videas,quia prædicta limitat pluribus modis, vt ibi per eum, & vide Math.nota.25.incipien.Nota regulam,&c.Eiuſdem.

5 Regula eſt quòd familiares repelluntur à teſtimonio l. 2. C.de teſti.l.eos.eo.tit.l.idonei,& l.teſtes.ff.eo.tit.& in c. ſi teſtes.§ item eos 4.q.3.cum ſim. Limita tamen hanc regulam duobus modis. Primo,non habere locum in famulo nõ habente ſalarium. quia talis famulus admittitur ad teſtificandũ pro domino. ita ſingulariter dixit Spe in tit de teſte,§. 1. ver. Sed de quo mercenario &c.quod dictum refert & ſequitur Ludo.Roma.in conſi.ſuo 420.incip. Propoſita quæſtio &c, Et non ſunt adhuc duo menſes,quibus ego habui in facto, hoc eſt oſtendi Spec.& Ludo.Rom.in dictis locis, quia pars aduerſa hoc negabat, Pro quibus faciunt optime dicta per D.Fely in c,cum à nobis.in vlt.col. circa fi. extra de teſtibus. Eiuſdem, Secundo limita prædictam regulam non habere locum in familiaribus honeſtæ vitæ, quia tales admittuntur ad teſtificandum non obſtante familiaritate, Ita dicit tex.gl. & Inno.in c.literis,extra de teſti.& Bal.in d.l.2.C.de teſtib. & Ludo.Rom,in d.cõſ.420, incip. Propoſita quæſtio in 2.col. Ad primum tamen dictum vide D.Felyn.in c.in literis. in 2, col.ver.Ex quo datur intelligi,&c.extra de teſti.Eiuſdem,

6 In principe ſemper præſumitur iuſtitia ſeu iuſta cauſa,adeo quod non admittitur probatio in contrarium, vt ſingulariter dixit Cy,in l.reſcripta.C,de preci impera,offer. & in l. fin, C.ſi contra ius vel vti.pub & D.Ant.in c,quæ in eccleſiarum. de conſt. & ibi D.Felyn.in 21,col. [Idem dixit.D.Floria, in l. ſi irruptione.in §.ad officium,in 2.col.ff.finium reg. vide latiſſime per D.Franc Cur,in conſi.ſuo 50.incip. Memoriæ. nu, 130.per vnam col.] Et Ludo.Roma.in conſi.ſuo 436. quod indultum,in 4.colum.quod tamen intellige eſſe verum vel vbi aliquid facit ſpecialiter motu proprio. Sed vbi aliquid reſcriberet ad alterius poſtulationem,tunc illa præſumptio ceſſat,quia tali caſu magis præſumitur ad importunitatem poſtulantis ſcripſiſſe quàm ex ſua voluntate. Ita ſingulariter dixit Ludo,Roma.in d.conſi.ſuo 436.incip. Quod indultum, &c.in 4.colum,allegat quæ habentur in l.1.C,de pet.bo. ſubla.lib. 10.quod eſt nota.quod etiam firmat D,Fely.in d.c.quę in eccleſiarum.in 22.col.ver.Limita quinto &c. Et vide omnino Iaſ,in l,ſi teſtamentum.in 1.col. C. de teſta. & omnino Socy.in conſi,62.incipien. Viſis.in penul.colum.in 4. volu.& idem dixit Ludo,Roma. in repe.l.ſi vero.in §.de viro. in 24. fallen.circa med. ff.ſol.mat,& Socy.in conſ.120.inc Memini &c.in 8.colum in 3.vol.]

7 Communiter per Italiam viget ſtatutum quod contra inſtrumentum guarentigiatum nulla poſſit opponi exceptio, &c, Sed tu ſcias quòd nõ obſtante tali ſtatuto fideiuſſor ſeu correus ex eo inſtrumento conuentus poterit opponere exceptionem cedendarum actionum,quia nunquam intelligitur ſemota exceptio quæ deſcendit ex eo fonte, ex quo petitio & ipſi petitioni ineſt.Ita ſing.dixit Bal.in l,prædijs. C. de eui.& in authen. præſente.C, de fideiuſ. quam doct. pro no, refert & ſequitur Ludo.Roma.in conſi.ſuo 42.inc.Viſis &c. in 2.col.& in conſi.472. incip. In eo,quod quæritur. & Barb, in cap.1.in 44 colum,de offic.ord, de quo latius ſcripſi in l,2. C.de exe. rei iudic,

8 Præſumendum eſt regulariter pro facto papæ, vt habetur in c,propoſuit. de conceſ.præb.per D.Anto.in c.quæ in eccleſiarum. de conſti.per Doct.in l.reſcripta.C. de preci. imp.off, Nam ipſe ſemper præſumitur moueri ex iuſta cauſa, vt in dictis locis, hoc tamen limita non procedere nec eſſe verum vbi papa facit aliquid contra conſtitutionem reſpicientem generalem ſtatum eccleſiæ, nam tunc non eſt ſubſtinendus niſi faciat cũ cauſa magna alijs nota.& eſt neceſſe illam probari,& exprimi,quia alias non præſumitur. Iſtud fuit ſingulare dictum Innoc.in c.quanto.extra de conſue. quod dictum pro ſingul. alleg. & ſequitur Ludou.Roma.conſi.483, incip.Dubitatur.in pen.col.vbi pro hoc alleg.glo.in c,literas. de teſti.ſpo.& in d.c.propoſuit.de conceſ.præben. idem etiã dixit ipſe Ludo,Roma.in conſ.ſuo 499.inc.In præmiſſa. in fi. pen.col.vbi alle.Inn.ſed corrupte,nam h.d.in d.c.quanto. de conſue.& ibi vide Barb.in 14.col.Et vide etiam D. Fely. in ca, nulli.de ſenten.excom.per totum.c.

9 Nemo cogitur ſtare in communione.l.fi.communi diui. l.ſi non ſortem,§,ſi centum.ff.de condi.indebi.l. in hoc iudicium,§.ſi conueniant.ff.communi diui.cum ſimi. Quinimo non valet etiam diſpoſitio teſtatoris in qua mandat hæredibus ſuis quod ſemper ſtent in communione,& in ſocietate. d.§.ſi conueniant.& ita dixit Pau,de Caſt.in d.§.ſi centum. & Dom,Alexan.in conſi.334.ſecundum ordi.meum,incip.Circa primum,&c.in 3. colum, nec etiam cogitur quis ſtare in communione etiam ſi iuraſſet ſtare, ſecundum Old. conſil. 241.incip.Factum tale eſt,paterfamilias. Scias tamen vnum quòd licet in diuiſione bonorum ſufficiat vnum ex ſocijs ꝓuocare, vt habetur in dictis iuribus, & in toto titu. ff. communi diui. Attamen in diuiſione bonorum feudalium ſecus eſt, quia non ſufficit prouocatio iuris vaſalli, ſed debent omnes conuaſalli conuenire,& concordare, alias nõ poteſt fieri diuiſio. ita probat tex. vnicus & ſingu.in c. imperialem. §.præterea ducatus.de prohi.feu.alie.per Fri, in verbo, ſi conſortes voluerunt. ita illum tex.pro ſing. ad hoc propoſitum alleg. Abb.in conſil.ſuo 82.incipien. Conditor omnium, in 6. colum, verſic, Ego tamen notanter dico, vbi etiam adducit glo,iuncto text,in clem,ſæpe, de verbo. ſign.quod eſt no, Et iſtud dictum Abb,refert & ſequitur D.Fely,in c.quæ in eccleſiarum. in 35.col.de conſti,ver.Secundo limitatur. Et illũ tex. ad hoc etiam alle.D.Alex.in conſi,ſuo 7.incip In conſultatione præmiſſa,in prin.in 5.vol.

10 Tu ſcis ꝙ exceptio proueniens ex defectu iuriſdictionis poteſt quandocunque opponi,& etiam poſt tres ſententias cõformes.glo,eſt ſingul.in clem,1.de ſequeſt.poſ.& fruc.quam ſequitur ibi Petr,de Anchar,& Ioan. de Imo. & alij, & illam dixit ſingularem,& eam ſequitur Pet.de Anchar.in conſ.ſuo 272. incipien. De titulis.in vlt,colum.circa med,& Pet.de Anchar,in conſi,ſuo 61. incip. Duplici reſpectu. in fi, & illam ſequitur etiam ipſe Petr.de Anchar.in conſi, 163.incip,De viribus & efficacia.in vlt.col & in conſi. 66.incip. Viſis diligenter. in princ. & Petr.de Anchar.in clem.1.de re iud.Et Bal.in l.ſi quis filio,§.quod ſi quis,ff.de iniuſ.teſtam, & Abb, in cap. epiſcopi.in 1,colum,extra de rebus eccle.non alie. & Angel. in conſi.ſuo 159. incipien, Data interlocutoria,in fi.Et Ang. in conſi,248. incipien, Super primo quæſito. & illam glo. refert & ſequitur Abb.in conſi.ſuo 97.incipien.Attingentia iuris ordinem,& Ludo.Roma.in conſi.42.incipien, Viſis quæ &c.& Barba.in conſi.'20. incipien. Viſo puncto, & his quæ agitata &c.in 3. colum.in 3,volum.& Pau.de Caſt.in l.fi.C,de arbi.& Abb. in conſil.82.incipien. Conditor omnium. in fi, 5.colum. [& Flo.in l.quędam mulier.circa fi.ff.fam. erciſc.& Corſe.in not.incipien.Statuto cauetur quòd à ſententijs &c, ſub verbo,ſtatutum.] & Ange.de Are.in rubr.Inſtit.de exce. in 15,colum. & in §.appellantur.in 9.colum, eod, titu. quem omnino vide.Alexand.in l.1.§.& parui.in 1. colu. circa med, vbi late loquitur.ff.quod vi aut clam.pro qua glo. & eius materia vide Ludo.Roma,in d,conſi.42.& in conſi.115.in fi,Io. de Ana, in conſi.50.in penul.colum.Bal.in addi.Specu.in tit. de ſenten.in 2.char.verſi.ſententia lata à iudice incompetenti,&c. Alexand.in conſi.77.in 5 6.& 7,colum.in 2.volu.Barb, in c.cum in iure.in penul.colum.char. vlti, de offic.dele. Do. Franc.de Are.conſi.45.incipien. Diligenter & maturè. in 7. colum.verſic. Primo quidem,Bal.in l. ,C.ne liceat in vna eademque cau. Ange. in l.1.C. quando prouo. non eſt neceſ. Ange,& Imo, in l,de pupillo,§,qui opus.ff.de oper.no.nunc, Lanfranc.in c.quoniam contra,de proba. Bal. ſuper ſtatutis, in ver,bannitus. in 12.colum,in 4.verſic Bald. in l.teſtamenta omnia.in princ,C. de teſtam, & Dom,Fely.in c.paſtoralis. in fi.3,colum, & in princ.4.colum,de except. vbi alleg.plures alias glo,dicentes illud idem quod glo.in d.clem 1.de ſequeſt, poſſ,& fruc. & alia dicit in hac materia,de quibus ibi per eũ, quem omnino videas.[Et adde quod dicta exceptio incompetentię poteſt opponi non obſtante ſtatuto excludẽte omnes exceptiones,ſecundum Bald.in l. exceptionem. circa fin. verſicu.ſed pone ſtatutum.C,de proba,& alios quos adducit Dom.Philip,Decius in conſi.38.incipien, Circa primum, in penul.colum.] Quinimo dicit Innocen.in cap.ex ratione. de appel.& Bald.in Marga.ſua,in verſicu. agens. quod etiam poſt exceptionem ſententiæ poteſt hoc ventilari, Et ratio prędictorum poteſt eſſe, quia iuriſdictio eſt fundamentum fundamentorum iudicij,ſecundum Bald. in conſil. ſuo 15. incipien. Iſta cauſa &c.in princ.in 1.uolum.& Ludo.Bolo.in ſuo conſi.8.in fi. 1.colum.Tene tamen ſingulariter menti vnum in hac materia quòd papa de plenitudine poteſtatis poteſt ratificare ſententiam latam a iuriſdictione carente, ſecũdum Innocen.in cap.prudentiam,de offic.deleg. in glo. quę incipit,ſed quid ſi iudex. quam doctrinam pro valde not. refert & ſequitur Ange.in l.obſeruare.in §.poſt hęc. ff. de offic. pręſi.vbi ad hoc etiam alleg. glo.not.in c.nullus. el 1. 9.quęſt. 2.& text,in cap.hoc quippe,3.quęſt.6 & etiam eam refert & ſequitur Dom.Felyn.in c.ea quæ.circa finem.de re iudi.Et vide omnino,quæ dixi.infra in ſingu.201. incipien. In confeſſum &c. poſt med. vel circa. Et circa ſupradictam materiam faciunt dicta per Dom. Fely. in cap. cum cauſam,in 14.colu. in verſic.Fallit ſecundo &c. de teſti, vbi dixit quòd licet alias atteſtationes inualidę poſſint conſenſu partium validari, tamen hoc fallit niſi ſint inualidę, quia receptæ a iuriſdictione carente,ad quod alleg.Do,de Rota & alia de quibus ibi per eũ.Quæ oĩa tene menti quia materia dictæ gl.eſt quotidiana & ego infinitis vicib.eã habui in facto,& forte nõ facile alibi

inue-

inuenies ad materiam dictæ glo. tot ſimul cumulata.

11 Regula vulgata eſt apud omnes quòd ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus de qua. in l. ſi quis ad ſe fundum.C.ad l. Iul.de vi. & late per Alex.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff. de acquir.poſſ.vbi ponit multas fallentias, & limitationes ad hanc regulam, de quibus etiam late per Berth.in reper. ſuo in ver.ſpoliatus. Sed tene menti quòd inquantum Doct. dicunt dictam regulam non habere locū quando apparet ſpoliatum nullum ius habere, de quo in c.cum eccleſia. de cau. poſſ.& proprie.& in c.ſuper eo.eod.tit.& in c.decimas.de reſtit.ſpo.in 6.& per Bal.in l.pen.in vlt.col.C.ſi à non compe.iudi. hæc ſua limitatio limitatur,& reſtringitur habere locum in ſpiritualibus tantum,ne detur materia peccandi, ſecus in profanis.ita ſingulariter dixit Oldr. in conſi. ſuo 1.incip. In cauſa.in 2.col.alleg.ad hoc c.ſignificaſti.de diuor. & not.per Inn.in c.conſtitutus.de filijs presby.& c.literas.de reſt. ſpol.& alia de quibus ibi per eum,ad quod vide etiam Ang.iu l.Paulus.§.1.ff.quib.modis pign.vel hypo.ſolui.

12 Noſti ꝙ nemo poteſt venire contra illud quod ore proprio confeſſus eſt.tex.eſt in l.generaliter.C.de non num. pec. & in c.per tuas.de prob. Et tene menti ꝙ iſtud habet locum nedum in confeſſione ore proprio facta,ſed etiam habet locum in confeſſione præſumpta,puta ex contumacia,vt ſi ſtatutum dicit quòd contumax habeatur pro confeſſo.ita ſing. dixit Oldr.in conſi.320.inc.Breues allegationes,&c.in 1.colu. ad quod allegat.l.conſiliarios.C.de aſſeſſo.& l.locorum.C.de omni agro deſer. lib. 11.& §. ſi verò quidam. in Authen. de exhiben. reis &c.

13 Volo tibi dare auream,& ſingularem doctrinam, quæ, vt puto,poſſet tibi dare de lacte,& lana,ideo animaduertas: Tu ſcis quòd communiter per totam Italiam ſunt ſtatuta,& priuilegia Iudæorum volentia quod ipſi Iudæi poſſint mutuare ſub vſuris pecuniam ſuper re furto ſubtracta, nec teneantur illam reſtituere vero domino niſi ſibi ſoluatur pecunia ſua vna cum vſuris. Sed ſcias tu quod tale ſtatutum ſeu eorū priuilegium limitatur non habere locum in Iudæis mutuantibus pecuniam ſuper re aliena ſcientibus ipſis Iudæis illam rem eſſe alienam vel furto ſubtractam, quia tunc tenentur illam reſtituere vero domino ſine pecunia per eos exburſata,& ſine vſuris.iſte eſt caſus valde ſing.in l.ſeruus cuiuſdam. ff.de condi.indebi.vbi Bal.& Doct.hoc volunt.quod etiā melius,& apertius firmat Io.de Ana.in conſ.ſuo.70.inc. Viſis & ponderatis &c.vbi ſingulariter loquitur, & idem firmat Bal. in conſi.92.inc. Tria poſſunt,&c.in 4.vol.Et D.Fely. in c.cauſam quæ.in 9 col.poſt me.verſi.interpretatio priuilegij,&c. de reſcrip.Et illum tex.etiam magnificauit Bal.in l.eos. C. de fur.dicens eum eſſe not.contra receptantes res furtiuas ſcienter,& illum tex.etiam ſumme no.ipſe Bal.in rub.C. de cond. ob tur.cau.& Ang.de Are.in tracta.malefic. in ver. & veſtem celeſtem. in 5.char.verſic.quid ſi quis emit ſcienter [Et vide Iaſ.omnino in d.l.ſuus.vbi no.loquitur in materia, & vide q̄ dixi in pratica mea cau.crimi.in §.aggredior.num.31.] Limita & ſecundo dictum ſtatutum ſeu priuilegium Iudæorum, videlicet niſi bona furto ſubtracta eſſent eccleſiæ vel alicuius forenſis qui non eſſet ſuppoſitus iuriſditioni ſtatuētium, vel eius qui fecit tale priuilegium Iudæis,quia tales non obligantur tali priuilegio vel ſtatuto, ſed ſunt in terminis iuris communis.ita ſingulariter dixit D.Abb.in c.quod clericis.de foro compe.in 9.col.ver.Et ex hoc infero. & Barba. latius in conſi.75.inc.Viſo puncto.circa 3.char.in ver.4.facit.in 3.vol. vbi alia plura allegat in propoſito [Vide D. Rochum in c.fi. in 125.col.circa fi.de conſue.]Ad quæ etiam optime faciunt dicta per Do.Alex.in conſi.ſuo 44.inc.Videtur &c.in 3.& 4. col.in 5.vol.vbi videas.Et vide etiam Abb.idem tenentem in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti.in repe.in vlt.char.in ver.ex hoc infero,&c.& ibi D.Fely.in 46.col.circa me.& Barba.in d. ſuo conſi.75.incipien.Viſo puncto.in 6.colum.in 3.vol. Quæ omnia tene perpetuo menti.ego alias in ciuitate Cumarum practicaui primam limitationem, & ex ea conſecutus ſum decus, & lucrum.

14 Ad hoc vt inquiſitio poſſit formari per iudicem de delicto contra aliquem oportet quòd fama ſeu diffamatio præcedat,aliter iudex non poteſt procedere contra aliquem, vt habetur in c.qualiter,& quando.& in c.inquiſitionis. de acc. & ibi hoc no.Innocen.& Ioan.And.& alij,& voluit Ange.in repe.l.ſi vacantia.C.de bo.vac.& Bar.in l.dè minore.§. tormēta.ff.de quæſtio.& in l.fi.& in l.1.in prin.eo.tit. [Vide omnino Alexan.conſi.179. incipien. In cauſa Angelorum.in pen. colum.in 2.volum. & vide in meo reper. ad literam I. in 25. char. in 3.not.] hoc tamen ſcias non procedere nec locum habere quando inquiſitio emanat de conſcientia principis, quia tunc non requiritur quod præcedat fama ſeu diffamatio vel indicia, nam conſcientia principis ſupplet omnem ſolemnitatem. ita dixit ſingulariter Innoc.in ca. cum oporteat. de accu.& Bald.eum ſequendo,in l.nullus.C.ad l.Iul.Maieſtat.& Ange.Are.in tracta.malefi.in ver. fama publica. ver. aduertendum autem &c. & Dom.Barth.Cæpo.in conſi.ſuo 17.incipien. Viſa vlt.colum. Quam tamen limitationem ſane intelligas,quando inquiſitio formatur de mandato ſeu ex conſcientia principis ex motu proprio ipſius principis, nam tunc non requiritur diffamatio nec alia, ſecus ſi ad poſtulationem alterius princeps hoc mandat. iſta eſt glo. ſing. in c.2.de accu.lib.6.alias etiam limitationes ad prædicta vide per Spe.in ti.de inquiſitio.§.nunc tractemus.verſi.hoc autem no.& ibi Io And.in addi.& vide latius per Domini. de ſancto Gemi.poſt Io.And.& Arch.in d.c.2.& per Doct.in d.c.cū oporteat. & in c.fina.de accu.

15 Statuta communiter extant per Italiam diſponētia quòd præbentes auxilium,conſilium, vel fauorem maleficio, puniantur eadem pœna qua committentes,quod etiam videtur cautum de iure ciuili,vt habetur in l.ſi quemquam.C. de epiſ.& cle.& in l.quiſquis.C. ad l.Iul.maie.& in l.3.ff.ad l.Cor. de ſica.cum ſi. Attamen tene menti quòd ſi quis præſtiterit opem,auxilium,vel fauorem maleſicio,non debet puniri eadem pœna qua ipſe principaliter committens maleficium, ſed debet mitius puniri. ita ſingulariter dixit Saly.in l.1.C. de rap. virg.quem refert & ſequitur D.Bartho.Cœpo.in conſil. ſuo 27.incip. Requiſitus.in vlt.colum. vbi ſubdit quòd talia ſtatuta ex quo loquuntur ſimpliciter de præſtantibus auxilium,conſilium,vel fauorem, debent interpretari ſecūdum ius commune, per l.2.C.de iure delib.& ſic vt teneantur eadem pœna in caſibus in quibus de iure communi tenerētur eadē pœna,videlicet ſi dediſſent cauſam morti,& quādo nō eſſet nudum auxilium vel conſilium,& quando hoc expreſſe conſtaret,& non per præſumptiones. Secus ſi non dediſſent cauſam morti vel eſſet auxilium,vel conſilium nudum,quia tunc non oportet quòd tenerentur eadem pœna per prædicta,quod eſt menti tenendum propter prædicta ſtatuta quæ communiter vbiq; vigent. Pro quibus facit nota. verbum Bal.in l.cum ancillis.in j.col.ver.item no.ex hac lege,&c. C.de ince.nup.vbi dicit ꝙ mitius punitur ille in cuius domo fit aliquid eo patiente quàm ipſe deliquens principalis,& faciunt dicta per Ioan.de Ana.in ca.ad falſariorum.de crimi.fal.in fi. 2.col. Et optime etiam faciunt dicta per Gand. in ſuo tracta. malefi.in tit.de homi.in 2.col.in verſic. Item pone, quod Titius,&c. Et illud idem quod tenet Salyc.in d.l.1.& Cœpo. in d.conſi.27.tenuit Gandi.in tract. ſuo malefi. ſub rub. de fur. & latro.in 5.col.circa med.ver.Et ſic no.&c. Et pro iſtis optime facit glo.ſing.in c.periculoſe. de pœni.diſtin.1.quæ dixit ꝙ vbi factum ſequitur grauius eſt peccatum.quam gl.refert & ſequitur Bal.in l.data opera.in 17.col.C.qui accu. non poſ.& ibi dixi latius. [Et vide Alex. in conſi. 160. incip. Viſis.in vlt. colum.in 7.volum.]

16 Proditores ſunt odio nedum Deo & hominibus,ſed etiā ſunt odio iuri, adeo ꝙ eorū filij ſunt incapaces ſucceſſionis tam ex teſtamento quàm ab inteſtato, ut habetur in l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſtat. Item ille qui incœpit adminiſtrare bona alicuius ſtatim ipſo effecto proditore perdit dictam adminiſtrationem, ſecundum Cy.in l.fina.C.ad l. Iul.maieſt. Et dixit Bal.per illum tex.in l.ſi quos C.de poſtli.reuer. quòd proditores reipublicę non gaudent beneficijs iuris. Et dicit etiam Bald. in cap.1.in tit. an ille qui interfec.fratrem domini ſui,in 1.colum.quòd proditor non debet ſtare ante principem,nec poteſt ſtare in curia principis. & dicit text. valde not.in cap.careat.3. quæſtio. 9. quòd vox proditoris non eſt audienda. Et dixit Bal. in l. & militibus. C. de teſtam. mili. quod proditori condemnato capitaliter non poteſt reſeruari factio teſtamenti, quod etiam ſentit glo.ibi,& habetur in l.ex militari. in princ. ff. eod. item licet alias nobilis delinquens non debeat furca puniri, vt habetur in l. capitalium. §.primo,& §.ſerui. & in §. ſolent. ff. de pœn. & voluit Bart. in l. deſertorem. ff. de re milit.tamen hoc non habet locum ſi talis nobilis fuerit proditor, ita dixit Bald. in capitu. cum quidam. de iureiuran. & dicit vulgare prouerbium, quòd proditiones placent principibus, ſed non proditores. & ideo quidam Italiæ princeps, cui quidam proditor fecerat quoddam beneficium per proditionem dabat ei quoddam ſtipendium ſingulo menſe,& dum ipſe proditor ibat ad accipiendum dictum ſtipendium,ſoluentes pro principe ex mandato ipſius nolebant dictum ſtipendium ſibi ſoluere recta via,ſed erat neceſſe vt ipſe proditor verteret manus poſt terga, & eo modo acciperet pecuniam, & ſtipendium ſuæ proditionis. Et ideo tene menti perpetuo quòd ſtante ſtatuto,quòd bannitus vel alius damnatus de crimine

poſſit impune occidi ille qui talem bannitum occidit proditorie non iuuatur tali ſtatuto. ita ſing. dixit Ange. per illum tex.in l.fin.C.de delato.lib.10.niſi eſſet bannitus vel condemnatus crimine leſę maieſtatis. quam doctrinam pro valdę not.refert & ſequitur D.Bartho.Cępo.in conſi.ſuo 34.incip. ſi vnquam,in 3.col.ver.Præterea &c.quod eſt ſing.not.[Vide tamen Bal.tenentem contrarium in conſi.545.incip. Super eo quod quæritur, in vlt.col.in 6 vol.& vide Ang.in l.1, in §. non fuit.ff.de dolo,& vide omnino D.Rochum Cur,in c.fin, in 23.col.de conſue.& vide omnino D.Phi.Dec.in conſ.327, incip.Viſo caſu &c.num.2,& num.5.] Et alios caſus in quibus occidens bannitum ſtatuto permittente occidere bannitum non iuuatur tali ſtatuto, vide per D.Felyn.in c.quæ in Eccleſiarum.in 3.col.de conſti.& in materia vide D. Io.Bapt, de Caccialupis in ſua rep.l.omnes populi.ff.de iuſ.& iu.in 30. char. in 1.colum.in verſi.14.&c, Quot autem modis quis dicatur proditor,vide Bald.in conſil.ſuo 260, incip.Quidam dixit &c.in 4.volum.& glo.no,in capitulo,clericus 46. diſtin. & Bald.in capitulo 1.in 8.colum. verſicu.quid de rebus. quibus mo. feu. amit.& vide omnino Dom.Nellum in tract.bannitorum, in 2. parte ſecundi tempo. in quæſtio. 10, incip. Decimo quæritur, &c,

17 Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, in regu.acceſſorium. de reg, iur. in 6. l.fi.C.de non nume.pecu.l.fi.ff. de conſt.pec,& ideo dixit ſing.Bar.in l.3.in vlt.colum.ff.de ali. & ciba.leg. quòd ſi ſtatutum dicit quòd in cauſis dānorum datorum ſufficiat probatio per iuramentum quòd quicquid illam cauſam quoquomodo incidenter tangit poteſt per iuramentum probari per.l.cum hi.ff.de tranſac. in princ. Idem tenet Bal.& Pa.de Caſt.in l.1.in 1.col.ver.ſed pone ſtatutum, C.de reb.cre.quos refert & ſequitur D.Barth. Cæp. in conſil. ſuo 74.incip,Viſo ſtatuto. in 2.colu. vbi pro hoc alleg. quod no Barto. in extrauag. ad reprimen. in verbo, ſummarie, in 5.colum.in ver.de ſecundo &c.vbi dicit quòd ſi cauſa principalis eſt ſummaria omnes eius articuli ſunt ſummarij. [Vide Iaſ.in l.quamuis,in vlt.col.C.de edi. diui Hadr. tol. & Do. Phi.Dec.conſi.44.in vlt.col. & vide omnino Bald. qui innuit contrarium in l.2.in 2.col,ver.ex his reſultat deciſio.C.de bo. poſ. ſecundum tab.& vide Socin. in conſi. 80. incip. Præſens conſultatio, in 4. colum. in 4. volum. & omnino Iaſ. in l. fi. in 1.& 2.colum.ff.de conſtit.princ,& Alexan.in conſ.196. incip. Perſpectis in 2.colum,in 6.vol. Flor. in l. quæ pater. in fi, ff.fam.erciſ.] Et idem tenet Io.de Imo.in conſi.ſuo 139. inc. Præfati ſimus. &c. in 3.colum.& Dom.Alexan.in l.ſi quis ex argentarijs,§.rationem, in fi.ff.de.eden.& Do.Nellus in tract, ſuo banni.in 3.parte ſecundi tempo.in 42.q.in fi. Quibus adde dicta per Bal. in l.1.in 4. col .uer, quæro vtrum iuramentum.C.de inoffi.dona.vbi not, lc quitur in materia, & inter alia dicit quòd vbi reſcinditur conuentio principalis reſcinditur pœnalis,& quælibet acceſſoria.Scias tamen quòd acceſſorium non ſequitur naturam ſui principalis quando nō eſt eadē ratio in acceſſorio quæ eſt in principali.l, ex placito. C, de rer.permu.l. ſi is a quo.C.de præd.mino. no.Bart.in l. non dubium.poſt glo,in fi.C.de legi.& voluit Alexan. in conſi. 4, incip.Circa primum.in 6.colum,in 1.vol.& vide quæ dixi infra in ſingu,126.incip. In multis ciuitatibus &c.& in ſing. 52, incipien. Prorogatio.& in ſing.175.incip.Conceſſo vno &c, & in conſ.meo 21.incip,Impone Domine &c.in fi.2.char. & in repe.mea rub,C.de proba. in materia iuramenti circa fi.& circa hanc materiam vide no.verba D.Fely.in c. quæ in eccleſiarum.in 16.colum.de conſt.poſt me,& in c.eccleſia Sanctę Mariæ.in 13.colum.poſt prin.circa med.eq.ti. [Vide Alex.in conſi.172.incip. in cauſa & lite.in 4.colu. in 6, vol.]. Et vide quæ dixi in conſi.meo 44. incip.In cauſa præſenti. in 3. char. circa med.ver. Ad quod adduco &c.& vide etiam D.Fely. in c.ſuper literis.in 13.col.de reſcr,& Ang.de Arc.in §.in duplū. in 3.colu.in fi.Inſti,de act, vbi ponit caſum no.l. ædiles aiunt, aiunt.in prin.ff.de ędil.edic.in quo habetur quod propter acceſſorium vitioſum poteſt principale redhiberi.Et adde etiā not.verbum Bal.in rub.C.de fruc.& lit, expen. vbi dixit quòd ſi iudex in ſententia ſimpliciter dicat, condemno te vt reſtituas rem, intelligitur etiam condemnare in fructibus qui de iure venirent. quod dictum pro valde no.refert & ſequitur D.Iaſ. in §.omnium.in fi.verbis.Inſti.de act. & vide omnino Dom.Phil.de Peru.in c.paſtoralis.in 4.colum.ver.Sexto quæritur,&c.de app.& Dom.Alexand.in l.fi.ff.de in lit.iuran,vide quæ dixit Barb.in c. in ordinando.in prin.de ſimo.& Soci.in conſi.65 incipien. Circa primam.in 8. colum. & infra in ſin. 46. incipien. Quidam fuit vulneratus. Et ad prædicta adde etiam quòd ſi iudex ſecularis eſt iudex cauſæ, ita eſt iudex omnium quæ dictæ cauſæ adeſſe debent, ſecundum Bald.in l.teſtamenta.C.de teſtam.de quo latius per Socy. conſi. 101. in noua impreſſione,quod inc. Viſis &c. & vide Bal, in auth. ſi dicatur,in vlt.col.C.de teſti.Bar.& Alex. in l. in quæſtionib, ff.ad l.Iul.maieſt. [Et circa hanc materiam adde quod adeo eſt verum quòd acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, quòd iſtud eſt verum etiam ſi acceſſorium ſit dignius principali.ita dixit tex.in l. & ſi non ſint. in §. perueniamus.ff.de auro & argen.leg.quod etiam illum tex.firmat Ludo.Rom.in conſi.ſuo 330.incip. Circa primum. in antepen, col.& Pau.de Caſt.in l.procuratoris.in §.non autem.ff.de tribu.& vide Pau,de Caſt.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.in 2.col.ver.4.nota.ff.de verb.obli.& quæ ego dixi in l.pe. in 11. col.ff.de quæſtio, & vide Bal.in l.2.in ver.2.inducit.C. de epiſ, & cle,& vide Alex.in conſil.ſuo 272.incipien.Viſo,in penult. & vlt.col.& vide Iaſ.in l.fin.in vlt.col.in verſi. nec eſt bonum fundamentum.C, de pac.]

18 Quotidie fiunt contractus à ruſticis,& à mulieribus,& ab alijs qui non intelligunt penitus importantiam clauſularum quæ apponuntur in ipſis contractibus.Et ideo tene menti ꝙ ſimiles perſonæ faciunt contractum, & in eo apponuntur clauſulæ quas veriſimiliter non intelligunt,vtputa ſi apponatur clauſula, videlicet, quod Titius renunciauit condictioni indebiti,condic.ſine cauſa,& omni alij iuris auxilio, talis renunciatio nullum præiudicium facit ipſi taliter renuncianti, & neſcienti,& non intelligenti importantiam dictorum verborum.ita ſing.dicit Bar.per illum tex.in l.fi.§.idem quæſiuit, ff.de cond,inde.quod dictum ꝑ valde no.refert Ale, in conſi, ſuo 42, incip. Super præmiſſo,in 4.colu.in 1. vol. vbi pro hoc etiam alle.l.doli.ver.diuerſum,ff.de noua, [Vide omnino D, Phil.Dec,in conſi. 80,incip. Viſa,in 5.colum.poſt med.]Ego autem vltra Do.Alex.dico quòd pro hoc dicto optime facit quod voluit Old,in conſi,324. incip,Factum tale eſt.in 2.col, & facit glo.in l.tutor.ff.de bo,poſ.ti,generali. quam alle. Do. Car.in ſimili in c.fi.de maio,& obe. & faciūt dicta per mod. in procœ. Greg. in §.ſane.& per Io.de Im,in l.hæredes palam, de teſt. & in ca. auditis. poſt Anto. ibi de procur. & per Io. And.& Arch.in c.vt circa. de elec.in 6.& ibi per Gem. & per ſcribentes in l.diem proferre.§.coram.ff.de arbi. & in l. corā. ff.de verb.ſignif.& per Bald.in l.fi.ff.de aqua plu, arcen. & per Bar.in l.1.ff.de verb.oblig,& in l.1-§.fi,ff.de aut.tut, & per Bal. in c.ex parte.de confeſ.in 6.colum.verſ.item adeo.& faciunt optime dicta per D.Alex.poſt Ang,& Io.de Imo. ibi in l. qui Romæ,in §.duo fratres.in 6.col.cum ſeq.ff.de verb.oblig.& per Abb,in diſp.ſua incipiē. Stante ſtatuto condito in Italia. in 2.char.in vlt.col.poſt prin, & facit gl,multum not. in prin. 2.q.1.in ver.præſente.ad quæ vide omnino pulchre dicta per quendam inſignem Doc.D.Vitalem de Cambanis protonotarium,in ſuo ſolemni trac.clauſularum,ſub rub.an legib.inſinua.requiren.poſſit renun.in 7.col. vide Barba.in c. auditis. de in integ.reſti. Et vide glo.in c.cupientes.in prin.in ver. notitiam,de elec.in 6.& D.Fely.in c.cum cauſam,in 8.colum.de teſti.& quæ ego etiam dixi in l.qui ignorans, vltra med.ff.de fal.quæ omnia tene menti, quia ego recordor aliàs dum eſſem ſcholaris Barb.eum audiuiſſe pluries viua voce dicētem ſe propter hoc feciſſe plures contractus factos ab ignorantibus importantiam verborum ſeu clauſularum, vt ſupra, annullare, & caſſare.

19 Tu ſcis clarum eſſe in iure ꝙ teſtis deponens de credulitate non probat,ſecundum Cy.& Doc,in l. teſtium. poſt gl. C, de teſti.& Sp.in ti.de teſte.§.1.ver.item quod depoſuit de credulitate,& hr̄ in l,2.§,idē Labeo. vbi plene no,ff.de aqua plu. arcen.& plene per Doc.in c. quoties.extra de teſt.vbi D.Ant. in fi.verbis dixit ꝙ teſtis deponens de credulitate non dr̄ verus teſtis.& eum refert,& ſequitur D.Alex.in conſil. 70. in 3, col.in 2.vol.quinimo etiam ſi teſtis dixit ſe pro certo credere,non probat ēt ꝓſumptiue,ſm̄ Bar.in l.ſiue poſſidetis.in pe, col.ver.ſed q̄ro,&c,C.de prob.niſi adijciat rōnem credulitatis,& originē,alle.c.tertio loco.& c.lr̄is. de pręſump. & no. in l.diem proferre.§.ſi plures ff.de arbi.quod dictum refert, & ſequitur D.Ale.in d.cōſi ſuo 70.inc.Viſo proceſſu. in 1. vol. & in eo uol.in cōſi.109.inc. Viſis.in 2.co inc Viſo proceſſu.in y.col in 2 uol & in cōſi. 134 inc.In cā & lite in 2. col. quinimo dixit ſing.D.Ant.in c.1.de app ꝙ nō ualet cōſuetudo uolens ꝙ teſtib.deponētibus de credulitate plene credatur. Teneas tamē ꝑpetuo mēti ꝙ licèt teſtis deponēs de credulitate nō ꝓbet,ut dixi,tamē iſtud fallit in teſte deponēte ꝙ aliqs occiderit uel uulnerauerit aliquē ad ſui defenſionē ſuo credere,qa hoc caſu talis teſtis ꝓbat,ita ſing. dixit Bar. in conſ. ſuo inc Raynutius Petr.quē refert,& ſequitur D.Alex.in cōſ.ſuo 76.inc.Viſa inqſitione.in ult.col.in fi. 1.uo.& in cōſ.ſuo.109. in 3.char.in 2.& 3.col illius conſilij,in eo.uol.quod etiam ur̄ uelle Bal in l.ſolam.in ult.col.C de teſti.& ibi Saly.poſt eum in 3.colum.ubi ambo allegant Bar in d. ſuo conſil, pro quo

dicto

dicto optime facit tex.quem ibi no.d.An.in c.vnico.extra de
ſcrutinio.in ver.quantum humana fragilitas noſſe ſint &c.
☞ [In hac materia vide Corneum in conſ. ſuo 162.inci.In hac
conſultatione.in ij.col.in j.vol.& ibi in conſ.204.inci.Pro de-
ciſione.in 3.col,Item pro delictis facit,nam teſtis deponens
de credulitate non probat, fallit niſi deponeret in materia
de ſui natura certitudinaliter non cognoſcibili, ſecundum
Cyn.& Bald.in d.l.teſtium.C.de teſti.& Ioā An. in addi.Spe.
in tit.de teſte.§.j.ver.item quod depoſuit de credulitate.& d.
Ant.in c.quoſdam.in ſi.de præſum.Bar.in l.ſumma.§.Labeo.
in fi.ff de aqua plu.arcen.Abb.& d.An.in c.quoties. de teſti.
& tex.& ibi d.An.in c.literis.& in c.tertio loco. de præſump.
Bal.in d.ſolam.in 5.q.item pro illo dicto Bar. optime facit ꝙ
voluit Bal.in l.vnica.in prin.11.col.C.de confeſ.vbi ſing.dixit
ꝙ feciſſe ad defenſionem probatur per coniecturas quæ iu-
dicis arbitrio committuntur,quod dicit eſſe nota. dignum,
quæ omnia tene menti,quia quotidiana nec forte alibi ita
diffuſe tradita inuenies,licet ego de his latius & diffuſius val-
de loquutus ſim in repe.mea.l.fi.C.de prob.in 11.& 12.char.
vbi videre poteris.

20 Maſculinum genus concipit fœmininum.l.j.ff.de ver.ſig.l.
ſi ita ſcriptum.ff.de leg.2.de quo in l.quiſquis.C.ad l.Iul.maie.
in c.ſi quis ſuadente.15.q.4 in l.j.§.quare.ff.de ven.in poſ.mit.
cum ſi.tamen limita hoc non procedere nec locum habere
quando genus maſculinum proferretur a lege vel ſtatuto in
materia indifferenti quæ non conuenit vtrique ſexui,ſed ſo-
lum maſculino,nam tunc maſculinum non concipit fœmi
ninum.ita not.dixit Pau.de Leaza.& poſt eum ibi Domi. de
Sancto Gemi.& in c.generali.de elec.in 6.& Car.in cle. 1. de
elec.quos refert & ſequitur do.Alex.in conſ.ſuo 135.inci.Cir
ca primum.in pe col.in 1.vol.vbi dixit ſe dixiſſe in d.l.j.de vē.
in poſſ.mitten.De quo etiam vide Lud.Rom. in conſil. ſuo
35.in[illegible]Viſa facti.& Raph.Cuma.in conſi.166.incip. Viſa co-
pia teſtamenti.& in conſ.84.inci.Præſuppoſito caſu.circa fi.
& Raph.Fulg.in conſ.18.inci.Solomutia.& in conſ.38.inci.
In propoſita quæſtione.& in conſi.63.incip.Blaſius. in 2.col.
& in conſi.121.incipien.Suppoſita Bulla. & in conſilio 203.
incip.Viſo.

21 Alias interrogatus fui, teſtator fecit teſtamentum,in quo
erant talia verba,videlicet qui teſtator voluit ꝙ dicta domus
ſemper remaneat ad vſum & habitationem dominę Agne-
tis vxoris ipſius teſtatoris toto tempore vitæ ſuæ,ipſa manen
te in viduitate,& poſt mortem ipſius ad hæredes eius & ſuc-
ceſſores voluit peruenire, vtrum iſta verba, hæredes eius,in
telliguntur de hæredibus ipſius do.Agnetis vxoris teſtatoris
an vero de hæredibus ipſius teſtatoris? pulchra eſt quæſtio,
reſpondi intelligi debere de hæredibus ipſius teſtatoris & nō
vxoris ſuæ.Iſtud probatur ex gl.in l.ex facto.& ibi doc.in prin
ci.ff.ad Treb.& hoc voluit Bar.in l.cum in teſtamento.per il-
lum tex.ff.de auro & argen.lega. & ita in terminis firmat do.
Alex.in conſ.23.inci.Conſideratis.in j.col.in 2.vol.

22 Confeſſio offenſi,quandoque non prodeſt offendenti,ſe
cundum Bar.& Ang.in l.inter omnes.in §.rectè.ff.de furt. &
Bal.in l.falſus.in 3.opp.C.de furt.vbi dicunt ꝙ ſi dominus rei
ſubtractæ dicit furem commiſiſſe dictum furtum in re ſua
de volūtate ipſius domini,quod ei nō creditur, nec propter
hoc ipſe fur euitat pęnam.& idem dixit Abb.in c. dudum.el
2. de elec.in 6.col.& d.Alex.in conſ.ſuo 2 4.inci.Viſo proceſ
ſu.circa 6. col. Pro quibus facit etiam, nam accuſatus quod
carnaliter cognouit mulierem non iuuatur nec excuſatur ſi
ipſa mulier confiteatur ſe primo contraxiſſe matrimonium
cum illo,niſi cum hac confeſſione concurrant alia indicia,ſe
cundum Bal.& alios in l.pe.vbi gl.no.C.de fideiuſ.Bal.in l.j.C.
de collu.dete.in l.quicunque.C.de ſer.fugi.circa 7.col.& in l.
vnica.C.de confeſ.in l.tranſigere.circa 4.col.C. de tranſac.de
quo per Alex.in conſ.224.inci.Viſo proceſſu.in 2.char.in vlt.
col.& in conſ.237.inci.Ponderatis &c.& per Bal. in l. eā quā.
in 10.col.C.de fideicō.& per Ang.de Are. in li. malefi. in ver.
che hai adulterata in 8.char.in ver. Pone ꝙ quidam. & Cep.
cau.44.& in conſ.ſuo.57. inci.Super querela. Pro quibus fa-
ciunt dicta per Pet.de Anch.in c.fi.de ſucceſ.abinte.vbi ſin.di
xit ꝙ ſi vulneratus moriens dixit ſe mori culpa medici,tamē
per hoc non iuuat percuſſorem ſi aliter hoc non appareat,
quod dictum refert & ſequitur d.Fel.in c.literas.in pe.col.ex-
tra de præſump.Item nec confeſſio ipſius offenſi non nocet
offendenti,ſeu accuſato,vel inquiſito de offenſa, etiam ſi ip-
ſe offenſus ſit conſtitutus in mortis articulo, ſecundum Bar.
Ang.& alios in l.ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad Syll.
& Ang.de Are.in d.trac.malefi.in ver.Qui iudex ad probatio
nem ſuæ inquiſitionis &c.in 2.col.& Bal.in conſ. ſuo 403.in-
ci.Quidam fuit &c.in j.col. in 3.volu. Et facit gl.not.in l.ma-
ter. C. de calum. de quo etiam per Alex. in dicto conſi.237.

☞ [Vide tamen Soc.in conſ.54.inci.Viſis &c.in pe.col.ad fi.in 3.
vol.vbi dicit ꝙ talis confeſſio facit aliqualem pręſump.ad qđ
alle.Bal.in d.l.mater.& vide Iac.de Belu. in ſua pract.iudi.cau-
ſarum cri ſub rub.de quęſtio.in 5.col.vbi dicit ꝙ talis confeſ-
ſio offenſi facta in mortis arti.facit indicium ad torturā. qđ
eſt nota.] Teneas tamen menti caſum in quo confeſſio of-
fenſi prodeſt offendenti.Nam ſi aliquis fuit vulneratus & ip-
ſe dicit ꝙ non fuit vulneratus a tali inculpato,accuſato,vel in
quiſito de tali vulnere,ꝙ talis confeſſio & exculpatio ipſius
vulnerati prodeſt ipſi inculpato ſeu inquiſito,adeo ꝙ ipſe nō
poterit torqueri ex indicijs exiſtentibus contra eum,quia ha
bet indicium innocentiæ pro ſe,ita ſing.dixit Bal. in l.j.in vlt.
col.in ver.pone teſtator.C.communia de leg.alleg. l.Paulus.
§.j.ff.de bo.liber.quam doc.refert & ſequitur d.Alex.in conſ.
ſuo 94.inci.Animaduerſis.in 6.col.in 2.vol.& in conſ.237.in
ci.Ponderatis narratis in themate. circa prin. & in conſ.224.
inci.Viſo proceſſu.in 2.char.in vlt.col.Sed vltra d. Alex.dico
ꝙ idem firmat Bal. met in Margarita ſua in ver. maleficium.
☞ in j.ver.[Et Bal.in repert.ſuo in verbo,vulneratus.in j. ver.de
quo etiam per Iaſ.in l.j.in 2.col.ff.de eo per quem fac. erit.&
illam doctr.Bal.etiam refert & ſequitur Alexan.in l. ſi quis in
graui.in §.ſi quis moriens.ff.ad Sylla.& in conſ.124.inc.Quo
niam abunde &c.ad fi.in 6.vol.de quo etiam per Iaſ.in l.j.in
2.col.ff.de eo per quem fac.erit.& illam doctrinam Bal. etiā
refert & ſequit̄ Alex.in cōſ.30.inci.Ex allegatis &c. in vlt.col.
in 7.vol.] Et d.Fely.in c.1.circa fi.de præſum. & in c.literas.in
5.col.eo.tit.Et idem nuper reperi tenuiſſe Gand. in trac.ma-
lefi.ſub rub.de tranſac.& pac.in maleficijs.in 6.col.in vlti. ver.
ſed pone ꝙ quidam mortiſerè vulneratus &c.& vide Iaſo.in
d.l.j.in fi. C.commu.de leg.Quæ omnia tene menti quia iſta
ſepiſſime occurrunt in facto.

23 Publicatis atteſtationibus poſſunt idem teſtes examinari
ſuper nouis capitulis eiuſdem cauſæ. c. fraternitatis. de teſti.
cle.teſtibus.eo.ti.Iſtud tamen ſing.limita niſi teſtes examina
ti a principio iurauerint ſimpliciter dicere veritatem ſuper
tota cauſa,quia hoc caſu poſt atteſtationes publicatas nō po
terunt ſuper alijs nouis capitulis examinari.ita ſing.dixit Inn.
& poſt eum d. Ant.in c.fraternitatis. præallega.quod dictum
reputat mirabile Ang.in l.per hanc. C. de tempo. app. quod
dictum etiam refert & ſequitur d.Alex.in conſ.ſuo. 61. inci.
Viſo proceſſu.in 3.col.in 2 vol.

24 Clarum eſt in iure ꝙ teſtes examinati parte non citata nō
probant,vt habetur in l.ſi quando.C. de teſti. & in authen. ſi
quis aliquid.eo.ti.& facit.l.de vnoquoque.ff.de re iudi.l.nam
ita diuus.ff.de adop.cum infinitis ſimi. Attamen tene menti
duos caſus not in quibus valet examinatio teſtium partè nō
citata primus eſt vbi recipiuntur teſtes in cauſa naufragij vel
periculi in partibus longinquis vel remotis,nam tunc valet
talis examinatio ſine citatione partis.ita dixit Bar.in l.ij.C.de
naufra.lib. 1.& Io.de Ana.in c.excommunicationi. in ante-
pe.col extra de rapto.pro quo faciunt quæ dixi inf.in ſingu.
211.inci teſtes examinati &c.Alius eſt caſus, videlicet vbi lex
in aliquo actu non exigit plenam probationem,ſed conten-
tatur ſolis articulis vel adminiculis,nam tunc in tali caſu poſ-
ſunt recipi teſtes parte non citata,ita ſingu. dixit Domi.poſt
Hoſti.in c.pro humani.§.fi.in antepen.col.de homi.lib.6.pro
quo facit in ſimili quod dixit Ange.in l.fina.C.de teſti. Alios
etiam caſus in quibus valet dictum teſtis parte non citata po
nit Lud.Rom.in ſing.ſuo ſecundum ordi.meum.399.incip.
Vnus ex vobis &c. ſed non ponit iſtos. ſed ego vltra Ludo.
Roma.in d.ſingu.poſui quamplures alios in repe.mea.l.fina.
C.de proba.in 37.char.vbi videas.& vide etiam infra ſingu.
30.inci.Tu ſcis &c.

25 Papa non poteſt auferre ius tertij & ei præiudicare ſine iu
ſta cauſa niſi apponat clauſulam,non obſtante.l.quoties.& l.
reſcripta.C.de preci.imper.offe.ita habetur in dictis legibus,
& in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.vbi latiſſimè per d.Fely.
in 3.char.& in l.ſi priuatus.ff.qui & a quib. & in l. toties. ff.de
polli.& in l.fina.C.ſi contra ius vel vtil.publ. hoc tamen fallit
vbi Papa diſponeret in his in quibus habet liberam admini-
ſtrationem,vt puta in beneficialibus, in quibus habet pleni-
tudinem poteſtatis & liberam adminiſtrationem, vt in cle-
men.j.ad fi.vt lit.pen.nam in illis poteſt auferre ius tertij & ei
præiudicare ſine clauſula,non obſtante. ita not.dixit. d. Ant.
& poſt eum Io.de Imo.in d.c.quæ in eccleſiarum. de conſti.
& in d.cle.j.vt li. pe.& in c.2.de pręb.in 6.quos refert & ſequi
tur D.Alex.in conſi.ſuo 87.inci.Viſis codicillis. in vlti.col.in
5.volum.

26 Licet ex forma ſtatuti vel inſtrumenti ad inſtantiam
creditoris capi poſſit debitor nulla præcedente citatio-
ne:tamen hoc nunquam fieri poteſt ad inſtantiam ceſſio-
narij,quia prius de ceſſione diſcuti oportet citato debitore.

ita not.inquit Bal.in l.per diuerſas.in 10.q. C.manda.vbi alle-
gat not.per Innocen.in c.quia V.de iudi.quod dictum refert
& ſequitur D.Alexan in conſi.ſuo 95 incipien. Viſis proceſ-
ſibus. in 4.colum.& in conſi.ſuo 443.incipien. Viſis narratis
in themate &c.in 1.colum.& Ludo.Roma. in conſi.ſuo 14.
incipien. Quod ceſſionarius &c.circa fi.pro quo dico quòd
optime faciunt dicta per Bal.in l.1.in fi.verbis. C.de iu.& fac.
ign.Et ego aliàs hic Bono. in foro mercantiæ practicaui hāc
doctrinam in quadam litera cambij in causa ſatis vrgenti.Et
vide quæ dixi legendo,in l.ſi quęramus.ff.de teſt.& in l.ſi quis
ne quæſtio in 3.col.verſi.Adde etiam.ff.de quæſt.

27 Iuramentum in ſupplementum probationis non defer-
tur in cauſis magnæ quantitatis, vt tenent Docto. in l.bo-
næ fidei,C.de reb.cre.& in l.admonendi.ff.de iureiu.Tamen
iſtud limitatur niſi ex parte actoris eſſet pluſquàm ſemiple-
nè probatum, quia tunc etiam ſi cauſa ſit magnæ quantita-
tis poteſt deferri iuramentum in ſupplementum probatio-
nis.ita no.dixit Abb. in c.mulieri.circa 10.colum. de iureiur.
per id quod habetur in c fin.§ fi. eod.ti.quod dictum refert,
& ſequitur Dom.Alexan.in conſ.ſuo 122.incipien.Viſo pro
ceſſu.in 3.colum.vbi dicit hoc etiam fuiſſe de mente Hoſt.in
ſumma de iureiur.& Arch.in c.vtiles.el 1.in fi.37.q.1. & dicit
quòd hoc voluit Bald.in d.l in bonæ fidei. & Saly.in l.admo-
nendi.circa pen.colum.& Ludo.Roma.ibi poſt medium.in
verſic.in eadem. ibi, & in delictis &c. [Idem dixit Alexan.in
conſi.ſuo 185.incip. viſo proceſſu in fi.in 7.colum.]Et idem
firmat ipſe dom.Alexand.in l.admonendi. in pen.col.in fi.&
D.Bartho.Soc.in conſi.ſuo 136.incipien. Præſtantiſſime Do-
ctor,&c.in 4.col.de quo etiam per D.Franc.de Are.in conſi.
ſuo 71 incip.Diligenter & maturè.in 5.col.in fi.

28 Emphyteuta alienans rem emphyteuticam irrequiſito do
mino cadit à iure ſuo, vt habetur in l.fina. C.de iure emphy.
niſi eſſet nulla talis alienatio, quia tunc non cadit à iure ſuo,
vt voluit Bald.in l.2.C.de epiſ.audi.in 2.colum.iſtud tamen li
mita ſingul.non habere locum in emphyteuta alienante par
tem ſuam in alium emphyteutam irrequiſito domino,quia
tunc non cadit à iure ſuo.ita tenet Bar.& Ange. in l.domus.
ff.de leg.1. & in l.cum hi. §.ſi vni. ff.de tranſac.licet hoc inde-
ciſum reliquerit Barto.in l pater.in §.quoniam. ff.de leg.3.&
idem tenet do. Alex.in conſi.188. incip. viſo & mature, &c.
in 3.col.in 2.vol.

29 Statuta laicorum in præiudicium clericorum non valent,
c.fi.de immu.eccle.in 6.Bart.in l.1.ff.de his quę pœ.no.Doct.
in l.1.ff.de in ius voc.cum infinitis ſim.Et ideo tene menti ꝙ
ſi ſtatuto cauetur quòd ſolutio debiti nō poſſit probari per
teſtes,tamen non ligabitur clericus volens debitum probare
per teſtes etiam ſi cauſa tractetur in curia ſeculari. ita no.di-
xit Io.Cal.in diſputatione ſua incip.Statuto ciuitatis cauetur.
& Pet.de Anch.ſequendo eum in repe.c.ea quæ.in fi de reg.
iur.in 6.quos refert & ſequitur Dom.Alexand.in conſi.209.
incip.Ponderatis his,in pe.col.in 2.vol.de quo latius dixi in re
pet.rub.ff.de fideiuſſo.in 5.char.vbi videas,quia poſui ibi quā
plura priuilegia clericorum.Et in repe. mea rub. C.de prob.
in 10.col. in materia ſtatuti prohibentis probationem fieri
per teſtes.ver.3.limitat &c.

cius in conſil. 133. incipien. Viſo. in vlti. colum. & in conſi-
lio 310.viſis.in 2 colum]Et idem voluit ipſe Domi. Anto.
in conſilio ſuo 24. incipien. Quæſtio dubia vulgaria habet
&c.circa fin & ibi dicit quod illa iura quæ dicunt poſſe reci-
pi teſtes qui reperiuntur vbi alia deficit probatio, intelligun
tur & loquuntur in actibus in quibus habitu & actu attento
communi curſu alij teſtes non habentur. Sed vbi actu & ha
bitu & communi curſu ſic ſe habet quod poſſunt alij teſtes
haberi , licet forte non habeantur actu , tunc ad plenam fi-
dem non ſufficiunt tales teſtes non integri, alias ſequeretur
quòd ſemper teſtes etiam non integri ſufficerent,quia ſem-
per litigantes allegarent ſe alias probationes non habere , i-
deo tales non admittuntur vt plene probent , ſed vt faciant
qualē qualē probationē,vt not.etiam glo.in l.etiā matris.ff.
de prob. ita formaliter dixit Domi. Anto in dicto conſilio
ſuo 24 quem refert & ſequitur Domi. Alexan. in conſilio
ſuo 64 incipien. Viſo themate. in 1.volum. pro quo ipſe al-
legat tex. cum gloſ.in cap. fi.de teſti.cog vbi dicit Abb.ſecun
dum eum in 2.nota.quòd in defectum probationis ſi ex ne
gotij aut actus natura non poteſt haberi probatio , admitti-
tur probatio minus legitima,item alleg etiam Abb. in c.de-
cętero de teſti.vbi etiam videas Domi Fel.in 1. col. & idem
dixit Domi. Alexan in conſilio ſuo 153. incipien Viſo pro-
ceſſu in 6 colum. in 5. vol. & ſcias quòd quando teſtes non
integri debeāt admitti,quando veritas aliter ſciri non poteſt
eo caſu debet primo conſtare quòd aliæ probationes defi-
ciant,alias non debent admitti, ita no. dixit Do. Alex. in di-
cto conſilio ſuo 64 in vlti. colum vbi ad hoc allegat iura de
quibus ibi per eum [Vide Domi Phili.Dec in ſuo conſ 343.
inci In cauſa.in 1.& 2.col.]Quæ omnia tene mēti,quia quo
tidie occurrunt in facto.& ego alias feci reprobare plures &
plures teſtes minus idoneos & vide quæ in hoc latiſſimè di
xi in repe. mea.l.fi.C.de proba.in 3.char. circa prin. vbi latius
loquutus ſum.

74 Tu habes regulam vulgatiſſimam,ꝙ ſemel malus ſemper
pręſumitur malus in eodem genere mali. de qua in regula,
ſemel malus.cum concor.de reg iur.in 6 Sed pro ampliatio
ne ipſius regulæ volo tibi tradere aliquas no. doctrinas ; &
primo ſcias ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ de damno dato ſtetur ſacra-
mento damnū paſſi,ꝙ ſi eſt damnum datum alicui qui alias
iurauit falſum,& ſic periuro,non ſtabitur hoc caſu eius ſacra
mēto,ſed erit ſibi neceſſe probare aliter de damno ſuo quā
per ſacramentum,non obſtante prædicto ſtatuto . Io. And.
in addi Spec.in tit. de teſt. §.1. in 4 charta in addi incipien.al
leg. Pi. quod etiam expreſſius dicit Barba. in cap. per tuas.
per glo.ibi extra de ſimo per tex.& glo in c. paruuli. 22 q.5.
quem tex.& gloſ.etiam allegauit Barba. in tracta. Car in 2.q.
ſui tracta. in 9 colum. ver 4. limita pro quibus etiam facit
quod dixit Bal.in auth.& qui iurat in prin. C.de bo.autho.iu
di poſ.vbi per illum tex. dicit ꝙ ille qui releuatus fuit a ſatiſ-
datione per iuratoriam cautionem perdit illud priuilegium
ſi ſemel præſtitit iuratoriam cautionem & fuit periurus.
quod etiam voluit Ludo.Rom in l.2. in princip.in 9. colum.
ver. quid autem ſi debens cauere. ff. ſolu. matrimo. & vo-
lunt Moder.in l.2.§.quod diximus.ff.ſi quis cau. Et iſtis adde
ſingulare & aureum dictum , iudicio meo , Pau. de Caſt.in
conſilio ſuo 303, incipien. Viſo dicto ſtatuto. vbi conſuluit
quod ſtante ſtatuto quòd rapiens mulierem per vim , pū-
niatur pœna mortis,ꝙ ſi quis rapuit mulierem ſolutam quæ
fuit alias tacta ſeu deflorata ab aliquo,non cadit in pœnam
ſtatuti , quia non præſumitur quod eam rapuerit per vim
cum alias conſenſerit alteri,quod eſt ſingu. not.& idem vo-
luit Albe. de Roſa. in 2. parte ſtatu. in quæſtio. 92. incipien.
Sed pone aliquis &c.& Alber.Gandi.in tract.ſuo maleficio.
ſub rub.de aliquibus quæſtionibus in varijs maleficijs. in 1.
colum.in fi. verſicu. Quarto de facto.Pro quo faciunt dicta
per Iacob.Butri.in addit.ad tractatum Alber.Gandi.de male
ficijs.ſub rub. quomodo de maleficio cogno. per inquiſitio
nem.in 3.colum. verſi. vnde quanquam.& faciunt dicta per
Ange.in l.qui iudicio.ff.de accuſa.& glo. in l.Caſſius. ff.de ſe-
nato,& gloſ.in l.inciuilem.C.de furt.& in l.cum allegas.C.de
vſur.& faciunt dicta per Ludoui.Roma.in conſilio ſuo 167.
vbi adducit in argumen.l.qui ſemiſſes.de vſur.& ca. illo vos.
de pigno.Et faciunt dicta nota.Bald.in authen. cui relictum.
in 3.colum.poſt princip.C.de indic.vidui.tollen. & in Spec.
in titu. de inſtrumen. edit. §. inſtrumentum. in 7. colum. &
per Domi.Alexan.in conſilio 374.incipien. In cauſa.in 4.co-
lum.& Ludouic.Roma.in conſilio 54.incipien. Viſis. circa
fi.& Caccialupum in repeti.l.admonendi. in princip. 7. col.
de excep.verſi.Limita ſecundo . & in cap. 1. de officio ordi-
na.& vide quæ dixi in repetitio.mea.l.fina.C.de probatio. in

10.

10.charta.circa fi.Contra prædicta tamen faciunt dicta per Cy.Bal.& alios in l.1.in fi.C.de proba.vbi videas. Et vide quæ dixi infra in ſingul. 217. incipien. Ter vel quater. circa fin. & ſcias ꝙ ſicut ſemel malus ſemper præſumitur malus, vt in dictis iurib.ita econuerſo,ſemel bonus,ſp pſumit bonus.& ideo dixit ſingulariter Bald in conſilio ſuo 111.incipien.Quidam nomine Reſtorus de Cortonio.in 5.volum.quod vbi habitantes in domo erant conſueti eſſe vigiles,ſi alia indicia contra eos non apparent non tenentur de incendio, licet alias incendium præſumatur ortum culpa habitantium.quod dictum pro nota refert & ſequitur Domi. Alex. in l.ſi quis ex argentarijs.in §.prætor ait.in vlti.col.ff.de eden.

75 Citatio eſt maximi effectus, ideo iura volunt quod de vnoquoque actu fiendo pars citetur,alias actus ſit nullus. l.de vnoquoque.ff.de re iudi.l.nam ita diuus.ff.de adop.cum infinitis ſimilibus & tene menti quod adeo lex fauet citationi & eam requirit quòd ſtante ſtatuto quod contra ſententiam non poſſit opponi aliqua exceptio, poterit tamen opponi exceptio citationis non factæ,ita ſingulariter dixit Ioã. Calde.in conſi.ſuo 8. quod incipit,An ſententia lata contra abſentem.& eſt in tit.de re iudi.& idem dixit Pet.de Ancha. in conſi. ſuo 2 2. incip. de iure communi &c. vltra med.& idem dixit Abbas in conſi.ſuo 92.incip.attingam iuxta ordinem.in 2.col.ante medium.in 3.volum. Pro quo facit quod voluit Ludo.Roma.in repeti.rubr.ff.de arbi.in 7.col.ver. 17. &c vbi dixit ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ arbiter poſſit cognoſcere nõ obſtante aliqua iuris ſolemnitate ꝙ tamen non poterit procedere abſque citatione partis.ad quod allegat Bar. in extrauaganti,ad reprimendum,in ver.videbitur.& in l.1.ff.de teſt. mili.& in l.filiusfamilias.ff.de dona.& dixit no. Hoſtien. in c. veſtra.de procu.& ibi Io.And.quod etiam Papa non poteſt procedere parte nõ citata,niſi hoc faciat de plenitudine poteſtatis,pro quibus faciunt quæ ego latiſſime dixi in hac materia in repe.l.fi.C.de prob.in 38.char.

76 Communis concluſio Doctorum eſt quod teſtis in parte verus & in parte falſus in totum reputetur falſus, vt tenuit Bar.Bal.& ſcribentes in l.ſi ex falſis.C.de tranſac.Bal. in l.certi conditio.§.quoniam.ff.ſi certum peta.in penul.col.ver.Decimus.Bal.in c.1.in 2.col.de conſtitu. Bal. in c.cum adeo.in 1. col.de reſcrip.Abb.in c.3.in fi.de fide inſtru.Cardi. in cle.1.in fi.de teſti.gl in c.ſi ad ſcripturas 9. diſt. Bal.in l.fi. in 4. contrario. C.de edicto diui Adria. tollen.Bal.in l.2. C.de fideicom. liber.Bal.& Ang.in l.1.in §. ſi quis ſimpliciter.ff.de verb.obli. & ibi Imo.in vlti.col.Bal.in l.ſi vteris.C.de fide inſtrumen.circa finem.glo.in c.quid ergo.23.q.5.Inno.in c.fraternitatis.de hæreti.Sed tene tamen menti vnum ſingulare verbum,videlicet quod licet teſtis in parte falſus in totũ reputetur falſus, vt dictum eſt,attamen ſi teſtis in ſuo teſtimonio negat illud & dicit falſum ſuper eo,quod ſi confeſſus eſſet eum non repelleret a teſtimonio,quod hoc caſu eius dictum valet & nõ reprobatur,ſed probat.ita ſingulariter dicit Iac. But. in l. Lucius.ff.de infami.vbi dicit quod ſi aliquis ſit meus affinis aliqua affinitate quę nota.& manifeſta non repelleret eum a ferendo teſtimonio pro me,ſi tamen in eius depoſitione dictam affinitatem negauit mentiendo , non tamen per hoc eius dictum annullatur,licet propter mendacium poſſit puniri crimine ſtellionatus.quod dictum pro valde not.refert & ſequitur Ang.in conſi.ſuo 194.incip.viſis proceſſibus cauſæ.in fi.2.col.quod dicit eſſe not.dignum.[& Iaſ.in l. ſi ex falſis.in vlt.col.C.de tranſac.& in l.ſi quis nec cauſam.in pe.col. ver.adde etiam.25.ff.ſi cer.pet. & in l. ſi duo patroni. in §.idẽ Iulia.in vlti col.ff.de iureiur.vide omnino Alex.in conſi.154. incip.viſo themate.in 2.col.in 5.vol.] De quo dixi latius in repe.l.fi.C.de proba.in 45.char.poſt prin.vbi videas. & faciunt dicta per Do.Fely.in c.ſuper literis.in 2.col.de reſcri.ver. Prima concluſio.& ibi in 6.col.ante finem.& faciunt etiam dicta per eundem in c. in noſtra.in 16.col. circa princip. de reſcrip. [& faciunt optime dicta per Ludoui. Roma. in conſi. ſuo 369.inci.circa primum.in pe.col.ante fin.

77 Patientia ſeu tolerantia cum taciturnitate inducit conſenſum ſecundum Bal.& Ange.in l.ſi filius.C.de peti. hæredi. & in l.qui in aliena.§.quod ſi non adierit.ff.de acquiren hæred. & Inno.in c.illud.de præſump.& per Bar. in l.ſiue poſſidetis. C.de proba. & in l. poſt mortem.ff.de adop. & in l. 1. C.qui admitti.& per Archid.in cap.nemo.de conſecra. diſtin. 1.& per Domi.Cardina.in cap.requiſiſti.de teſta.per Ludoui.Roma.in l.ſciendum.ff.de verbo.oblig.& Abb. in cap. licet Hely.de ſimo.per Pet.de Ancha.in clemen.1.de priuileg. & per Docto.in dicto capitu illud.per Barba.in repeti.rubri. C.qui admitti.in 3.colum.verſicu.limito. & per eundem in repeti. rubri.de fide inſtrumen.in 29.char.in 2. 3. & 4. colum.[Vide ſingu.verbum Alexand.in conſilio 128.incipien.ſentio inſuper.ad fi.in 6.volum.]& ex hoc tene menti nota.& ſingu.verbum Sal.videlicet quod ſtante ſtatuto quod banniti poſſint impune offendi,quod bannitus qui toleratur per ciuitatem a ſuperiore non poterit impune offendi,quia talis patientia & tolerantia ſuperioris inducit conſenſum ipſius principis ſeu ſuperioris volentis ipſum haberi pro non bannito . [Vide Decium in conſilio 327.incipien.viſo caſu.in vlti.colum. Iaſ.in l. omnes populi nume. 47. de iuſti.& iure.]Ita ſingu. dixit Saly.in l.nullus.C.de Iudeis.quod dictum refert & ſequitur Io.de Ana.in c.ſicut Iudei.in 4.colum. de Iudę. & ibi Do. Fely.in penulti.colum.& illud dictum etiam refert & ſequitur Domi.Alexan.in conſilio ſuo primo. in vlti. colum.in 2. volum.ad quod alleg.l.1.§.ſcientiam.ff.de tribu.& l.1.§. magiſtrum.ff.de exercito.per quem tex.dicit Guil.de Cu.ſecundum eum in l.1.in princip. ff. de exercito. quod ſi quis geſſiſſe pro locumtenente alicuius ſuperioris ſciente & patiente ipſo ſuperiore,quod videtur ſibi tacite mandaſſe vt ſe gereret pro ſuo locumtenente, pro quo facit etiam ſecundum eum ibi quod voluit Innocen. in capitu. ex parte Decani.in princip.de reſcrip.& in capitu.in noſtra.de procurato. Archi. in capit.qui ad agendum.de procura.in 6.Item illud dictum Saly.in dicta l.nullus,refert & ſequitur Domi.Alexan in conſilio ſuo 107.incipien.Pro inueſtigatione. in vlti. colum.vbi etiam pro hoc alleg.not.per gl.& Docto. in capit.quia circa. de conſang.& affinita.& illud dictum etiam ſequitur Domi. Alexan.in l.fina.ff. de adul.[& in conſilio ſuo 8.in 2 colum. in 6.volum.]& Domi. Fely. in capitu. quæ in eccleſiarum.in 3.col.ver.Quartus caſus.de conſtit.& in capitulo primo,in 7. colum.de treu. & pace. & Iaſ. in l. omnes populi. in vltim. char.in fi.ff. de iuſti.& iure.& in l.vbi pactum.in 6.colum.verſi.aduerte etiam.C.de tranſact.]Pro quo dicto facit glo.quã nemo allegat ad hoc in capitu.cum I.& A.in verſi.potuerũt. de re iud.& faciunt dicta per Ang.in l.ſi duo.ff. de acquiren. hæredit.& dicta per Saly.met in l.1. ante fi. C. de teſta.quem refert & ſequitur Barba. in repe. rubri. de fide inſtrumen.in 27.char.in 3.colum.ante fi.& facit ſingu.verbum Archi. in c. nemo.de conſecratio.diſtinct.1.vbi dicit quod quando dubium eſt an in fundatione eccleſiæ interuenerit authoritas epiſcopi,quod tunc præſumendum eſt quòd interuenerit quando locus pro eccleſia lõgo tempore cultus fuit, quod dictum refert & ſequitur plura addendo Socyn. in conſilio ſuo 270. incipien. conſideratis &c. in 2. colum. in fi. & facit no.verbum Bal.in l.2.in 2.colu.ver.Iſta regula eſt vera.C.quę ſit lon.conſue.vbi dixit quod patientia principis habet vim priuilegij ſeu confirmationis , & faciunt optime dicta per Domi Nellum in tracta.bannito.in 3.parte ſecundi temporis.quæſtio 84.quem videas omnino,& faciunt etiam dicta per Abb.in conſilio ſuo 7.incipien.Tria circa princip. in 2.colum. & ibi in 3. colum. ver. imputandum eſt enim &c. Vide quæ pro iſto dicto Saly. ego vltra omnes cumulaui in repeti.mea.l.fina.C.de probatio.in 47.char.& ſequen.charta. ibidem,& vide infra in ſingu.284.incipien.tolle moras. [Vide infra in ſingu.330.incipien.ſi bene.& in materia iſta patiẽtiæ cum taciturnitate,vide Domi.Philip.Decium in conſilio ſuo 66.incipien.de duobus.in 6.colum.in fi.vbi ponit ſingu. verbum & Domi.Fran.de Are.in conſi 11. incipien. procedendum.in penul.colum.poſt prin.& vide Innoc. in c.illud. & ibi Ioan.And.de præſump.quos refert & ſequitur Bal.in l. ſiue poſſidetis.in 4. oppoſi C. de probatio. & vide quæ dixi in reperto.meo , in litera P.in 28.char.in 5.not.Socy. conſilio 64 incipien.in cauſa.in 2.colum.in 4. volum. & quæ dixi in l. 1.in §.ſi quis dicatur.in penulti.colum.de quæſtio.& Socy.in conſi.66.incip.viſo compromiſſo.in 1.col.in 4.vol.

78 Plures ſunt cauſæ propter quas pater poteſt exhæredare filium , de quibus in §. aliud quoque capitulum.in Authen.vt cum de appell.cog.& per glo.in cap. quintauallis. de iureiuran.ſed vltra cauſas enumeratas in dictis locis ſcias quod ſi filius aliquam cauſam maiorem illis committat contra patrẽ poterit exhæredari,licet talis cauſa non numeretur in dictis locis,ita ſingula.dixit Ange.in l.lex Cornelia.in prin ff.de iniur.quod eſt not.nec memini me alibi vidiſſe hoc dictum, de quo feci mentionem in repe.mea.l.fi.in 74.char.C.de proba.& in l.vnius.in §.cogniturum.circa fi.ff.de quæſtio.& vide etiam Bal.in l.pe.C.de ſponſa.& Domi.Fely.in c.paſtoralis.in 1.col.ante medium.de reſcrip.

79 Confirmatio ſuperioris ſupplet defectum formæ,ſupplet defectum perſonæ , ſupplet defectum ſolemnitatis , & alios defectus,ſecundum Bal in l.fina.ff.de teſtamen.tut.& ſecundum Oldra.latius in conſilio ſuo 257. incipien. Factum tale eſt.in 4.colum.quod tamen intellige omnem defectum,ſcilicet iuris ciuilis,non autem iuris naturalis, ita dixit Ange. in l.adoptio non iure facta.ff.de adop.quem refert & ſequitur

Alex.

Alexan.in conſi.469.incip.viſo puncto.in 7.colum. idem dixit do. Cardin.in clem.1.in pen.colum verſi.24.de elec.idem dixit Specu.in titu.de lega.§.nunc oſtendendum.verſi.18. & Io.de Imo.in l.quidam conſulebant. in 3.col. ff.de re iudi. & do.An.in c.1.de tranſac.& voluit do.Alex.in conſ.ſuo 79. incipien.Circa primum &c. in 7 col. in 1.vol. vbi dicit de hoc eſſe tex.in cle.paſtoralis.in §.cæterum.de re iudi.& in c.illa.& ibi no.Ant.de But.de ele.hanc etiam partem firmat do.Fran. de Are.in conſi.ſuo 8.incip. Abunde ſatis. in 2.colum.& Bal. in addi.Specu.in dicto tit.de leg.in 1.colum.verſi.ſupplentes. vbi dicit illud dictum Spec. ibi eſſe not.dignum. hanc etiam partem tenuit Petr.de Ancha.in conſi.ſuo 166.incip.viſis diligenter.in fi.pen.colum.& do.Bar.Cępo. in conſi.ſuo 17.incipien.viſa. in fi.verbis.pro quo faciunt optime dicta per Ange.in conſi.ſuo 117.incip.in facto proponitur.circa fi.vbi dixit quod ſtatutum excludens omnes exceptiones non comprehendit exceptiones cauſatas ſeu prouenientes à iure naturali, quod conſilium refert dom.Alex. in conſi.ſuo 113. inci. viſo in 2.col.in 5.vol.& in materia iſta etiam vide aliquid per Bal.in l.& ſi certarum.ff.de teſta.mili.& in l.1. C de teſta.tu.& late per do.Feli.in c.ſciſcitatus.in 4.colum.de reſcrip.& adde idem eſſe in his quæ ſunt de iure diuino ſecundum Bal.Ang. & Imo.in l.filius à patre.§.fi.ff.de lib.& poſthu.quos refert & ſequitur do.Fel.in c.poſtulaſti.in 18.colum.de reſcri. Et ſcias etiã quod confirmatio ſuperioris licet confirmet oĩa & ſuppleat omnem defectum, vt ſupra dixi;attamen hoc fallit quãdo in re confirmabili eſt vitium non purgabile etiam à principe;puta defectus citationis, ita dixit Abb.in c.ea quæ.de re iudi. quem ibi in vlti.colum. refert & ſequitur do.Fely. allegans pro hoc dictum Hoſti.in c.1. de tranſac.& dicit de hoc eſſe tex.in cle.paſtoralis.ad fi.ibi,nec prædicta ſuppletio.de re iudic.& facit no.verbum Ioan.And.in addi.Specu. in titu.de reſcrip.præſentatio.in §.ratione quoque impetrantis. verſic. item quod impetrauit. vbi dixit quòd impetratio facta ab excommunicato eſt nulla etiam ſi impetraſſet de conſenſu aduerſarij. quod dictum refert & ſequitur do.Fel. in cap. venerabilem. in 1.colum.in fi.de excep.vbi dicit ꝙ idem dixit do.Ant.in c.cæterum.in vlt.colum.de reſcrip. & vide quę dixi inf. in ſingul.163.incipien. crimen falſi.circa fin.& inf.in no.hic ſequen.

80 Tu habes ꝙ curſus tanti temporis cuius initij memoria non extat operatur idem ꝙ priuilegium.c.ſuper quibuſdam. de verb.ſignific.Iſtud tamen fallit niſi præſcribens eſſet in capax:ita ſingulariter dixit Io.monachus in c.2.de præben.in 6. quem ſequitur Abb.in c.cauſam.de præſcrip.& in c.quanto. in primo nota.de conſue. & in c.nouit. in 12.colum. de iudi.& in c.ad aures. de præſcrip. & do.Ant. in c.peruenit,in 6. colum.de cenſi.& Bald.in l.omnes.in fi.C.de præſcrip.30.anno.& Dominicus in c.catholica.11.diſtinct. & Abb.& Ioan. de Ana.in cap.ad hæc.de ſimo.& Cardin.in conſi.58.incipiẽ. propoſita quæſtio. & domi.Felyn.qui prædicta ponit in d.c. cauſam.de præſcrip.in 1.colum.verſic.ſigna theoricam.& vide dicta in præcedenti no.

81 Aduertas ad vnum ad quod pauci procuratores & aduocati animaduerterunt; & ſcias ꝙ omnes ſcripturę & inſtrumẽta vel aliæ probationes debent produci parte præſente vel citata: aliàs non probant.3. q.9. c.chartæ.l.iudices. & ibi Bal.in 4.nota. C.de fide inſtrumento. l.properandum. §. ſin autem reus.& ibi no.Ang.C.de iud.no.Bald.in l item illa. ff.de conſtit.pecu.& Ange.in l.omnium.C.de teſta.& facit. l.ſi quem. & ibi Bald.C.de teſti.voluit domi.Alexand. in conſi.ſuo 288. incipien. Et ſi celeberrime &c.in penul.colum.& faciunt dicta per domi.Alexan.in conſi.417.incipien. Circa id &c.Sed fortius ſcias quod ad hoc vt ſcripturæ, inſtrumenta, vel aliæ probationes productæ in iudicio probent & fidem faciant non ſolum eſt neceſſe quod producantur parte præſente, vel citata,vt iam dixi; ſed eſt etiam neceſſe ꝙ detur copia parti cum termino ad opponendum, ita ſingula. dixit Barto.in extrauaganti ad reprimendum, ſuper verbo, de plano,quod dictum refert & ſequitur Ang.de Are.in §.appellantur.in vltimis verbis.inſtit.de exceptio.& Ludo.Roman.in l.qui ante calendas.ff.de verbo.obliga.& idem Ludo.Roman. in conſi. ſuo 156.incipien. Honorande domine. vbi alle.Bald.in duobus locis approbantem hoc dictum Bart. & pro eo allegantem tex.in d.c.chartæ.3.q.9.quod dictum Bar.etiam refert & ſequitur Ludo.Roma.in conſi.ſuo 519.incipien. In caſu propoſitæ &c.do.Alexan.in l.fin.in apoſtillis. C.de fide inſtrum. quæ omnia tene menti; q̃a,vt dixi, pauci ad hoc animaduerterunt:& iſta tamẽ quotidie veniunt in facto.Et aliàs de hoc dicto Bar.& ſequacium conſequutus ſum maximum honorem in ciuitate Ianuę;non tamen inter ruſticos & imperitos ſed profecto in cętu peritorum; & aliqui fuerunt qui admirati ſunt de dicto Bar.dum ibi illud oſtendi. Et in hac materia productionis inſtrumentorum, vide Gemi. in conſi.118. incip.ſaluatoris &c.quaſi per totum.

82 Volo tibi dare aliquas notabiles & vtiles limitationes. Tu habes.l.quoties. C.de rei vend. quæ vult, quòd ſi vendita eſt res duobus, ille præfertur qui eſt in poſſeſſione. (Vide Bald. in l.ſenatus. ante fin. C. qui accuſa. non poſſunt. & Bartol.& Alexan.in l.ſepulchri violati.ff.de ſepulchro viola.) Attamen d.l.limita primo non habere locum in feudis; quia ſi datum eſt primo vni aliquid in feudum, & poſtea illud idem detur alteri,& iſte vltimus apprehendat poſſeſſionem, tamen non obſtante quod habeat poſſeſſionem admittitur primus. Ita per plura iura concludit Ludo. Roman. in conſil.ſuo 70.incipien.Viſo themate &c.in 2.colum.Secundo limita d.l.non habere locum in perſona eccleſiaſtica vendente, quia primus emptor primo habuerit poſſeſſionem. Ita ſingular.dixit Ioan.Andr. & Hoſtien. in cap. continebatur. de his quæ fiunt à præla ſine conſenſu capi.allegant.c.cum autem.de iure patrona.& cap.cum inter canonicos.de electio. quod dictum pro valde nota.refert & ſequitur Ludo.Roman.in dicto conſil.ſuo 70. & illud etiam refert & ſequitur pro valde notabili idem Ludouic. Roman. in conſi.ſuo 298. incipien. Circa præmiſſam &c. in vlti. colum. vbi dicit quòd ratio huius dicti eſt ſm̃ Ioan.And quia eccleſia,quæ tutrix,& auctrix debet eſſe iuſtitiæ; vt in c.1.§.ſed diuerſum.de alie.feud.non debet in ſuis contractibus fraudem adhibere. de donatio. c.per tuas.de renunciat. cle. cum illuſio. nec alicui laqueum præſtare.27.q.1.c.de viduis.el 2.& illud dictum etiam pro valde no. refert & ſequitur Ludo.Roman. in repeti.authen.ſimiliter.in 3.char.in 1.colum.ver.duodecima.C.ad legem falcid.vbi dicit quod iſtud dictum eſt communiter incognitũ legiſtis, & canoniſtis;& illud etiam refert & ſequitur do.Fel. in c.cum olim.in 5.colum.de re iudic. Vide tamen do.Alex. in conſi.ſuo 122.incipien. Viſo proceſſu &c.in vlt.colum.in 5.volum.(Et in conſi.82,incipien.in cauſa & lite.in 2.colum. in 7.volum.) & do.Fel. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. in 24.colum. verſic.ſimiliter per prædicta &c. Tertio limita d.l.quoties.quando venditor in prima venditione conſtitueret ſe precario nomine primi emptoris talem rem venditam poſſidere;nam iſto caſu licet realiter non tradiderit poſſeſſionem primo emptori:ſi poſtea vni alteri vendidit & tradidit poſſeſſionem ipſius rei; attamen primus emptor propter dictam clauſulam erit potior: & ita d.l.quoties. non ſolum habet locum in traditione naturali, ſed etiam in ficta. Ita ſing.dixit Io.And.in addi.Spec.in ti.de emptio.& vend.in §.ſciendum.in 16.colum.in additio.incipien.Hic dubitatur ſi iſte vendat &c. & idem expreſsè firmat Bal.in conſi.ſuo 506 incipien.venditor conſtituit &c.in 4.volum.de quo etiã per Bal in rub.C.de contrahen.emptio.in 16.q.Quarto limita d. l.quoties.quando primo vendita eſſet res perſonæ priuilegiatæ, etiam ſi ſecundo emptori eſſet facta traditio; quia tunc præfertur ipſa perſona priuilegiata vt eſt eccleſia vel eccleſiaſtica perſona.Ita dixit glo.not.in l.ſiue autem. §.ſi duobus.ff. de publiciana.& idem tenet gl & Bar.in l.fi.C.de ſacroſan.eccle.& Bar.& doct.in d.§.ſi duobus.Quinto limita.d.l.quoties. non habere locum in pauperibus Chriſti; quia ſi tales pauperes primo emerunt,& poſtea alius emit; licet iſte poſterior emptor adeptus fuerit poſſeſſionem ipſius rei:attamen ipſi pauperes ſunt potiores & præferuntur ſecundo emptori.Ita no.dixit Bal.in d.§.ſi duobus.& ibi Ang poſt eum.Sexto limita.d.l.quoties.non habere locum in matrimonio; q̃a ſi vni promittitur puella conſentiens per verba de præſenti; & alteri ſecundo promittatur & tradatur,valet primus contractus. tex.eſt in c.fi. de ſponſa. quem tex.ad hoc allegat do. Fel.in c.1.in 1.colum. vt lite non conteſta. Item alias limitationes ad l.quoties.vide per domi.Alexand. in d.§.ſi duobus. & in d.l.quoties.& per Bertha.in repertorio ſuo,in verſi.emptor primus.Vnum tamen non omitto in hac materia;vide licet ꝙ ſi venditor tempore primæ venditionis nullum ius habuiſſet in re,ſed poſtea facta ſecunda venditione, & traditione ius ſuperueniſſet ipſi venditori, tale ius ſuperueniens proderit ſecundo emptori cui facta eſt traditio, & non primo habenti ſolum titulum emptionis. Ita dixit Lud.Rom. in conſi.ſuo 270.in primis verbis.allegat ad hoc.ff.de rei vendi.l.ſi actio.à contrario ſenſu,& l.cum vir prædium. ff.de vſucapio.& l.ſi quis alienam.ff.de actio.empt.& ad intellectum, & materiam. d.l.quoties. vide Ange. in conſil.ſuo 43. incip. Syndicus &c.Et vide Bald. in conſi.ſuo 36. incipien. Factum &c. in 3.volum.Et vide ad materiam d.l.quoties.no.verbum Ioan.de Imo.in repetitio.c.cum contingat.in 184 col. de iureiur.relatum à dño Anto.Corſeto in rub.de iureiurã. in 41. priuilegio iuramenti. An autem d.l.quoties.habeat locum ĩ dona-

donatione facta duobus de eadem re? dic ꝙ ſic, ſecundum d. Alex. in conſi. 14. quod incip. circa primum. in fi. in j. vol. quæ omnia tene menti; quia alibi forte ita diffuſe non facile inuenies ſupradicta.

83 In ore vulgi eſt lex illa, manifeſtę turpitudinis. ff. de iureiur. quę dicit, quod manifeſtę turpitudinis eſt nolle iurare, vel iuramentum referre. Sed licet plures eã allegent, attamen pauci ſunt, qui eam recte & ſane intelligant. Ideo ſcias tu quod lex non intelligitur ita ſimpliciter; ſed tunc demum habet locum quando actor habet aliquam iuris prę́ſumptionẽ pro ſe vehementẽ, vel aliquid ſemiplene probauit; quia tunc eſt turpitudinis manifeſtę nolle iurare, vel iuramẽtum referre: ſecus autem ſi ipſe actor nullam iuris præſumptionem hẽt pro ſe nec aliquid ſemiplene probauit, quia tunc reus non eſt in manifeſta turpitudine nollę iurare vel iuramentum referre. Ita ſing. limitat d. l. manifeſte Spe. in tit. de iura. delatione. §. 1. ver. ſinautem actor nihil omnino probat &c. Pro quo facit optime quod voluit Bal. in c. fi. quo tempore miles. allegando Inno. in c. ſolet. de ſenten. excommuni. dicens, ꝙ vbi actor nihil probauit non poteſt iudex aliquid mandare reo, ergo nec poterit mandare quod iuret, vel iuramentum referat. idem dixit ipſe Bal. in l. fi. §. fi. ff. quod me. cauſa. & in l. cum hi. in §. ſi prætor. ff. de tranſactio. in prin. & in l. ictus fuſtium. in 1. col. ff. de his qui no. infa. (Et in conſi. 145. inc. Viſo. in 4. vol.) Et hanc partem quam tenet Spe. in dicto loco ſequitur Abb. in c. fi. in princ. in 3. colum. ver. Circa prędicta quæritur. de iureiu. vbi refert illud dictum Spe. & dicit quod ex d. l. manifeſtę. multi decipiuntur credentes quod indifferenter poſſit actor iuramentum deferre reo. Idem etiam firmat ipſe Abb. in c. 2. in primo no. de clan. deſpõ. Et pro hac parte optime facit regula illa vulgata, videlicet quod actore non probante reus debet abſolui. Et faciunt optime dicta per Pa. de Caſt. & d. Alex. poſt eum ibi in l. ſi patronus. ff. de iureiur. vbi dicunt quod vbicunq; habes contra me aliquam exceptionem impeditiuam litis ingreſſum non teneor reſpondere libello nec lit. conteſta. de quibus exceptionibus habetur in l. nam & poſtea. in prin. ff. de iureiu. vnde ſi vellem tibi deferre iuramentum, vt iures, vel referas aut ſoluas non cogeris ſubire iuramentum ſicut nec ſubire iudicium, de quo dicunt fore tex. no. ibi, & in l. in contractibus. §. illo. C. de non num. pecu. Facit etiam pro illo dicto Spe. quod voluit Lud. Rom. in conſi. ſuo 108. inc. Idem in propoſita. vbi videtur firmare ſaltem tacite opi. Spe. inquantum allegat Inno. in d. c. ſolet. de ſententia excom. vbi dicit, ꝙ quando nihil conſtat iudici ipſe iudex nihil poteſt mandare reo. Sed contra Spe. & ſequaces tenet d. Ale. in l. manifeſtę. & conatur reſpondere ad contraria, ideo cogita. dictum Spe. fundatum eſt ſuper regulis iuris, & ſuper æquitate, & ego pluries in contingentia facti obtinui & practicaui dictum Spe. nam ſi nihil tecum habeo agere videtur durum & iniquum quod poſſis me cogere ad iurandum, vel ad referendum. Tene etiam menti in materia iſta quod iuramentum non eſt deferendum in ſupplementum probationis quando ſemiplena probatio non probatur vere vel neceſſario, ſed præſumptiue, vel quãdo ipſa ſemiplena probatio eſt eliſa aliqua prę́ſumptione in contrarium. Ita ſingulariter dixit Lud. Rom. in conſi. ſuo. 91. incip. viſis & percunctatis. in pe. col. & idem firmat Bal. in l. 1. C. qui & aduer. quos. in ver. ex hoc no. item vide do. Alexand. in hac materia in conſi. ſuo 53. inci. in cauſa vertente in 4. col. in 1. vol. vbi inter cætera dicit quod iuramentum in ſupplementum probationis non tantum venit deferendum, vbi eſt ſemiplene probatum; ſed etiam vbicunque actor habet pro ſe tales teſtes, qui ſolum præſumptionem inducant vel aliquas coniecturas propter quas iudex inducatur ad ſuſpicandum, vel opinandum pro partę actoris. allegat ad hoc no. in c. tam litris. de teſt. & Bar. in l. admonẽdi. in 5. col. ver. poſt limitationẽ. de iureiu. & Bal. poſt Iac. de Are. in l. fundum. C. de rei vend. Et teneas etiam menti quod dicta lex, manifeſtę. reſtringitur & limitatur niſi ſit elapſum tempus, nam elapſo tempore ſeu termino iuris non eſt manifeſtę turpitudinis nolle iurare nec iuramentum referre, tex. & ibi Bal. qui eum ita ſummat in l. in contractibus. in §. illo. C. de non nume. pecu. Quæ omnia tene menti, quia vere quotidiana ſunt & vtilia, ut de ſe patet.

84 Princeps in dubio non videtur uelle uti plenitudine poteſtatis, ſecundum Io. And. in c. innotuit. de elec. Inn. & Io. An. in c. dudum. de decimis. & Bal. in l. bonorum. C. qui admitti. & Ang. in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcrip. & ſecundum doct. in l. quamquam. & in l. in teſtamento. C. de teſta. mili. de quo etiam per Alexan. conſi. 60. in 7. colum. in 2. vol. & in conſi. 87. in 3. colum. in eod. vol. & in conſi. 107. in fi. 3. col. & in conſ. 215. incip. Nec arguendi. in 3. colum. in eo. vol. (Vide tamen Ludo. Rõm. in ſingul. 781. incipien. dixi alias.) Tene tamen menti quod quando princeps facit actum, qui poteſt fieri abſque plenitudine poteſtatis nunquam præſumitur vti plenitudine poteſtatis. Sed qñ princeps facit actũ qui non poteſt valere, niſi fiat de plenitudine poteſtatis, tũc in dubio princeps præſumitur vti plenitudine poteſtatis, ut actus potius valeat quàm pereat. Iſtud fuit ſingulare dictum Pau. de Caſt. in conſi. ſuo. 284. incip. In facto præſenti non intendo adulari. & idem dixit ipſe Pau. de Caſt. in l. ex imperfecto. C. de teſta. & eum refert & ſequitur d. Alex. in l. 2. C. de teſtam. mili. in ver. iuxta prædicta &c. & d. Fel. in c. 1. in prin. 1. col. de conſt. & in c. cum inter priorem. de excep. in 5. col. in prin. & in c. in cauſis. in 2. col. circa fi. de re iud. & d. Alexã. in l. idem Vlpianus. §. ſunt & alij in ſuis apoſtillis. ff. de excuſa. tu. (Idem in ſimili dixit Gemi. in conſil. ſuo 17. incipien. Pro declaratione. in fin. 1. colum. & d. Phili. Decius in conſilio 140. in 2. colum. & faciunt in ſimili dicta per d. Phili. Dec. in conſ. 77. incipiente, Viſo puncto. in fi. 1. col. & illud conſi. in 4. col. refert & ſequitur Pau. de Caſt. in dictis locis. & idem dixit Alexand. in conſi. 92. incipi. perſpectis. in 8. colum. in 6. uolum. & Decius in conſ. 289. incipien. non eſt. in penul. colum. in fi. & vide ſupra in ſing. 30. incip. clauſula &c. circa finem.) Idem videtur firmare Bar. in l. pręſes. C. ſi ſeruus, vel liber. lib. 10. & Oldra. in conſi. ſuo 382. incip. Ad idem. in 2. colum. in princi. ver. Do unam ſolutionem. Idem etiam firmat Pet. de Anch. in conſilio ſuo 294. incipien. Vltra alia ſolenniter. circa med. pro quo optime faciunt dicta per Soc. in cõſ. 130. inci. Viſa cõtingentia &c. in 4. colum. & quæ ego dixi in d. l. 1. §. ſi ſeruus. i 3. colum. ff. de quæſtio. Et pro prædicta doctrina faciunt dicta per Pet. de Ancha. in conſil. ſuo 336. incipiente, Viſo diligenter &c. ante fi. & per eundem in conſi. 68. incipiente, Cõtra donationem factam. in 2. col. verſi. licet ergo cauſa. Et faciunt optime dicta per domi. Alexan. in conſi. ſuo 1. incipiente circa primum. in 3. colum. in fi. in 2. volum. & per Ludoui. Roman. in conſilio ſuo 307. incipiente, In caſu propoſitæ. circa princip. Vide tamen notabilia uerba domin. Felini in capitulo cauſam quæ. in ſeptima columna. extra de reſcrip.

85 Tu ſcis quod propter ſterilitatem fit remiſſio canonis. c. propter ſterilitatem. de loca. l. licet. eo. titu. l. ex conducto. in §. fi. & l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca. Sed ſcias quod non tantum eſt fienda remiſſio propter ſterilitatem, ſed etiam quando percepti ſunt fructus & ſine culpa coloni pp vitiũ territorij in quo ſunt nati ſunt corrupti; vt puta quando vinum eſt uerſatum taliter quod in totum proiicitur, & ex eo nullum precium inuenitur. Ita no. dicit Hoſtien. in d. c. propter ſterilitatem quem ibi ſequitur Ioann. de Imo. in 18. column. in verſi. in glo. potuit occurrere &c quod eſt ſumme not. ſecũdum Imo. ibi. Sed ego valde dubito de hoc dicto propter tex. in l. ex conducto. §. ſi qua tamen. & ibi Barto. ff. loca. ubi habetur quod propter vitioſitatem fructuum non fit remiſſio canonis. Ita dicit ibi Bar. & idem tenet ipſe in l. ſi merces. in §. uis maior. eodem titu. & Bal. in l. licet. in ſeptima quæſt. ideo cogita. C. eodem. Et vide Socin. in ſuo conſilio lio centeſimo. incipiente, In cauſa Baptiſtæ. circa finem.

86 Statutum ſit à principe, uel a ſuperiore quod qui portauerit frumentum extra ciuitatem cadat in pęnam amputationis manus. modo quidam portauit frumentum extra ciuitatem pro uſu ſuo, an cadat in pęnam? dic quod non, iſtud fuit ſing. uerbum Io. de Imo. in l. cætera. in §. ſi ff. de leg. 1. & idem dixit Bal. in l. cum proponas. C. de nau. fęn. pro quibus faciũt dicta per Angel. poſt Guil. de Cu. in l. præſidis. ff. ſi certum petatur. vbi idem dicunt, & faciunt dicta per Albe. de Roſa. in l. 2. in 12. colum. C. de ſumma trin. & fide catho. & per docto. in l. ſi quis poſt hac. C. de ędifi. priuatis. & in l. 2. in prin. ff. ſi certum peta. Et ſcias quod hoc caſu ſtabitur iuramento portantis bladum extra ciuitatem, an portauerit pro uictu ſuo, necne. ita dixit Io. de Imo. in d. l. cætera. §. ſi & Bal. in d. l. cum proponas. (Vide Bal. in reperto. in uerbo, gabella. in 1. uerſi.) Sed iuxta prædicta quæro, conſtat ex prædictis doctrinis & iuribus quod extrahens frumentum pro uſu ſuo ſtante prædicto ſtatuto non cadit in pœnam, modo pone aliquis extraxit frumentum pro uſu ſuo, & poſtquam extraxit mutauit propoſitum & illud uendidit, an hoc caſu incidat in pęnam ſtatuti? dicas quod non, ita ſing. dixit Albe. de Roſ. in 1. parte ſtatutorum. q. 79. incipiente, Item quæro ſtatuto cauetur qđ de rebus &c. & idem ipſe tenuit in 2. parte ſtatuti: q. 26. incip. Prædicta etiam. quod profecto eſt ualde no. (Idem tenet Bal. in l. 1. §. cum quæritur. ff. de exerci.) Et uide in ſimili Bal. hoc tenentem in conſilio ſuo 186. incipiente, Decreto domini. in 1. uolumi. & adde etiam in materia proprij uſus de quo

ſupra dixi not.verbum, videlicet quod ſtante ſtatuto quod pro vnoquoq; equo tranſeunte per ciuitatem aliquam debeat ſolui tantum pro gabella, ꝙ hoc caſu non debet ſolui pro equo quem quis equitat pro vſu ſuo.ita ſin.dixit Pet.de Anch.in conſil.ſuo. 265. incip. Præmittendum eſt &c. quæ omnia tene menti quia ſunt quotidiana & vtilia.

87 Licet fictẽ contumax poſſit a ſentẽtia diffinitiua intra 10. dies a tempore ſententiæ computandos appellare, vt habetur in cle.cauſam.de elec.& in cle.ſi ante.de dolo & cont. Tene tamen menti ꝙ ea quæ fiunt poſt. 10.dies a tempore prolationis ſententiæ & ante interpoſitionem prædictę appellationis per iudicẽ ſeu executorẽ valent & tenent, nec poteſt reuocari per viam attentati ſeu nullitatis, ſed bene poterũt reuocari per viam iniuſtitię docto,& cognito de hoc in cauſa appellationis.ita ſingulariter dicũt Domini de Rota in ſuis deciſionibus nouis, in deciſ.353.incip. Licet ficte &c. quam doctrinam vidi alias practicari Venetijs a quodam delegato apoſtolico in quadam cauſa non parui momenti.

88 Stante ſtatuto ꝙ cõtra laudũ vel cõtra ſñiam nõ poſſit opponi aliqua exceptio, tamen hoc caſu nõ videtur prohibita facultas implorandi officium iudicis vel habendi recurſum ad ſuperiorẽ ſaltẽ vbi pars aliter locupletaretur cũ aliena iactura.ita habet in l.plane.& in l.fi.ff.de peti.hære.& vtrobiq; hoc firmat Bal.& Ang.& voluit Do.Anto.in c.item cum quis.de reſti.ſpo.& Io.de Imo.in l.fi.ff.a quibus ap.nõ licet.& Pet.de Anch.in repe.c.canonũ ſtatuta.de conſti. & in cle.1.de ſeqſtra.poſ.& fruc.& Bar.in l.1.§.& parui.ff.quod vi aut clã.Et voluit Lud.Rom.in con.ſuo.425.incip. Quo ad primum.in vlti.co.vbi dixit ꝙ quãuis aliqua cõſtitutio tollat & excludat generaliter quodcũq; remedium, nunꝗ tamen intelligitur excludere implorationẽ officij ſuperioris, qui cõſiderata æquitate eius officium & auxilium debet annuere. allegat etiam tex.in l.4.§.1.ff.de fideicom. liber.& l.2. §.ſi bonorum. ff. ad Tertul. & gl.in l.2.in §.expectandi.ſuper verbo,repudiauerit. de bono.poſ.ſm tab.Idem expreſſe firmat Pet. de Ancha. in conſi.209.inci.Iudex. in 2.col.& Abb. in c.ex literis.in 2. col. de in integ.reſti.Io. de Imo.in l. ex conſenſu.§.fi.ff.de app.& Paul.de Leaza.in cle. 1. de ſequeſtra. poſ.& fruc. & Rapha. Fulgo in conſi.167.incipien. Viſis &c.& Do. Alex.in conſil. ſuo.435.inci.In cauſa dominę Bartholomeę. in 1.col. & in l. fi.in antepe.col.C.de edic.diui Adri.& in conſ.ſuo 113. incip. Viſo &c.circa fi.in 5.vol. pro quib.faciũt dicta per Bar.in l.fi. in fi.C.de ſenten.& in l.fi. C. de tempo.ap. & dicta per Bal.in c.1.§.fi.in 2.col.quo tempore miles. & dicta per gl. in l.fi.C. vt li.pẽ.& ꝗ habetur in auth.quæ ſupplicatio.C. de prec.imp. offe.& per Bal.in l.nemo.C.de iuriſ.om.iudi.& per Do.Ant. in c.paſtoralis.de appella.& per Ang.in l.1.C.de ſentẽ.pręfec. præto.& per Ioan.de Imo. qui melius & latius cæteris loquitur in conſil.ſuo.145. incip. Viſis &c.cũ duobus conſilijs ſequentibus, & ibi etiam in conſi. ſuo 144. de quo etiam ego latiſſime ſcripſi in conſil.meo 33.incip.Super eo.in vlti.char. Sed operæ precium eſt ſcire caſus in quibus habet locum talis recurſus & obtinetur quomodo tunc ipſe recurſus regulabit.in quo dicas ꝙ regulabitur ſm ꝙ regulatur appellatio quantum ad tempus exercitij & terminationis eius. Ita ſingu.dixit Bal.in tractatu ſuo ſuper ſtatutis.in ver.Statutum. in 6.verſi.inci.Statutum quod permittit [Nuper iuueni Bal. & Ang.idem tenentes in l.1.per glo.ibi.C. de ſenten.pręfec. præto.& vide Bal.in l.etiam C.de iure do.ad fi.] quod tene menti quia non memini me hoc legiſſe alibi. de qua materia plenius dixi in l.2.in 3.char.in 1.colũ.C. de execu. rei iudi. Et intra quantum tempus poſſit qui grauatur habere recurſum ad ſuperiorem. vide Do.Io. Baptiſtam de Caccialupis in ſua repe.l.omnes populi.in 92.col.in fi.ff.de iuſti.& iure.& vide.inf.in ſingu.279.inci. dolus. [Et vide Domi.Pari.de Puteo in ſuo tracta.ſingu.in 18.char.in 2.col.]

89 Solutio ſpontanea purgat vitium violentiæ adhibitum tẽpore promiſſionis.l.2. C. quod met. cauſa. cum ſimili. Scias tamen vnum ꝙ nunꝗ ſolues intelligitur approbare promiſſionem præambulam quando ſubeſt aliqua cauſa ex qua neceſſitabatur promiſſor ad ſoluendum, puta quia iurauit nã iſto caſu ſi ſoluit nõ dicitur purgatum vitium violentiæ pręcedentis tempore promiſſionis. Ita ſing. dixit Ang.in d.l.2. in fi.verbis C.quod met.cauſa. dicens hoc ſentire gloſ.ibi.& ſubdit quod ſi ex forma ſtatuti contra inſtrumentum guarentigiæ nõ poteſt opponi exceptio doli vel metus,ꝙ ſi quis promittit per metum per inſtrumentum guarentigiæ,& de inde ſoluit,non videtur approbare dictum inſtrumentũ, ꝙ dicit ibi Ang.eſſe nota. dignũ, & idẽ voluit Bar. in l.1.§. hoc interdicto.ff.quod vi aut clam.& Do.Feli.in c.quod ad cõſultationem,in 5.col.de re iudi.Et faciunt dicta per Io. de Imo. in conſil.ſuo.146.incip. In cauſa nauis. in 2.col.verſ.ſecundo poteſt dici. & in cõſil. ſuo.144. incip. Cępit dubitari. & vide etiam dicta per Do. Feli.in c. cum M. in 12.col.poſt prin.de conſt..& per Bal.in l.nouiſſime. quod ſal.tuto.autho.

90 Fauorabiliores ſumus ad liberãdum quam ad condẽnandum l.Arianus.ff.de act. & obli.l. fauorabiliores.ff de reg.iu. l.abſentem.ff. de pęnis,cum ſimilibus. [Vide inf. in ſing.163. incip.monitus.Et ideo dixit multum no.Inno. in c.nouit.de offi.deleg.quod licet legatus exiſtens extra prouinciam non poſſit excommunicare niſi faciat de conſenſu diœceſani, tamen poteſt excommunicatum abſoluere. Item dicit etiã ꝙ põt conferre prębendas.& ꝙ ſi duę prouinciæ ſint ſibi cõmiſſę, ꝙ negotia vnius poteſt in alia expedire. quod dictũ refert & ſequitur pro not. Angel. in l.2.ff.de offi.præſidis. quæ omnia nota ad materiam ſeu limitationem l.fi.ff. de iuriſ. om.iudi. Et ad prædicta etiam facit quod voluit Saly. in l.fi. in vlt.col.C de quæſtio.& Do.Fran.de Are.in c. fraternitatis. de teſti.in 8.char. vbi dixerunt ꝙ licet in criminalibus nõ obſtet publicatio tamen hoc non procedit vbi petitur noua examinatio ad offenſam. quod dictum refert & ſequitur Do.Feli.in c.cum clamor.in 3.col circa med.de teſti.vbi etiã pro hoc allegat not.verbum Do.de Rota,quod ibi per te videas.de quo latius dixi in l.1.in §.fi. in 2.not.poſito ibi a Bar. ff.de quęſtioni.& vide etiam Bal.in l.fi.in vlti.col.ante fi.C.de probatio.Tene menti rogo,quia ſingularia ſunt & lucroſa.

91 Regulariter ad hoc vt quis dicatur contumax requiritur trina citatio, vel vna peremptoria, vt habetur in l. cõſentaneum.C.quomodo & quando iudex. & in l. tres denunciationes.eo titu.Scias tamen quod vbi citatur perſona potens ſufficit vnica citatio etiam non peremptoria. Ita ſin.dixit Io. An.in c.non minus,de immu. eccle.quẽ ſequitur Bal. in c. 1. in prin.in 2.col.de milite vaſal. qui contu.eſt.& Dom. Feli.in c.in nomine Domini.in 5.col.de teſti. & vide quæ dixi ſupra in ſingulari.53 incip.Ad hoc vt quis conſtituatur.

92 Licet teſtis ſit inhabilis,tamen ſi eſt rogatus a partibus creditur ſibi.gl.eſt ſingularis in §.& licet. in Auth.de teſti.in ver. etiam ſupplicijs. quem ſequitur Bal.in l.parẽtes.C. de teſti.& in c.in nomine domini.in 1.col.de teſt.& Bar.in l.ad teſtiũ.§. 1.ff.de teſta.& Do. Alex. in conſi. ſuo 278. incip. Ponderatis verbis.in vlti.verbis. Et dixi in l.1.in §.ad quæſtionẽ.ff. de quæſtioni.[Vide Alex.in conſi.93 repetitus in cauſa.in penul.col. in 6.volum. & in conſi. 102. inci.ſuper primo &c. in vltimis verbis,in 7.vol.] Quod intellige niſi eſſet inhabilitas per partes non remiſſibilis,ſecundum theoricam Bal. in l. ſi quis teſtibus.in vlti.col. C. de teſtibus. Et ideo dixit Ioann. And. in addi.Spec.in tit.de teſte.§.ſæpe.in 1. addi. quod teſtis inhabilis poteſt conſenſu partium habilitari, idem voluit ipſe Io. And.in d.tit.de teſte.§.1.ver.Quid ſi vidit.& Do. Anto. & Io. De Imo.in c.cum dilectus.de conſuetu.& Do.Anto.in c.bonæ. de poſtu. præla.& Alex. in conſi.122.in 3.colũ.in 2. vol. Scias tamen ꝙ licet quando partes conſentiunt in teſtem non poſſint aliquid contra eum opponere per ſupradicta, tamen iſtud eſt verum quando conſentiunt in perſonam, & in dicto teſtis. ſecus ſi conſentiunt in perſonam tantum, quia tunc poſſunt opponere dicto ſuo, ita ſingulariter dixit Bal.in l.in bonæfidei.in pe.col.ver dubitatur de vno.C.de rebus creditis. ꝙ dictum pro mirabili refert & ſequitur V.I. monarcha, Do.Feli.in c. veniẽs. in 9.col.extra de teſti. Aliud etiam in materia tene menti, videlicet quod nedum teſtes inhabiles conſenſu partium poſſunt habilitari,ſed etiam atteſtationes inualidę poſſunt ratificari conſenſu partiũ, ita ſingulariter dixit Inno. in c.cũ cauſam. extra de teſti.quem refert & ſequitur Saly. in l.ſi quis teſtibus.ff. de teſti. in 1.col. & idem tenet Do.Ant.in.c. fraternitatis,in.1.col. extra de teſti. quæ omnia ſunt nota. digna.

93 Iudex licet ſine iudicijs non poſſit aliquem ponere ad torturam,alias puniatur,ut l.fi.§.de quæſtio.tamen iudex ſine indicijs poteſt capi facere & carcerare aliquẽ,& nõ cadit in pœnam,ita eleganter dixit Bal.in l.& ſi certus.ff.ad Syll. & Bal.in l.2.C.de his qui latro.& Ang.in l.itẽ apud Labeonem.§.quæſtionis.ff.de iniurijs.& Ang.in Auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra.in §.ſcientes & ideo dixit Saly. in l. nullus.C. de exhiben reis.ꝙ in maleficijs iudex ſtatim poteſt capere malefactorẽ præhabita aliquali informatione. Et iſta procedunt in criminalibus,ſecus autem in ciuilibus, quia in illis non eſt incipiẽdũ a captura,alias poſſet agi actione iniuriarũ, de quo ꝑ Alex. in conſil.17.inci.requiſitus in cauſa.in pe.col.in 1.vo.[Ad materiã iſtã vide Catal. in ſuo trac.ſyndicatus.in ver.521. inc.ad de ꝙ qui facit.& Do.Phili.Dec. in cõſi.ſuo.179. inci.Lętatus ſũ.in vlti col.in fi.] Et iſta tene menti ad excuſandũ iudicẽ in ſyndicatu.Ego alias dũ eſſem vicarius generalis & ſyndicator officialiũ ducis Mediolani habui hoc ĩ facto ĩ ciuitate Tortonę in quodã iudice Aſtẽſẽ,cui dabãtur graues accuſationes ꝑ

vnum ciuem, quem ipſe capi fecerat pro maleficio & carcerari, ego tandem eum ſententialiter liberaui.

94 Tu habes. l. ędem, C. locati. qua diſponitur quod dominus rei locatæ poteſt rem alteri locatam propter ſuam neceſſitatem ad ſe aduocare. Sed ego vellem ſcire quid in re data in emphyteuſim, an dominus eodē modo poſſit propter eius neceſſitatem illam ad ſe aduocare? & certe videtur dicendū ꝙ ſic, nam contractus locationis & contractus emphyteuticus multum fraternizant, vt habetur per ſcribentes in l. 1. C. de iure emphy. & etiam quia eadē videtur ratio in vno caſu ſicut in alio. Attamē cōtrariū ſin. determinat Io. An. in addi. Spe. in tit. de loca. in §. nūc aliqua. in ver. 4. &c. ꝙ dictū pro valde no. refert, & ſequitur D. Iaſ. in l. 1. in fi. 1 1. col. C. de iure emphy. quod eſt multū notandū ad materiā d. l. ędem. C. locati.

95 Contractus cenſualis differt a contractu emphyteutico, de quo per doct. in l. 1. C. de iure emphy. & per Alex. in conſi. ſuo. 4. in. 3. colū. in. 2. volu. Et ideo ſcias ꝙ ille qui tenetur ſoluere cenſum licet ſtet ꝙ non ſoluat per biennium vel etiam per centum annos, nō tamen cadit a iure ſuo vel a re cenſuali. text. eſt cum gloſ. in c. conſtitutus. de religio. do. & not. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de publica. & Bal. in tit. de pace Cōſtan. in ver. perſoluere fictum. & in auth. ei qui. in pe. char. verſi. quæro pone ex confeſſione principis. C. de bo. aut. iudi. poſ. & Ioan. de Imo. in c. propter ſterilitatē. in vlt. char. in 1. col. ver. item aduerte, extra de loca. & voluit Imo. in c. ad audientiā. el. 2. de rebus eccle. non alie. vbi facit magnum feſtum de hoc, & dicit perpetuo menti tenendum, quia quotidie contingit de facto, & idem tenet Do. Bartho. Soci. in conſi. 208. incip. Viſis actis. in vlti. col. [& in l. 1. in 14. colum. in fi. eo. tit. aliàs in 11. col.] vbi alios allegat hanc partem tenentes. [Idem dixit Bal. in conſi. 406 incip. talis eſt conſuetudo. in. 3. vo.] Sed quęro, pone reperitur quoddam inſtrumentū in quo dicitur ꝙ Titius promiſit dare omni anno tali monaſterio vnū ſaccū frumenti, & nō dicitur tanquam emphyteuta, vel tanquam cēſuarius, nec alio modo, nunquid iſte Titius ex ceſſatione ſolutionis per bienniū poterit expelli? in quo dicas ꝙ non, quia hoc caſu in dubio magis præſumeretur contractus cenſualis q̃ emphyteuticus vt ipſe Titius non cadat a iure ſuo, ita dixit ſing. Alber. de Roſa. in l. 2. in 8. col. ver. quid de quæſtione a me quęſita. C. de iure emphy. quam doctrinā pro valde nota. refert, & ſequitur Do. Iaſ. ibidem in 15. col. vbi dicit quod mouetur ipſe Albe. per d. c. cōſtitutus, &c. & idem etiā tenet Do. Iaſ. in l. 1. prin. 15. col. de iure emphy. vbi videas. [Vide Do. Philip. Dec. in conſi. 138. in 2. col. & in conſil. 149. in 1. col. & conſil. 74. incip. non fuiſſet. in 1. & 2. col. & vide infra in ſingu. 446. incip. magna profecto &c.

96 Renunciās generaliter omnibus exceptionib non intelligitur renunciare & excludere exceptionem quæ habet ortū ex facto aduerſarij. caſus eſt no. in l. qui officij. §. fi. ff. de contra hen. emp. quē ad hoc pro not. allegauit Lud. Rom. in conſil. ſuo 462. incip. in eo quod quæritur. vbi dixit quod pro hoc etiam facit tex. in l. cum proponas. C. de nauti. fænore.

97 Fama ſola non facit indicium ad torturam contra aliquē, ita dixit Io. And. in addi. Spe. in ti. de proba. §. videndum. verſic. 13. iuxta fi. addi. idem tenet Bal. in l. milites. C. de quæſtioni. ſequens Cy. in l. fi. eo. titu. Idem firmat Io. And. in addi. Specu. in tit. de notorio crimine. §. fama. ſuper verſi. caſus. in fi. addi. quem refert & ſequitur D. Ant. in c. tertio loco. in pe. col. extra de proba. allegans etiam Io. An. in d. §. videndum. & in c. veniens. el. 1. in 4. col. de teſti. Et hanc partem tenet Ange. de Are. in tract. maleficiorum, in verbo, fama publica. in ver. & an famæ. Idem etiam tenet Bal. in addi. Specu. in tit. de ſen ten. in vlti. colū. & Do. Alexā. in conſi. ſuo 5. in 2. col. in 1. par. conſiliorum, & hāc credo communē opinionem, & de qua etiam per Bar. in l. de minore. §. tormenta. aliàs in § plurium. ff. de quæſtioni. per Abb. in c. 1. in fine. de purga. cano. per Im. in l. fi. in vlti. col. ff. de heredi. inſtit. per Bal. in c. 1. §. iniuria. de de pace iura. Bartol. in l. fi. ff. de quæſtionib. per Abb. in c. cum in contemplatione. de regu. iur. per Dom. Dominicum poſt glo. in c. nullus. in fi. 24. diſt. per Bald. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edendo. per Do. Ant. & alios in c. cum oporteat. in 12. col. de accuſa. per Abb. in c. 1. in 1. colum. de depoſi. per Bal. in l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſti. in ſuis addi. Et dixit no. Bald. in ſuo conſilio. 475. incip. ad euidentiam. in 1. col. in 1. vol. quod ſi fama eſt adeo nuda, ꝙ nulla habeat argumenta per ſe & quis torqueretur & confiteretur & perſeueraret in confeſſione, quod talis confeſſio non valeret. Iſtud tamen quòd fama non eſt ſufficiens indicium ad torturam limita non procedere nec locum habere in fama vehementi, quia talis vehemens fama eſt ſufficiens indicium ad torturam, ita ſingulariter dixit Bart. in conſil ſuo. 141. inci. Domino Paci de Burgo ſancti Sepulchri. & idem tenet Bal. in c. 1. §. furtum. de pace iur. fir. in 5. col. ver. ſed nunquid ex tali cōfeſſione. & volūt aliqui moderni in d. l. de minore. §. tormenta. & hoc etiam tenet Dom. Feli. in c. veniens. in 5. col. ver. limita tertio. extra de teſti. licet non alleget Bar. in dicto ſuo conſi. ſed alia allegat de quibus ibi per eum. Item limita etiam quod fama nō facit ſufficiens indicium ad torturam, fallit niſi conſtet quod ipſa fama habuerit originem ad honeſtis perſonis. nam tūc bene facit indicium ad torturam, ita videtur tenere Bal. in c. 1. §. item ſi vaſſallus. de contro. inueſti. in vſi. feu. in vlti. colū. idem etiam voluit Saly. in l. ea quidem. poſt Bal. ibi in materia famę C. de accuſa. quod etiam videtur probari ex tex. in c. qualiter. el. 2. de accuſa. & in l. miles. §. mulier. & ibi Bartol. ff. de adulte. quæ omnia tene menti, quia quotidiana, & non ſunt adhuc duo menſes quibus iſta habui in facto in quadā cauſa capitali. Et aliàs etiā habui in cōtingentia facti dum eſſem capitaneus vallis Lugani &c. Quæ aūt dicatur vehemēs fama, dic quod relinquitur arbitrio iudicis, ſecundum Bar. in d. cōſi. 141. circa fi. & firmat etiam Bertha. in verbo, fama. in. 4. col. in 1. ver.

98 Laicus contra clericum non admittitur in teſtem in cauſa criminali. ita habetur in c. veniens. el. 1. de teſti. 2. q. 7. laicos. & ibi glo. & c ſeq. probatur etiam in ar. in c. fi. de teſti. cog. & hanc partem tenet Spec. in tit. de teſte. §. 1. ver item quod eſt laicus. & habetur per Abb. in c. decætero. de teſti. & voluit Io. An. in c. prælatis. de homici. in 6. in ver. querelam. Scias tamen quod licet laicus non admittatur contra clericum in cauſa criminali, illud eſt verum ad plenam probationem faciendam, ſecus tamen eſt quo ad indicium quia dictum laici facit indicium ad torturam contra clericum, ita ſing. dixit Abb. in c. decętero. extra de teſtibus. Et ibi Do. Feli. quod dictum refert & ſequitur Do. Alex. in l. maritus. ff. de quæſtio. Pro quo facit quod voluit Bar. in l. fi. in fi. ff. de in litē iur. vbi dixit quod quotieſcunq; probatio probat in ciuilibus, in criminalibus facit indicium ad torturam, ſed clarum eſt ꝙ in ciuilibus teſtimonium laicorum plene probat contra clericū, ergo. Itē ſcias etiam ꝙ licet laici nō admittant contra clericos in criminalibus, vt dictū eſt, tamē admittūtur ad ꝓbādā famā contra clericū. Ita dixit Do. An. in c. tā literis. in vlti. col. extra de teſti. de quo latius ego dixi in repe. mea. l. fi. C. de ꝓba. in 12 char. vltra mediū, vbi videas. Et etiā feci mētionē de p̄dicta doctrina Abb. in d. c. decætero in l. maritus. ff. de quæſtionib. in illa quæſtione, an teſtis qui non debet examinari examinatus faciat indicium. [Adde etiā ꝙ mutilati membris vel corpore vitiati nō poſſūt teſtificari cōtra clericos in cauſis criminalibus, ita dixit Abb. antiquus in c. 1. de excep. quē refert & ſequit̄ Bal. in Margarita in verbo, mutilati. & idem dixit glo. in c. 1. 4. q. 3. in vlti. gloſ. in fi.]

99 Priuilegiatus cōtra pariter priuilegiatum nō vtitur priuilegio, vt habetur per Bar. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. & in l. ſed & milites. in prin. ff. de excu. tut. in lec. Nic. de Neap. & in l. verum. §. fi. ff. de mino. & in l. 1. C. ſi aduer. fiſcū & Alexan. in l. ſiue apud. ff. de mino. & per cano. in c. ad aures. de præſcrip. Et per Do. Fel. in c. in præſentia. in 14. & 15. col. de proba. & in c. cū ꝓ cauſis. in princ. de ſen. excom. Et ideo tene mēti quod ſi pauper petit ab eo qui a iure priuilegiatus eſt vt non teneatur vltra quā facere poſſit, obtinebit actor pauper replicans de inopia contra exceptionē inopiæ, per l. ſed & milites. in prin. ff. de excuſ. tut. & quia exaudiendo reū pauperem eſſet cooperire vnum altare & aliud detegere, cōtra c. cū cauſam. de præbē. Item quia creditor habet duo iura. ſ. actionem & replicationem & debitor habet ſolā exceptionem, ergo pręferendus eſt actor tanquā habēs plura iura, vt habetur in Aut. de cōſangui. & vteri. fratribus. §. 1. ita ſing. determinat Guil. de Cu. in l. ſi quis. ff. de pac. & Alb. de Roſa. Bal. & Pau. de Caſt. ibi. ex quo infert ibi Bal. no. ꝙ ſi mulier inops nondū cōſummato matrimonio ingreditur religionem & repetit dotem datam marito, qui allegat ſe inopem & dicit ſe nō teneri vltra vires &c. ꝙ mulier audietur, quia tractat de dāno euitādo, & maritus de lucro captādo, quæ dicta tanquā notabilia refert & approbat D. Feli. in c. dilecti filij. in fi. 4. co. de excep. vbi refert prædicta. [Et vide D. Phili. Deciū in l. in re obſcura. ff. de reg. iur.] quæ tene menti quia quotidiana, & non ſunt adhuc. 15. dies, quibus ego in materia pro hac parte ſcripſi in contingentia facti apud Ferrariam.

100 Occidēs aggreſſorē ſe defendendo nō tenet̄ de occiſo, ſm Doc. in l. j. C. vnde vi. & in l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. & ī l. j. C. q̄do liceat ſe ſine iu. vin. & ī l. j. § ſed cū arietes. ff. ſi quad. paup. feciſ. dicat. & in l. is qui aggreſſorē. C. de ſicarijs. & p Ang. de Are. in tra. malef. in ver. & dictus Titius ſe defendēdo &c. & ibi Latius in additionib. ſecus tamē in eo qui occidit ſe nō defendēdo, vt per Doc. in dictis locis. Et occidēs aliquem ſe defendēdo nō dicitur cōmittere maleficium ſm Bal. in d. l. data opera.

opera.in 4. colũ.C.qui accuſa. non poſ. Tene tamen menti
ſingulare verbum Iac.de Are.quem refert & ſequitur Dom.
An.in c.olim.el.1.ad fi.de reſtitu.ſpo.& ibi Ab.in 10.col. vbi
dicunt ꝙ licet occidens aggreſſorem non defendendo non
excuſetur,vt ibi,tamen mitius punitur,adeo quod ſi percuſ
ſus inſequatur vulnerantem qui fugiebat & eum occidat,
non tenetur homicida,quia eſt potius in culpa quam in do-
lo,quod dictum refert & ſequitur Dom.Fran. de Are.in cõ
ſilio ſuo 34. incip.viſis diligenter teſtibus &c.in fi. & in con-
ſilio ſuo 80.incip ſicut decet &c.in fi. & idem tenet Ang.de
Aret.in tracta.maleſi.in d ver. & dictus Titius ſe defenden-
do.in ver. quæritur, Titius vulnerauit &c. pro hac parte in
contingentia facti conſuluit Bal. in ciuitate Papiæ, vt refert
Paul.de Caſt. in conſil. ſuo 192. in cauſa incarceratorum.in
vlti.col.Et hanc partem videtur tenere Bal.& Saly.in d.l.1.C.
vnde vi.pro quibus faciunt dicta per Albe. in 2 parte ſtatu.
q.452.Et idem etiam firmat Io.An. in addi.Spe in tit.de ho-
mici.ſuper rub.vbi dixit, quod licet excedẽs modum in ſe de
fendendo teneatur de culpa.c.ſignificaſti.el.2. de homici.ta-
men ſi illo exceſſu occidat aggreſſorem non tenetur vt ho-
micida. Et hoc dictum Iac de Are. Dom. An. & ſequacium
refert & ſequitur Do. Feli.in c.dilecti filij.in 8.col. de excep.
vbi refert alios tenentes hãc partem. & alia pulchra pro hoc
facientia allegat ibi ſubdens quod de hoc dicto nunquam
obliuiſcaris, quia vix poſſet eſſe notabilius. idem dixit ipſe
in c.ſignificaſti,il 2.de homic.in pe.col.ego dũ eſſem ptãs Ci
tadellæ apud Paduam habui hoc in facto, & propter prædi
cta iura & doctrinas abſolui illum,qui occiderat aggreſſorẽ
non tamen ſe defendendo à pena mortis,ſed eum banniui,
& affines mortui ſe querelarunt de ſententia mea apud illu-
ſtriſſimam Dominationem Venetorum,adeo ꝙ res iſta cõ
miſſa fuit Paduæ cognoſcenda, finaliter ibi ſententia mea
fuit confirmata.Et pro prędictis faciunt quæ dixi inf.in ſing.
170.incip Homicida &c.

101 Pater poteſt vendere proprium filium propter famem.l.
2.& ibi Doc. C. de pa.qui fil. diſtraxe. & voluit glo.c. ſi quis.
extra de furt & in c.diſcipulos. de conſecra.diſt.5. & Abb.in
c.nonne.in prin.vlti.col.de præſump.Nam propter neceſſita
tem famis permittitur illud quod alias non toleraretur, vt
patet in.d.c. ſi quis.extra de furt.& ideo dixit Bald. & Paul.de
Caſt. in l.2.§. cum in eadem naui.ff. ad leg.Rho.de iactu. per
illum tex. quod ſi quis furatur panem tempore cariſtię, non
punitur de furto. Sed teneas tamen menti quod licet pater
poſſit vendere filium propter neceſſitatem famis,vt in dictis
iuribus, tamen iſtud non habet locum in filio præsbitero,
quem pater etiam propter neceſſitatem famis vendere nõ
poteſt. Ita ſingulariter dixit Hoſti.in c. iudæorum, de ęta.&
& quali.quem ibi ſequuntur ſcribentes.Quod dictum refert
& ſequitur Io.An.in d.c.ſi quis.in.2.col.ver.tu adde &c.extra
de furt. & iſtud operatur ordo ſacer, ſeu ordo clericalis,
de quo vide quæ latius dixi in repe.mea rub.ff.de fideiuſſo.in
15.char.vbi plura poſui de ordine clericatus. Et ſcias quod
filius venditus a patre propter neceſſitatem famis poteſt age
re contra patrem vt eum redimat, ſi pater peruenit ad pin-
guiorem fortunam,ita dixit Bal.in c. ex reſcripto. in fi.de iu-
reiu. quod dictum refert & ſequitur Do.Feli. in c.cum dile-
cta.in 27.col ver.fallit octauo.de reſcri. de quo etiam dixi in
l.etiam ſi redhibitus.in vlti.col.ff.de queſtionibus.

102 Clauſula ſummarie, de plano,ſine ſtrepitu & figura iudi-
cij in reſcripto appoſita eſt magnæ importantiæ. de qua per
Bart.in extrauagan ad reprimendum.in verſ.de plano &c.&
in l.a Diuo Pio.§. ſi ſuper rebus. ff. de offi. proconſu. & in l.
iudices.C.de iudic.& in l.conſtante. in prima q.ff. ſolu. ma-
tri.& per Docto.omnes in cle.ſępe. de ver.ſig. Et per Ludo.
Romanum in cõſi.2.incipiẽ.viſo puncto.Et teneas menti ꝙ
licet ad validitatem ſententiæ requiratur porrectio libelli &
litis conteſtatio,alias ad ſententiam perueniri non poſſit, vt
habetur in rubro & in nigro, vt li. non conteſt. Attamen
vbi in reſcripto eſt appoſita dicta clauſula, ſummarie de pla-
no,ſine ſtrepit, & figura iudicij &c.poterit omitti libellus &
litis conteſtatio & valebit ſententia, ita ſing. dixit Ioan.Mo
na.in cap.fin.de hęreti.lib 6.ſuper verbo,figura.dicens quod
vigore illius ſolius verbi ſcilicet, procedat iudex ſine figura
iudicij,poteſt ipſe iudex incipere ab articulis quibus proba
tis ſtatim procedere poterit ad ſententiam, quod dictum re
fert & ſequitur Ludouic.Roman.in conſilio ſuo 529.incip.
in caſu propoſitæ &c.in fi.vbi alleg.idem voluiſſe D.de Ro
ta in deciſ.ſuis alleg. ibi per eum. quod dictum eſt ſingu.no.
Ex quo dicto poteris limitare titulum extra vt li. non con-
teſt.cum ſua materia,& circa dictam clauſulam, ſummarie
de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij. ſola facti veritate in-
ſpecta,ſcias quod inferior a principe non poteſt committe
re,etiam ſi ſit legatus de latere,cauſam cognoſcendam ſum
marie de plano &c. & ſic non poteſt vti illa clauſula, ita di
xit glo.no.in c.fi.de hæreti.in 6.in gl.magna,ante fi.quam pro
ſing.allegauit ad hoc Ang.de Are.in §.appellatur.Inſti.de ex-
ceptio.in verſi.24.Sed tu dicas quod idem voluit glo. in cle-
menti.ſępe.in prin.in ver.mandamus.de verbo. ſigni.& not.
per Specu.in tit. de lega.§ ſupereſt. verſic. ſed nunquid lega-
tus.ante finem 1.col. Et idem not.Bald & Ioan. de Imo.in l.
ex duobus.§.fi.ff.de vul.& pupil.& voluit Cępo.in conſi. ſuo
17.incip. viſa commiſſione.in pe col.De quo etiam per Do.
Feli.in c.1.in 1.colum. extra de reſcrip. Quæ omnia menti
commenda,quia hoc anno ego practicaui hic illud dictum
Io.Mona.& ſequacium, & obtinui in contingentia facti co-
ram iudice Aquilæ in commiſſione ſibi facta.

103 Varietas in teſte eſt maximæ importantiæ,nam operatur
quod vigore ſuæ atteſtationis iudex nullo modo poteſt
procedere ad ſententiam ferendam pro ea parte qua ipſe
primo teſtificatus eſt,ita not.Inno.in c.præterea.de teſti. co-
gen. & Do. Ant in c.cum in tua. in vlti.col. de teſti.Ang.in
conſi.265.inci.quędam Domina Margarita. & voluit Dom.
Alex.referens prædicta in conſi.ſuo.364.incip. in cauſa appel
lationis.in 5.col. & in conſi.2.incip. viſo proceſſu.in 3. col.in
7.vol.in conſi.128.incip.viſo proceſſu in 2.colum.in 8 vol.]
Item etiam talis varietas in teſte operatur vt ipſe teſtis poſſit
torqueri,vt habetur in l.ex libero & ibi glo. ff. de queſtioni-
bus.& per Inno.& alios in.c. cum in contemplatione. de re-
gu.iur.per Dy. in regula,ſine culpa de reg.iur.Cyn.in l.fina.
C.de quæſtionib. Pau. de Leaza. in commento.c. grauis.de
depoſito. Bald.in l.milites. C. de quæſtionibus. Bal.in l.3.C.
ad leg.Iul.de adulte. Domi. Anton.in c. cum in tua.de teſti.
Ang.in d.conſil.275.Domi.Alexand.conſi.63.incip.breuiter
omiſſis.in 1.col.1.parte conſiliorum.habet etiam alium not.
effectum ipſa varietas ſeu vacillatio, nam quando iudex ma-
leficiorum habet reum in manibus quem ponit ad torturã
præcedentibus indicijs ſi ipſe in ipſa tortura vadit variando,
& vna die dicit vnum, & alio die dicit aliud, tunc ipſe iudex
ſeu Notarius non parcat calamo, ſed omnia dicta ſua & om
nes variationes faciat ſcribi in actis,eo quia ſecure tunc ſæpe
& ſæpius poterit eum repetere in tortura etiam alijs indicijs
non ſuperuenientibus.ita ſing.dixit Ang.de Are.in lib.male-
fic.in verbo,fama publica.in 17.char. in ver. nono quæro.al-
legat hoc voluiſſe Bar. in l. de minore. in §. tormenta. ff. de
quæſtio.& Inn.in c.quoniam contra.de probatio.ex quo di-
cto dixit ipſe Ang. ibi ſe pluries conſecutum fuiſſe hono-
rem & maxime in vrbe Romana,dum ibi aſſideret, pro qui
bus etiam vide Ludouic.Roman.conſilio,8.incip.viſo facto
&c. vbi dicit mendacium eſſe ſufficiens indicium ad tortu-
ram, quod tene menti in practica. Nam ego alias hoc pra-
cticaui in quadam fęmina quæ furto ſubtraxerat multa bo-
na dum eſſem capitaneus vallis Lugani. Et adde quod va-
rietas dicitur iniquitas. tex.eſt in l.ſi quis. C. de rebus cred.&
dicitur etiam res erubeſcenda text. eſt in l. fi. C. de modo
mulctarum.

104 Pater tenetur alere filium maxime poſt triennium.l.nec fi-
lium.C.de pat.po.& ibi Doc.l pe.& fi.C.de alẽ.liber. Sed po-
ne quod pater aſſignauit filio alimenta qui illa diſſipauit in
ludo vel in ſimili re profana, an pater teneatur iterum ſibi
præſtare alimenta? dicas quod ſic. ita dixit Iac. de.Are. in l.ſi
libertus qui operarum.ff.de oper.liber.quem refert & ſequi
tur Barba. in c.ex parte.in 3.colum.de conſue. & Bal.in l.1.§.
ius naturale. in verſic. quæro quid ſi filius.ff. de iuſti.& iure.
Contra prædicta tamen faciunt quamplura adducta per Do
mi.Fely.in c. quæ in eccleſiarum. in 24. columna, ver. & in
quantum,de conſti. quibus dicitur quod ille qui dat cau-
ſam paupertati ſuæ non iuuatur propter ipſam. ſed reſpon-
de quod in illis iuribus eſt diuerſa ratio,nam in illis non con
currit naturalis obligatio, & naturalis ratio, vt hic in patre
quo ad filium.

105 Vbicunque fit mentio de precio ſemper in dubio præ-
ſumitur emptio .glo eſt ſingu.in l. cum dotẽ. in verbo,quis
enim.C.de iure dot.quã ibi ſumme not. Bal. & per eam di-
cit ꝙ ſi ſtatutum diſponit ꝙ de precio cuiuſcunq;rei dedu-
ctę in contractum ſoluatur gabella,quod intelligitur de em
ptione tantum propter verbum,precij, poſitum in ſtatuto.
quod dictum ꝓ no valde refert & ſequitur D. Iaſ. in l.1.in 8.
col.C.de iure emphy. pro qua gl.& doctrina ipſe allegat ibi
tex no.in l.fi.C.de prædijs curialium.lib.10.& doctrinam Bal.
in l.qui ſe patris.in 10.col.in verſ.ſcias.C. vnde liberi. vbi dixit
quod ſi princeps pro feudo reciperet precium, & poſtea di-
ceret,indulgemus,vel aliquod ſimile verbum, nõ propterea
eſſet feudum ſed emptio,& ideo reuocari non poſſet nec ei
deberet fidelitas.Quod dictũ, etiã refert & approbat D.Fely.

in c.quæ in eccleſiarum.in 18.col.in ver.ſecundo confirmat. de conſtit. De quo etiam per Bal. ſecūdum eum in l. Gallus in.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthu. in 2.col.quam gloſ. tamen limitat ipſe Iaſon ibi vt procedat quando fieret mentio de precio, & precium eſſet condignum rei,nam tunc bene præſumeretur emptio , alias ſecus ſecundum Bald. in l.ex conuentione.C.de pactis.& hoc per glo.quam ipſe Bal. reputat ibi ſing.in l.1.§.1.de ſuperficiebus.

106 Qui de proximo eſt cingendus habetur pro cincto.l.pe.ff. de teſtamento militis.l.itē legato.ff. de leg.3.l.ſi quis cum ſciret.ff.de vſuca.pro emp.§.fi.in Authen. de exact. inſtan.dot. & voluit Bal.vbi not. loquitur in l. ſi non ſortem.§. adeo.in prin.ff.de condi.indebi.[Vide Soci.in conſilio.70. incip. vtrū &c.in pe.col.circa fi.in 4.vol.& Barb.in c.iurauit.in 16.co. de proba.] Et tene menti propter hanc regulam ſingu.verbum, nam habemus quod ſtante ſtatuto ꝙ muliere decedente in matrimonio ſine liberis vir lucretur certam partem dotis vt communiter ſunt ſtatuta per Italiam , non habet locum in ſponſa per verba de præſenti matrimonio nondum carnali copula conſūmato, vt voluit Pe.de Anch.in repe.c.1.in 48.char.ver. Quæro de quæſtione quę mihi occurrit &c. extra de conſtit.vbi dicit quod ſtatutum quod loquitur de nupta non intelligitur de deſponſata tantum per verba de præſenti, & ideo ibi ipſe refert ſe vna cum domino Ant. conſuluiſſe ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ filia nupta ſeu maritata non veniat ad ſucceſſionem , quod hoc caſu filia deſponſata de præſenti non excluderetur,quia non dicitur nupta.Item hanc partē ꝙ prædictum ſtatutum non habeat locum in ſponſa tenet Bal.in l.non ſine.in prin.C.de bo. quæ libe. & Bal.in aut.dos data. in 2. col.C. de do.ante nup.Idem firmat Do.Abb. in c. tertio loco.de præſum. dicens ſe conſuluiſſe Senis pro hac parte.Quod conſilium ſuum in hoc caſu habes in 2. volum. ſuorum conſiliorum in cōſi.79. & incip. videtur primo &c. & idem etiam ipſe tenet in conſi.107. incip,quatuor ſunt.in fi.in 3.volu.idem etiam tenet in c.ex publico . de conuerſio. coniuga.& idem tenet Saly. in quodam ſuo conſil.incip. Iacobus promiſit Stephano &c. & Pet.de Anch. in conſil. 20, incip.pro ſolutione dubiorum. vbi dicit quod ſtatutum puniens contrahentes matrimonium in certo caſu , intelligit de matrimonio conſummato, & non ante , idē etiam tenet Do.Abb.in c.ſi inter. de ſpon. & Pet.de Anch. in c.1. in vlti, col.de ſponſa.in 6. pro quibus facit glo.in cle.1.de conſang, & affi.& hanc partem etiam tenet Abb.in c.2. per illum tex. extra de ſpon duorum.& iſta eſt communis opi. licet aliqui Doct.vt Bal.variauerint in hoc, de quo latius per mod.in d.c, tertio loco . de præſum .[Vide Decium in conſi,160. incip, quæritur.in 2.colum.] Attamen tene menti ꝙ licet iſta ſit communis opi.& ſubſtentabilior, tamen ſi mulier eſſet ducta ad domum viri & viro coniungeretur & ante coniunctionem ipſa mulier decederet quod hoc caſu vir lucraretur partem dotis debitam a ſtatuto , quia pro coniuncta & copulata habetur quæ de proximo copulanda eſt.ita ſing.dixit Saly.in l.cum te.in fi.verbis.C de dona. ante nup.quod dictū pro valde ſing.refert & ſequit D.Fel.in d.c.tertio loco. in 4.col.ver.& retēta &c.Et in rubri.extra de ſpon.in 5.col.circa me. [Vide Corſetum in not.ſuo ſub verbo,ſtatutum.incip. licet hæres &c.& in verbo,donatio.in 2 not.& ibi in apoſtilla.& Alex.in conſil. 129.incip. ſuper primo &c.in 2.col. in 7. volum.] quod dictum tene menti,quia euenit in facto proximis ſuperioribus annis in ciuitate Senarum . Pro quo dicto faciunt optime dicta per Pau. de Caſt.in conſi ſuo. 239. inci.videtur dicendum. circa med.in ver. breuiter ego puto contrarium.Et vide quę dixi in l.fi.C.quę res pigno.obli.non poſ.circa ſecundam char.in verſi.& ſcias vnum.& ad ſupradictam materiam,qui de proximo eſt cingendus. vide Pau. de Ca.in l.3.in §.ſi ſeruus.ff.de acqui.poſſeſ.vbi loquitur de bannito rebanniendo de proximo, an poſſit impune offendi,& quid de nō bānito,ſed de proximo bāniēdo,vide ibi.& latius per Do.Albertum de Cataneis dudum præceptorem meū in tracta.ſuo violantes.in verbo,alij,in penul.col.Et vide Do. Feli.in c.fin.de iudęis.in 1.not.vbi dicit ꝙ paria ſunt quem eſſe condemnatum vel de proximo condemnandum allegat hoc voluiſſe Pau.de Leaza.in cle.paſtoralis.de re iudica.Et in materia iſta adde hic omnino dicta per Do.Feli.in c.ſicut ex tua.in fi,de homi. & in c . veniens.in fi.1.col.de accu. & in c. cum adeo.in 1.& 2.col.de reſcrip.& Pet.de Anch.in clem.ne Romani.§.ſane.circa finem.de cle.& Ioan.de Ana.in c.nulli. in 2. col de iudæis. Et adde quod ſi poſthumus naſcatur in quinq; menſibus & non viuat niſi per mediam horam ꝙ non rumpit teſtamentum,ſecūdum Raph.Fulg.in conſi.ſuo 59.inci.punctus talis eſt,Marianus &c. vide tamen contra ſuperius dicta,videlicet qui de proximo eſt cingendus.not.verbum Car.in cle.1.in fi. de baptiſ. & tex.in l. item Mela.§.Celſus.ff.ad l.Aquil.& in.l.huis ſcripturę.eo. tit. Et omnino Do. Nellum in tractatu bannitorum.in.4. parte primi tempo.q. 8.incip. octauo quęro quis puta , & ibi omnino in quæſt, ſeq.Et quę dixi in l.1,in princ.in 15.fallentia.ff.de ſica. & de illo articulo,an vir lucretur dotem vxore moriente ante conſummatum matrimonium , vide Bal. in conſi.267.incipien, conſuetudo.in.2.volum.[Ad hanc materiam vide not.verba Iaſon.in l.quoniam.circa fi.C. de teſta . & vide eundem in l. non tantum.C. de leg. & omnino in auth. ſi qua mulier. in 6.colum.C. de ſacroſan . eccle . & in l.is qui pro emptore. in 20.col.ff.de vſucapio.& omnino Iaſon.in l.diuortio.§. interdum.in 5.col.ff.ſolu. matrimo. & quæ ego dixi in repe. rub. ff.de fideiu.in 31.q.& Ia.in l.diuortio.in prin.in fi.2.co.ſo.ma.

107 Priuilegium dignitatis durat finita dignitate , ſecundum Bald.in c.ſedes apoſtolica de reſcrp. qui ad hoc alleg.Inn.ibi, pro quo facit gl.in c.accedens.50.ſodiſ. quæ ſin.dixit quod licet clericus ſit degradatus non tamen poteſt percuti , & percutiens eum incidit in canonem. allegat l.vnius. in §. ſeruus. ff.de quæſtionibus.& c. oſtenditur. de conſecra.diſt. 4. idem voluit glo. in c.dictum. 81.diſt. pro quibus facit tex. in l.fi.in verſi.non eſſe torquendum in memoriam priſtinę dignitatis.ff.de decurionibus.vbi ille qui fuit conſiliarius,licet nunc non ſit,non poteſt torqueri in memoriam priſtinæ dignitatis,& per illum tex.refert ibi Franciſc. Tigri. quod per illum tex.Marti.de Fano euaſit quēdam qui fuerat condemnatus ad mortē & dum appellauit oppoſuit coram iudice quod fuerat conſiliarius ſuę ciuitatis. Poteſtas tamen propter indicia contra eum exiſtētia poſuit eum ad torturam , quo caſu non poterat torqueri,per illum tex.& ibi in tormentis confeſſus eſt maleficium,ex quo illa tortura non tenuit, eodem modo non tenuit confeſſio . quod eſt bene not. ſecundum Barba.in d.c. ſedes apoſtolica.in 5. colum.Et quia vt noſti, cōtrariuorum eadem eſt diſciplina iuribus vulgaribus , ideo iſta addere potes ad glo. valde not.iunctam text. in c. conſtituit.17.q.4. quæ voluit quod infamia remanet apud infamem extincta cauſa infamię,ideo dicit quod Iudęus in caſu quo non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum , non poterit etiā eſſe teſtis ſi efficiatur Chriſtianus, & ſic poſt baptiſmū quem tex.& glo.allegat pro ſingulari Ludouic. Roma.in ſingu.ſuo,697.ſecundum ordi.meum,quod incip.veniamus ad lucrum panis . circa quod etiam vide Do.Feli.in c.eam te.in 11.col,de reſcrip.circa fi. Ita econtrario ſicut infamia non extinguitur extincta cauſa infamię , ita priuilegium dignitatis non finitur finita dignitate , vt patet in dictis iuribus prælle. Et iſtis adde glo.not.in l.qui cum vno.§. ignominia. ff. de re milli.quæ dicit quod periurus etiam poſt peractam pænitentiam non poterit eſſe teſtis ſicut nec antea poterat , quam gl.pro no.alle.ad hoc Bal.in l.Lucius.in fi.ff.de infa.& allegat etiam Archi. quem vide. Item adde quod inimicus etiam poſt pacem ſeu reconciliationem non poteſt eſſe teſtis contra illum cum quo habebat inimicitiam. Ita dixit Do. Alex. in conſil.ſuo.91.incip.in cauſa inquiſitionis,&c. ad quod alleg.bonum tex.in c.accuſatores.el.1.3.q.5. de quo vide latius per me in repeti.mea.l.fin.C. de proba,in 16.char. Et ad materiam ſupradictam vide.D.Feli.in c. cum ſit. in princ,de iude.& in c. cum contingat in finalibus verbis.de ſen.excom, [Vide omnino Alberi. de Roſa. in ſecunda parte ſtatu.in 20. q.incip quid ſi ſtatur. &c. & Dom. Alexā.in l.fi C . de decur. lib.10.in apoſtillis.] Et vide quæ dixi ſupra in ſingu.35.incip. qui nunquam &c . in princi.

108 Alias fuit interrogatus a quodam iudice maleficiorum iuuene & tirone,vtrum ipſe poſſet condemnare reum quē habebat in fortijs , qui non obſtantibus indicijs vrgentibus & etiam legitimis probationibus contra eum exiſtentibus nolebat confiteri crimen , ſed ſemper in tortura & extra perſeuerauit in negando delictum commiſiſſe . Cui latrunculatori reſpondi & dixi quod poterat indubitanter eum diffinitiue condemnare ad mortem vel ad membri mutilationem non obſtante eius negatione & perſeuerantia . Et allegaui ſibi Bald. hanc quæſtionem ponentem in terminis & hanc partem tenentem , per illum tex. in c. ad noſtram. extra de proba. circa fi ver. & not.& vltra Bal. allegaui ſibi tex.formalem de hoc in l. qui ſententiam. C,de pę. & ibi Doct.de quo tex.miror quod Bald. non fecerit mentionem in d.c,ad noſtram,[Vide Ange.in l. ſi quis alicui,in fi. C.ad leg. Iuli.maieſt. & ibi. Saly .] Nuperrime inueni Bald. idem tenentem in l.prima. in fi. C de iura.colum. & Dom. Alexā. per illum text. in le . vnius . §. reus . ff. de quæſtio & Domi. Franciſc. Bru. in ſuo tractatu de indicijs & tortura in 10.char.in prima colum. Vbi omnino videas,& Dom.Bartho l.Cępol. in conſil,32.incip. Quidam ruſtici,in 11. colū.&

vide

vide inf.in ſingu.262.incip.Quod potui nolui.& vide Cardi. Alexan.in c.1.§ publici latro.de pace tenen.

109 Infamis infamia facti in cauſis ciuilib.in totũ repellitur a teſtimonio licet non plene probet,vt habetur per Doct.in l.1.C.de ſum.trin.& fi.ca.& in c.teſtimonium.extra de teſti. & per Bar.in l.Caſſius.ff. de ſena.& per Doct. in l.1.ff. de his qui no.inf.& per gl.in l.3.§.duę cauſę.ff.de Carbo.edic.& per Bal. in authen.præsbiteri. in princ.C. de epiſ.& cle. & per Spe.in titul. de teſte.§.1.ver.item quod eſt infamis.de quo dixi latiſſime in repe. mea.l.fin.in 6.char.C. de proba. Scias tamen ꝙ talis infamis infamia facti in totũ repellitur a teſtimonio,& dictum ſuum nihil probat, & hoc eſt in cauſa ciuili ardua. ita ſing.dixit Bal.in c.ad noſtram.extra de proba.& allegat ad hoc c.licet cauſam.extra de teſti. quod dictũ pro not. refert & ſequitur D.Feli.in c.teſtimonium.in 5.col. in fi.extra de teſti.allegat rationem dicens, quod ratio huius eſt, quia cauſa ciuilis magna ęquiparatur cauſę criminali.c.1.de reſti.ſpol.in 6.l.propter litem.§.1.ff. de excu.tut. & voluit hoc Bal.in l.parentes.inf.de teſti.quem refert & ſequitur Barba.in d.c. teſtimonium.in 10.cha.in 3.col.Pro quibus optime faciunt quę in hac materia arduæ cauſæ dixi ſatis late in dicta repeti. mea.l.fi.in 9.char.in fi.C.de proba.[Et ſcias ꝙ infamia probatur etiam per teſtes non iuratos,ſecundum gl.in c.tua.in ver. teſtimonio.de coha. cle.& mulie.quam pro ſingu.& not.refert & ſequitur ad hoc Bal.in reperto.ſuo.in verſi.infamis.in 1.col.vide Iaſ.in l.1.in 13.col. C. de ſum.tri.] quæ omnia tene menti, quia quotidie infames infamia facti examinantur in cauſis. Et vide quę dixi. infra in ſingu. 245. incip. quarto dubitatur.

110 Communis doctorum opinio eſt quod confeſſio non ſit probatio,ſed probationis releuatio,de quo per ſcribentes in c.1.de confeſ.in 6.per D.Ant. in c.ſi Sacerdos.in prin. de offi. ord.& per eundem poſt Inno.ibi. in rub. extra de proba.per Ioan.And.in c.bonæ.el.1. de elec.per D.An. & alios in c. licet cauſam.in 6.col.extra de proba.& in.c.in pręſentia.de renun. in.2.col.per Bal.in c.1.§ ſi vaſſallus.in 2.col. ſi de feu.fue.contro.inter domi.& agna.& in l.2.§.quod obſeruari.C. de iura. calum.per Pau.de Caſt.in l.1.ff.de confeſ.& in l.Publia.§.fi.ff. depoſi.per Ro.in l.admonendi.in 9.char.de iureiuran.& per Do.Fel.late in rub.extra de proba.in 4.col.verſi. vlterius ſecũdo loco &c.& ideo tene menti quod poſt lapſas omnes dilationes poteſt pars probare per cõfeſſionem aduerſarij. ita ſingul.dixit Inno. in c.vltra tertiam.extra de teſti. & ibi eum ſequitur Bal. dicens quod quacunq; parte iudicij, imo poſt ſententiam poſſunt fieri confeſſiones. & allegat glo. primã in l.Iulianus.ff.de condi.inde.& in d.c.vltra tertiam. refert D. Cardi.ſe in facto cõſuluiſſe quod publicatis atteſtationibus poſſunt fieri poſitiones, etiam ſuper articulis ſuper quibus non poſſunt produci teſtes ad probandum,per c.1.de cõfes. in 6.& per dictum Inno.ibi,de quibus doctrinis facit feſtum D.Fely.in d.c.vltra tertiam.in fi.quibus adde Bal. in auth.ſed nouo iure.verſus fi.C.ſi cer.pet.& Ludo.Roma.in l.admonẽdi.in antepenulti.char.Quę omnia tene menti,quia ſunt quotidiana & vtilia.

111 Supplicãs debet ſpecifice omnia narrare & exponere principi etiam cum omnibus qualitatibus quæ faciũt ad rem de qua ſupplicatur.c.paſtoralis.& c.ſuper eo.de reſcrip. habetur per ſcriben. in c.ſuper literis. eo. tit alias ſi omnia ſpecialiter non exponat & obtineat reſcriptum eſt nullum, & non valet,vt in dictis locis.&ideo dixit Guil.de Cu.ſingu.verbum in l.2.C.de epiſ.audi.Titius occidit hominem, & a principe obtinuit gratiam & indulgentiam vt non puniretur,poſtea occidit alium & iterum ſupplicauit Principi pro gratia obtinẽda, & obtinuit, ſed in ſupplicatione non narrauit ſeriem facti, videlicet quod alium occiderat & indulgentiam obtinuerat.dicit ibi Guil.de Cu.quod tale reſcriptum ſecundę indulgentię eſt nullum tanquam ſurreptitium. quod dictum pro valde no refert & ſequitur ibi Bal. & Barb.in c.ſuper literis.in 10. char.de reſcrip.vbi ſubdit ſe vidiſſe hic Bononię decapitari vnũ qui occiderat duos homines & pro primo habuit gratiam, & poſtea etiam habuit gratiam pro ſecundo homicidio non expreſſo primo in ſupplicatione,& propter hoc ſecunda gratia & indulgentia fuit nulla, & ideo fuit decapitatus.Et ſubdit etiam ibi Barba. ꝙ ſi fuiſti condemnatus in mille pro homicidio & ſupplicaſti Principi pro compoſitione, & in ſupplicatione inſeruiſti ꝙ eras condemnatus in mille,ſed cauſam & qualitatem condemnationis nõ expreſſiſti,quia veriſimile eſt ꝙ ſi expreſſiſſes te eſſe cõdemnatum pro homicidio ſuperior tecum non compoſuiſſet, arg.l.3. C.de epiſ.aud.hoc caſu ſi ſuperior reſcribendo componat tecum.tale reſcriptum,&cõpoſitio eſt nulla.ad quod allegat tex.in d.c.ſuper eo.in verſi. literas quæ facta ſeriem non cõtinent &c Et idem etiam dixit Barba. in c.dilectus. in 2.char. eo.tit. & in c.ad noſtram.in 7.col.de appell. & in c.cum tanto.in 2.colum.de conſue.Et D.Fel.in c.poſtulaſti.in 4.col.de reſcrip.Et vide in propoſito not.verba D.Fely.in c.veniens. in 2.col de pręſcrip.[Et vide D.Rochum de Curte in c.fi. in 2.col de conſue.]

112 In ore duorum vel trium ſtat omne verbum.c.viniens.& c.licet vniuerſis,extra de teſti.l.vbi numerus.ff. e. cum concor.ibi alleg.& teſtimonium vnius regulariter non probat plene,vt habetur in dictis iuribus.Tene tamen menti perpetuo ꝙ ſi teſtis ſolus productus ab eo cõtra quem fuerat corruptus pecunia ne teſtimonium diceret contra corrumpẽtem eum hoc deponat plene probat. verbum fuit ſingulare Bal.in c.1.in.2.col ſi de inueſti.inter domi &vaſal.lis oria.in vſi.feud.quod dictũ pro valde not.refert & ſequitur.D. Feli. in c.licet cauſam.in 5. col. extra de proba.[Adde hic omnino glo.not. in Authen. vt iudi.ſine quoquo ſuffir. in.§.nos enim.in ver.oſtenderit. quæ dicit ꝙ etiam per ſolum iuramentum probatur barataria commiſſa per iudicem. & vide Ange in d.titu.in §. oportet.qui not. loquitur. vide tamen contra hoc dictum Bal.Pe de Anc.in conſi.ſuo.23.incip.viſa inquiſi.in 1.col & Rapha.Fulg.in cõſi.ſuo.183. incip.in cauſa inquiſitionis.in 1.& 2.col.& Dom.Phili. Decium in conſil.197.incip.Lætatus ſum. in 5.col.& Bal. in l. ſi quis teſtibus.C.de teſti.]

113 Dictum teſtis trahitur ad diem iuramenti, nam ſufficit ꝙ in termino probatorio ipſi teſtes iurauerint, licet non fuerint tunc examinati ſed poſtea,& dictum ſuũ refertur ad diẽ quo iurarunt ita voluit Bart.& alij in l.damni §. Sabini. ff de dã infec.& Bal.& Doct.in l.ſi quando.C.de teſti. & habetur per canon.in c.licet cauſam. de proba. & in.c. pia de excep. in 6.de quo per Spec.in tit.de teſte.§. qualiter.ver. is quoq; & in tit.de dila.§.rurſus.ver. ſed quid ſi infra,per Io.Cald. in conſi 1.ſub rubri.de teſti.per Bal.in rubr. C.ſi ex fal.inſtr. & per Bal.in addi.Spe.in tit.de ſen.in pe.col verſi.pone ꝙ poſt ſententiam,per Lud.Rom.conſil.453.incip. quo ad primũ. in 2.col per Ale.in conſil.245.incip.in cauſa & lite.in pe.col. in fi.de quo dixi in repe mea.l fi C.de proba.in 28.char. & teneas menti quòd idem eſt in termino dato ad producenda inſtrumenta ſi in termino ſibi ſtatuto non producit originale ſed ſolum producit exemplum ipſorum inſtrumentorum, elapſo vero termino poſtea producit originalia, talis productio ſufficit, & illa productio originalium trahitur ad diem productionis exemplorum.ita ſingu.dixit Bal. in c.1.in prin.extra de fi. inſtru. vbi dicit hoc eſſe no.dignum, allegat bonum tex.in l.ſi donare.§.ſi ſponſus.ff. de dona. inter virũ & vxo,ꝙ dictum pro valde not.refert & ſequitur Fely.in c.licet cauſam.in 13.colum.in princip.extra de proba.

114 Vulgatum & tritum eſt apud omnes ꝙ teſtes ſingulares non probant,vt habetur in c.bonę.de elec.in c.dilectus.eo. tit.in c.licet cauſam.vbi per omnes.de proba.in l ob carmẽ ff.de teſti.in §.fin.in l.qui falſa.eod.tit. & in c.licet vniuerſis. extra eo.vt habetur per Spe. in ti.de teſte.§.1. ver item ꝙ teſtes ſunt varij. de quo plene dixi in repe. mea.l. fi. C.de proba.in 23.char. circa med. Quinimo etiã ſi eſſent mille teſte ſingulares probarent, quia tantum probant mille teſtess ſingulares quantum vnus, ſecundum Bal. in l.iuſiurandi.C. de teſti.& in c.tam literis. extra eo. & in addi.Spec. in tit.de teſte.in §.2.in 4.col.ver.etiam mille. [Vide Decium in cõſi. 310.incip.viſis.in vlti.col.] Scias tamen & nunquam obliuiſcaris ꝙ licet,vt dixi,teſtes ſingulares non probent, ſi tamen ſunt ita nobiles quod iudicem adducant ad indubitatam fidem,iudex non debet curare illam ſingularitatem,ſed ſecundum eos debet iudicare.ita ſingulariter & mirabiliter dixit Pau.de Caſt in l.admonendi.ff.de iureiuran.&in l.Lucius.ff. de his qui not.infa.in ſuis recollectis Florentinis.& ſubdit illud dictum eſſe notabile & verum, licet quidam Doc. proterui teneant contrarium & male,& dicit quod iſtud dictũ ſuum eſt de mente Bal.in d.l.Lucius.vbi Bar etiam ſin.dixit, & Bal.ibi poſt eum,quod etiam ſi teſtes probant ſecundum verba eorum, tamen iudici videatur non eſſe credendum illis teſtibus aliqua de cauſa quod poteſt illis teſtibus non credere,& debet cauſam exprimere in actis, ne forte poſtea teneretur in ſyndicatu. quod dictum Bart. refert & ſequitur Barb. in conſilio ſuo incip. Præclare ſcripſit.in 7.col. quod conſiliũ eſt inſertũ inter conſilia D.Lau.Calca. in nu.64 & Soci.in conſi.297.incip.in cauſa magnifici.in antepe. col.Et illud dictum Pau.de Caſt. refert & ſequitur pro valde ſingulari.Dom.Io.Bap.de Caccalupis in repe.l.admonendi.in.7. char.in 2.col.de iureiur.& quidã Modernus D.Fran.Brunus de sãcto Seuerino ĩ ſuo no.tracta.de indicijs & tortura.in 1. char.in.3.col.circa prin.ꝙ eſt ꝑpetua memoria dignũ,cũ ſit

valde quotidianum & practicabile &c, Pro quibus optimè
facit quod voluit D. Fel in c,quia veriſimile.in prin. vlti.col.
de præſump.quem vide.[Vide Soci.in conſi. 90.incip.in cau-
ſa.in 6.col.in ver.confirmat &c.in 3.vol, & in conſi.98.incip.
iuſtiſſime iudex.in 3,col. circa med.in 4. volu, & in conſi. 37.
inci.viſo &c,in pen.col.in 3.volu.& omnino Alexan.in con-
ſi.236.incip. perſpectis, in 1. col. in 6. volu.& in conſi.2.in 4
col,in 7.volu;

115 Fuga non ſemper facit indicium ad torturã,vt puta,ſi quis
aufugit poſtq̃ fuit accuſatus vel inquiſitus, nam hoc caſu ſi
aufugit ductus eſt iuſto timore; & talis fuga non facit indi-
cium contra eum, ſecus ſi aufugit antequam ſit accuſatus
vel inquiſitus,quia tunc fuga facit indicium contra eum, ſe-
cundum Bar.in l.j.ff.de bo.eorum qui mor.ſibi conſci.argu.
illius tex.[quem refert & ſequitur Iaſ.in l.admonendi. in 67.
col.in fi.de iureiur.in repe.& Dec.in conſ.234.inci.in effectu.
in 2.col.]quod dictum ſuum refert & multum commendat
Ange.in l.fina.ff,de quæſtio,in pen.col.& Matthæ.in not.ſuo
135. incip. nota quod tota. & eum etiam refert & ſequitur
Lud.Ro.in l.lege Cornelia.ff.ad Syll.in 2.col.& Ang.de Are,
in lib.maleſi.in verſi.fama publica.in ver. an fuga ſit ſufficiẽs.
[Adde hic quòd fuga facit plenam probationem contra of-
ficialem fugientem tempore ſyndicatus, ſecundum Iaſ.in l.j.
in fi.pe.col.C.vt omnes iudi,tam ciui.quam crimi. & in repe
ti.l.admonendi.in 67.col.In prin.de iureiur. & omnino vide
quæ dixi in repe.rub.C.de proba.in 54.col.]Et alios etiam ca
ſus ponunt Doc. cum aliquibus limitationibus,quando fu-
ga faciat indicium vel præſumptionem, & quando non.de
quibus per eos in l.admonendi.ff.de iureiur. & in l. in bonæ
fidei.C.eo.& in l.fi.ff.de quæſtio.& in d.l.lege Cornel. & per
Ange.de Are.in d.tract.maleſi.in ver.fama publica.in 6.char.
in ver.an fuga &c,& ibi per D. Aug.de Ari.& per Bal.in cõſ.
403.incip.quidam fuit.in 2.col.in 3.vol. & dixi latè poſt alios
in repeti.mea l.fi.C,de proba,in 80.char.Sed ad vnum aduer.
te ac erige aures quod caſu quo fuga inducat aliquam præ-
ſumptionem contra aliquem ſeu indicium, tunc talis præ-
ſumptio taliter inducta per fugam tollitur per iuramentum
ipſius fugientis.ita ſing.& mirabiliter voluit Cy.in l.fi.C.de re
qui.reis. quod dictum eſt nunquam obliuioni tradendum,
quod dictum pro valde not. refert & ſequitur d. Fran. Bru-
nus de Sancto Seuerino,in d.ſuo tract.de indicijs & tortura.
in 3.char.in 2.col.in fi verbis.[& d.Catal.in tracta.ſuo ſyndica.
verſi.542. incip. quia ſæpe &c.ante fin.]quod tene menti ad
adiuuandum amicum,contra quem eſt indicium fugæ.

116 Præſumptio iuris & de iure eſt maximę importantiæ, &
operatur plura,vt habetur in l.fina.C.arbi.tut.& in l.antiquæ.
C.ad Velle.& in l.fi.ff.quod met.cau.& in c.is qui.de ſpon.cũ
ſi.de quibus habetur latè per do.Fely.& alios in c. quanto.in
vlti.col.de præſum.& inter alios effectus quos operatur talis
præſumptio iuris & de iure; tene menti quòd operatur vt
condemnatus ex præſumptione iuris & de iure non poſſit
appellare,quia habetur pro confeſſo & conuicto, & confeſ-
ſus & conuictus non appellat,vt l.ij. C. quorum app.non re-
cip.ita ſingu,dixit Bal.in l.ſi qui adulterij.C.de adult.quod di-
ctum refert & ſequitur pro no.d.Fran. Brun. in tract. ſuo de
indi.& tortura.in 6.char.in 2.col.in prin. Sed tu dicas qđ idẽ
dixit Bal.in l.quædã mulier.ff.fa.erc.in addit. & hæc doctrina
ſua probatur optimè in d.l.ſi qui adulterij. in fi. cõiuncta,d.l.
ij.C.quorum appel.non recip.

117 Ad torturam perueniri non põt niſi indicia pręcedant,vt
habetur in l.j.in prin.ff,de quęſt.& in l.milites.C.eo.& in l.ſi-
cut.in fi.C.de fal.& habetur latè per Ang.de Are. in tract.ma
leſi.in ver.fama publica.& per Alex.conſ.65. inci. Habita ſup
contentis.in 1.vol.& per Doc, in dictis locis præalle.[Et iſtud
etiam habet locum in crimine læſæ maieſta.in quo non de-
uenitur ad torturam niſi præcedant indicia,ita dixit Bal.poſt
gloſ.in l ſi quis alicui.C.ad leg.Iul.maie.Attamen tene menti
vnum caſum in quo poteſt deueniri ad torturam ſine indi-
cijs,videlicet quando accuſatus vel inquiſitus,quia non com
paruit,fuit poſitus in banno propter contumaciam, nam ſi
poſtea comparet & vult purgare contumaciam ſic fortè per
mittente ſtatuto,poterit tunc poni ad torturam abſq; alijs in
dicijs propter præcedentem contumaciam, ſecundum Nic,
de Mata.& Bal.in l.j.in 8.col.C.de hære.inſti.quod eſt ſingula
riter no. in practica. & iſtud dictum pro valde not.refert &
ſequitur do,Fran.Brunus in ſuo tract. de indicijs & tortura.
in 35.col.in prin.ver.addo alium &c.Alios etiam caſus in qui
bus peruenitur ad torturam non præcedentibus indicijs, vi-
de per glo.in c.quæſtionem.12.q.2.& Bal. in l. quicunque.C.
de ſer.fugit.vide tamen text.in l.ſi quis alicui. & ibi glo. Cyn.
Bald.& Saly. C. ad leg. Iul. maieſt:. [De quo etiam per Iaco.
de Bel.in ſua practica iudiciaria in cauſis criminalibus. ſub
rubri.de criminoſo remiſſo. in princip.;& dixi in l.penul. in
fi.ff.de quæſtio.

118 Stylus curiæ eſt attendendus & obſeruandus. l.Labeo.ver,
morem agentium ſequi debemus &c.ff.de ſta.lib.habetur in
c.quam graui.de crim.fal.& ibi latè per Io.de Ana.in pe.& vl
ti.col.per Bar.in l.3,§.lege Iulia.ff,de teſti.per Bal. in l. j.in fi.C,
vt quæ deſunt aduo.par.iud.ſup.& faciunt dicta per d.Anto.
in c.cum in tua.de ſponſ.& in c.fi.in pe, col.de conſue.& per
Cy.in l.ij.ver.Secundo queritur.C. quę ſit lon. conſue.& per
Ang.cõſ.308.inc.Factũ tale eſt, Chriſtophorus &c,in vlt.col.
& per Old.conſ.328,inci.ad idem &c,in ij,col.Et ideo teneas
menti quòd excuſatur a contumacia citatus qui non com-
paruit,quando citatus non erat ſecundum conſuetum ſtylũ
citandi.ita ſingulariter dixit Ange. in l.fi. C.de cano.præſtan.
lib.10.quod dictum pro ſingulari refert & ſequitur do. Feli.
in c.quoniam contra. in 7,col.in fi.de proba.& in c.ex parte.
in 8.col.de reſcrip,de qua materia ſtyli vide eundem Fely. in
c.ad hæc.de ſen.excommu,

119 Ineptitudo libelli vitiat ipſum libellum,vt habetur in l.j. §.
Labeo,ff,de flu.& in cle.fi,de appel.& per ſcrib.in l.fi.ff.ſi mẽſ.
fal.mo.dixe.& per Bal.& alios in l.edita.C.de eden, & per An
ge.in l.Titię textores ff,de leg.1.& habetur per Doc.in l.j.ff.de
offi.aſſeſ.& per Bal.in l.ij.C,de reſcin.vend.in 14. q.& per Bar.
l.inſtar.in fi.C de iu. fiſ,lib.10.& per Inno.& Bal.in c.1.de of-
fi.iud.& in c.ad aures.de præſcrip.Et tene menti quod de ip-
ſa ineptitudine libelli poteſt ſemper opponi nedum vſque
ad ſententiam,ſed poſt ſententiam ad eam annullandam.ita
dixit ſingu.Pet.de Anch. in cle.cum a repulſione.in 1. col. de
appel.per tex.not.in c.dilecti.de emp.& vend. quod dictum
pro valde nota.refert & ſequitur do.Fely.in c. quoniam con
tra.in 14.col.de proba.dicens ꝗ idem voluit Bal. in l. ij.in 14.
q.præallegata.C.de reſcin. vend.& remittit ſe ad dicta per eũ
in c.examinata.extra de iudi.vbi videas Et adde quod idem
dixit Ang.in conſi.297 inci.quod exceptio.& alleg Guil.de
Cu.hoc dicentem in l ſi libertus patronum. ff.de iureiuran.
& vide quæ dixi in repetitione mea.l fi. C. de probat.in 59.
char.& adde hic dicta per Pet de Anch.in conſi.384 inci.pri-
mo & ante omnia. circa fin.

120 Nepos ex filio eſt in poteſtate aui & non patris viuente
auo,vt eſt tex Inſti.de pat poteſta in § fin. & Inſtitu.quibus
mod.ius patriæ poteſta. ſol. in prin. & habetur in l. ſic eue-
niet.ff,de adul.& in l.fin C de legi. tut. & in l liber homo.§.
fi.ff.de acquiren.rer.domi.& ideo ſi non valet actus factus
a filio ſine conſenſu patris ſi nepos vult facere contractum
validum requiritur conſenſus aui & non patris. l filium ha-
beo. ff.ad Macedonia l filiusfamilias.ff.de acqui. hæredi. &
voluit Ludo,Roma.latius in conſi 512 inci. quo ad primũ.
Scias tamen quod licet auus habeat filium & nepotem in
poteſtate,attamen filius etiam inuito patre poteſt filiũ ſuũ,
& ſic nepotem aui tradere monaſterio & religioni. Ita ſin-
gulariter dixit Inn.in c. 2.poſt princ. de regula. & Archidia.
in c.addidiſtis.20.q.1.quos refert & ſequitur Ludoui.Rom.
in d.conſil.512.incipien.Quo ad primum &c.in 2 colum.ex
quo dicunt Moder.in c.ſcripturę in vlt colum. extra de voto
ꝗ filius poteſt vouere cũ conſenſu patris, licet auus contra-
dicat,& iſta,vt puto,procedunt fauore religionis & animæ,
quæ adde ad ea quæ dixi anno præterito in repet. rub. ff. de
fideiuſ. vbi plura adduxi de fauore religionis, ſeu ordinis
clericatus.

121 Credo te ſcire,quod filij naturales pluribus modis legiti-
mantur, de quibus habetur in Authen.quibus modis natu.
effi.legi,in princ & quaſi per totum. & in l. cum quis & in
l.nuper.C.de natu. libe.& Inſti.de hæred.quæ ab inteſt. defe
rũ.in § 1.& in § fi.Inſtitu.de nup.Et inter alios modos legi-
timantur per ſubſequens matrimonium, vt habetur in di-
ctis iuribus. [Scias tamen quod filius inceſtuoſus non le-
gitimatur per ſubſequens matrimonium contractum ex di
ſpenſatione Papæ, niſi de eo ſit facta mentio, ſecundum
Bald.in cap.1.& in §.naturales.in vlti.colum.ſi de feud. fue.
contro. inter domi. & vaſal. ad quod etiam vide Barto. in
l eum qui.ff de ſta.homi. & ibi Alexand. & Bald. in l. & ſi
contra. C. de nup. & vide Alexand. in conſilio 70. inci-
piente magnificus.in 1.colum.in 6 volum.] Sed tene men-
ti ſingulare verbum in materia iſta, videlicet, quod ſi filius
naturalis moriatur antequam pater contrahat matrimo-
nium cum matre ſua, licet poſtea contrahat, non tamen
legitimatur nepos ex illo filio naturali, nec tranſibit in po-
teſtatem aui ita ſingu. dixit Bald. poſt Guilel. de Cun. in
l.benignius. ff de legi. quod perpetuo teneas menti. & il-
lud dictum pro valde notabili referunt quidam Moder-
ni in apoſtil. ad Domin. Andræ.in capitulo,tanta.extra qui
fil. ſint legiti. in tertia columna, poſt princip. idem dixit

Ioan.

Ioan. And. in c. per venerabilem. qui filij ſint legi. & Pau. de Caſt. in l. 1. §. certum. ff. de acquir. poſſeſ.

122 Vaſallus perdit feudum ex pluribus cauſis, de quibus habetur in toto titu. quib. cau. feu. amit. in vſi. feud. Sed quæro ego, vtrum propter delictum domini vaſallus priuetur feudo? dicas quod non, nam hoc caſu propter delictum domini feuda non confiſcantur, imo ipſa feuda per ipſum conceſſa firma manent, & quod plus eſt vaſalli ipſi efficiuntur franchi. Ita ſingulari. dixit Bald. per illum text. in c. 1 in 5. columna, in tit. hic fini. lex Conra. & incip. conſuetu. feudorum. in vſi. feud. quod dictum pro valde not. refert & ſequitur Domi. Iaſon. in l. fin. in 11. columna, in prin. C. de iure emphy. quod perpetuo tene menti.

123 In iure clarum eſt ꝙ Notarius conficiens inſtrumẽtum poteſt in eo apponere clauſulas conſuetas, etiam ſi ſibi non ſit dictum a partibus. l. ſi prius. §. Plautius. & ibi Bar. ff. de aqua plu. arcen. facit text. & ibi hoc voluit Bal. in c. cum M. Ferrarien. de conſtit. in 7. col. & Bal. in c. 1. §. hoc quoq;. de ſucceſ. feu. in 42. co. Bar. in l. ex parte. in prin. ff. de verb. ob. & in l. fi. in prin. ff. de his quæ in frau. cre. & in l. ſi procurator. in prin. ff. de iu. fiſ. & in l. de die. in fi. prin. ff. qui ſatis. cog. [Vide Iaſon. late loquentem in hac materia in l. certi conditio. in §. ſi nũmos in 5. & 9. columna, ff. ſi cer. pet. Et habetur late per Do. Felyn. in d. c. cum M. Ferrarien. in 3. colum. & in c. 1. i. colũ. verſ. Secunda declaratio. vt li. non coteſt. de quo dixi late vbi allegaui alia plura in repeti. mea. l. fin. C. de proba. in illa q̃ſtione, an conſuetudo excuſet quẽ a delicto, vbi videas. Sed tene menti quòd licet iſta ſint vera, tamen ſolum habent locum in Notario qui fecit inſtrumentum, & de eo fuit rogatus, ſecus eſt autem in alio Notario qui de ipſo inſtrumento non fuit rogatus, ſed habet officium ſeu authoritatem extendendi aliquod inſtrumentum a ſtatuto vel a ſuperiore, nam talis Notarius nõ poterit in inſtrumento apponere clauſulas conſuetas apponi in ſimilibus inſtrumentis, ſi ille clauſulę appoſitę non ſint in originali. Ita ſing. dixit Bal. in rub. C. de fi. inſtru. in. 6. col. verſi. quarto quæritur, quod dictũ pro valde not. refert & ſequitur Do. Iaſ. in l. fi. in 12. col. de iure emphy. quod multum no. quia fere per totam Italiam obſeruatur contrarium. Limita etiam prædictam concluſionẽ ꝙ Notarius poteſt apponere in inſtrumento clauſulas conſuetas apponi, etiam ſi ſibi nõ ſit dictum a partibus, hoc eſſe verum quando contractus ſeu inſtrumentum eſt in fieri, ſecus autem eſt inſtrumento iam facto, quia in eo Notarius non poterit apponere clauſulas conſuetas apponi ſi non fuerunt appoſitę a partibus tempore celebrati cõtractus uel inſtrumenti. Ita not. dixit Barba. in c. 2. in 2. col. extra de preca. allegat hoc voluiſſe Bart. in rub. C. de reuo. his quę in frau. alie. ſunt. in vlti. col. pro quo facit tex. in l. apud Celſum. §. in hac. ff. de do. except. de quo dixi etiam in repe. mea. l. fin. C. de proba. in 33. char. circa me. Item limita etiam prædicta ꝙ talis Notarius non poterit apponere iuramentum in ipſo contractu, licet ſit de conſuetudine apponi. ita dixit Do. An. & Abb. in c. pe. de iureiur. de quo latius dixi in authen. quod obtinet. in 51. priui. iuramenti. C. de proba.

124 Vidiſti anno prgterito. l. fi. ff. de iuriſd. om. iudi quę ponit generalem regulam quod nemo poteſt exercere iuriſdictionem ſuam extra ſuũ territorium, & hoc eſt clarum. Sed ego quæro, ſtatutum iudicis vel principis dat præmium occidenti bannitum, an comprehendat etiam occidentẽ bannitum extra iuriſdictionem ſeu territorium ſtatuentis? q̃libet prima facie diceret quod non, per d. l. fi. Attamen contrarium determinat Bal. multum ſing. in conſi. ſuo 397. incip. præmittendum eſt ad euidentiam quod quędam ſunt quę requirunt. in 6. volu. quod volumen nondum eſt ſtampatum, & non eſt apud hominem viuentem niſi penes me. & ibi dixit Bal. ꝙ talis occidens bannitum extra territorium ſtatuentis debebit habere pręmium. quod eſt not. maxime ad limi. d. l. ſi. ff. de iuriſd. om. iudi. ad quod vide aliquid etiam per Bal. ſu per ſtatu. in ver. bannitus. in 2. verſi. & vide omnino inf. in ſing. 294. incip. Odia &c.

125 Tu ſcis regulam iuris eſſe ꝙ exceptiones competẽtes reo principali cõpetũt fideiuſſori. l. omnes. ff. de excep. l. defenſiones. C. eo. l. ex perſona. ff. de fideiuſ. l. tam mandatori. C. de nõ nu. pecu. cum ſimi. Sed ſcias tamen in practi. & ad limitationem dictæ reg. quod ſi reus principalis dixit inſtrumentum vſurarium corã iudice eccleſiaſtico ſuo nomine, & nomine fideiuſſo. poſtea facta fuit inhibitio iudici ſeculari per iudicẽ eccleſiaſticum ne procederet ad capturam dicti rei hoc caſu, iſta inhibitio non proderit fideiuſſori aliquo modo, ſed poterit ipſe capi & grauari. ita ſin. dixit Bal. in l. 1. in fi. C. de diuer. reſcrip. allegat l. creditor. in prin. in tex. & glo. ff. man. idẽ etiam videtur tenere Bal. cũ vna limitatione tãtum in d. l. tã mandatori. quam doctri. refert & ſequitur d. Fran. de Are. in conſilio ſuo 33. inci. conſultatio &c. in 1. col. in fi. quod tene menti in practica.

126 In multis ciuitatibus extat ſtatutũ quod vẽditio ſeu alius contractus excedens ſummam centum non poſſit probari niſi per inſtrumentum publicum. Sed quæro ego, pone ꝙ factus eſt contractus excedens dictam ſummam, & in eo eſt appoſitum iuramentum, ſed de ipſo contractu non fuit factum inſtrumentum, ſed ſolum interfuerunt teſtes, quo caſu contractus ipſe non poterit probari per dictos teſtes ex prohibitione dicti ſtatuti, an hoc caſu non poterit probari iuramentum appoſitum in dicto contractu per teſtes? & dicas quod ſic. Ita ſingu. dixit Io. de Imo. in repe. c. cum contingat. in. 7. char de iureiur. quod dictum refert & ſequitur & exclamat Do. Feli. in c. ſicut conſuetudo. in 6. col. de proba. ver. Sexto intellige. Quod dictum tene perpetuo mẽti, quia eſt maximi effectus, nam licet agens ad obſeruantiam contractus non poſſit directo probare ipſum contractum per teſtes, tamen probando indirecte iuramentum coram iudice eccleſiaſtico per duos teſtes obtinebit, quia probato iuramento iudex coget ipſum iurantem ad obſeruantiã ipſius contractus. Pro quo faciunt optime dicta per Pau. de Caſt. in conſi. ſuo. 229. incip. In cauſa quæ vertitur. ante fi. ideo nõ obliuiſcaris. & iſta addes ad ea quę dixi ſupra. in ſing. incip. Acceſſorium &c. circa fi.

227 Iudicandi munus neceſſarium eſt. fi. §. iudicãdo. ff. de mu. & hono. l. prætor. §. qui autem. ff. de excu. mu. l. ſancimus C. de aduo. diuer. iudi. habetur in Authen. vt iud. non expec. ſac. iuſ. cum ſimi. Scias tamen ꝙ hoc fallit in peritis in arte, quia tales periti compelli non poſſunt ad aſſumendum officium referendi ſuper aliqua re quid ſentiant. Ita no. dixit Do. Abb. in c. cum dilectus. il. 1. extra de purg. cano. ꝙ dictum pro ſing. & valde not. refert & ſequitur ille iuris ampliſſimũ pelagus D. Feli. in c. propoſuiſti. in 3. col. verſi. & ſcias. extra de proba. & ibi dicit hoc dictum alibi non legiſſe niſi vbi ſupra.

128 Teſtes etiam produci poſſunt in cauſa matrimoniali poſt didicita teſtificata. tex. eſt, & ibi habetur late per Doc. in c. ſeries. extra de teſti. & hoc quia agitur de re periculoſa. & habetur etiam in c. iurauit. extra de teſti. Verumtamen ſcias ꝙ ille qui vult producere tales teſtes poſt didicita teſtificata debet prius iurare ꝙ dictos teſtes ſubornauit, alias non admitteretur ad producendum dictos teſtes. iſtud fuit ſingu. verbum Bal. in c. iurauit. extra de teſti. in. 3. colũ. ver. nota, quod matrimonium. quod not. quia forte adueniente caſu pauci Procurators vel Aduocati animaduerterẽt ad hoc. Et iſtud dictum ibi magnificauit Do. Feli. quem vide.

129 Cũ eſſem alias in partibus Ianuenſium vbi moram traxi in officio, fui interrogatus de tali caſu, Quedã mulier intrauit monaſterium monialium vt Deo ſeruiret, & in eo monaſterio fecit profeſſionem, poſtea vt plerunq; accidit inſtigante diabolo iſta monialis exiuit monaſterium & proiecto habitu ſe tranſtulit ad diuerſas partes, tandem incognita in terris eccleſiæ, neſcio vbi, iſta ſe tradidit nuptui, & marito dedit plura bona quæ habebat in dotem, poſtea per aliquod tempus mortua eſt hęc mulier ſine filijs & ab inteſtato, modo maritus petebat dimidium dotis ſtante ſtatuto ꝙ mortua vxore in matrimonio uir lucretur medetatẽ dotis, veniẽtes autem ab inteſtato petebant omnia bona iſtius mulieris, dubitabatur ad quẽ pertineret talis dos & talia bona? Reſpondi interroganti, ꝙ omnia bona ſua ſpectabant ad monaſterium & non ad venientes ab inteſtato nec ad maritum, nã venientes ab inteſtato erant excluſi ꝑ aut. ingreſſi. de ſacro ſan. eccle. maritus autem erat excluſus ab illa parte dimidia dotis quam marito dabat ſtatutum, eo quia ſtatutum uel pactum de lucranda dote nõ habet locum quãdo matrimonium eſt illicitum habens perpetuam cauſam prohibitionis etiam ſi ignoranter ſit contractum, vt in caſu noſtro ſecũdũ Bal. multum ſing. in c. iurauit. in 1. col. & ibi. Dom. Feli. extra de proba. quod etiam uoluit idem Bald. in l. prima. C. de con di. ob cauſ. & Ange in. §. aſcripto. in Authen. de nup. de quo per Ludouic. Roma. in l. ſi cum dotem. §. fi. ff. ſolu. mat. & per Bal. aliquid in l. fi. ff. de leg. 1. & per Ang. qui videtur contrariari in l. ſi adulterium cum inceſtu. in §. quare. ff. de adul. Et per iſta credo ꝙ poſtea monaſterium ſucceſſerit in totum excluſo marito & excluſis venientibus ab inteſtato qui vt intellexi conabantur probare quod illa iuridice non erat profeſſa, licet moram traxiſſet in monaſterio & detuliſſet habitum, ſed quid ſecutum fuerit in dicta cauſa, me latet, quia mea quoquo modo non intererat.

130 Dixi ſuperius in ſingu. 21. quod multis modis filij naturales legitimant. Sed nũc dico tibi vnũ, ꝙ filiꝰ naturalis quoties poteſt legitimari per ſubſequens matrimoniũ nunquã põt

 legitimari

legitimari per reſcriptũ Principis. Ita dixit ſingu. Bal in c.per tuas.de maior.& obe.allegat tex.ſing.in Aut.quibus mo.natu.effi.legi.in §.cum igitur,quod eſt notabile.

131 Tu ſcis ꝙ filius naturalis tantum excludit ſubſtitutũ,vt habetur in l.ex facto.in §. ſi quis rogatus.ff.ad Trebe. & in l.cũ pater.§.volo.ff.de lega.2.& in l.1.C.de condi. inſer.& in l.generaliter C.de inſti.& ſubſti.ſub condi.fac.Quod tamen limita niſi eccleſia eſſet ſubſtituta, quia ipſa eccle.ſic ſubſti. non excluderetur per filios naturales tantum. iſtud fuit ſingu. dictum Bal.in c.in pręſentia. in pe.col. extra de proba,& dicit hoc procedere etiã ſi talis filius natu. eſſet legitimatus ab imperatore & hoc propter dignitatem eccleſię. quod dictum multum commendat Domi.Fely. in d.c. in præſentia.in 9. colum.& dicit ſe hoc dictum alibi non legiſſe.

132 In alienatione rerum eccleſiaſticarum immobilium requirit ſolẽnitas,de qua in c.ſine exceptione. 12.q.2.& in aut. hoc ius porrectum.C. de ſacroſanc.eccle. Scias tamen quod duo ſunt caſus in quibus talia bona eccleſiaſtica poſſunt alienari ſine tali ſolennitate. primus enim caſus eſt, nam fratres mendicantes ſunt incapaces bonorum immobilium, vt in cle,exiui.de verb.ſig. & legatum rerum immobilium eis factum non valet, niſi quantum ad eſtimationem, vt voluit Bar.& Bal.poſt Iac.de Are. in l.apud Iulia.§.fi.ff. de leg.1.& in l.ſi res.& in l.fideicom.§.ſi ſeruo.ff. de leg.3.& Bar., in tracta. minoricarum. in prima parte. & ego latius dixi in l.ſi in ſingulos.in pe.co.ff.de ann.leg,vbi videas.Et ideo ſubdũt Doct. in dictis locis,ꝙ licet fundus non poſſit ſimpliciter mendicãtibus relinqui,tamen poterit eis relinqui vt illum vendant, & in neceſſitatibus ſuis precium conuertant, ad quod allegant glo.no.in c.1.in verbo, domum.de relig. domi.lib.6.& idẽ tenet Do.An.in c.in præſentia.in 7.col.ver.Quintus caſus. de proba,& Bal. in auth.ingreſſi.in 7.col.C.de ſacroſan.eccle. & in l.cũ quæſtio.in fi.C.de leg.& Lud.Rom. in l. Antiſtius. §.fi.ff.de acqui.hære.Et hoc caſu in venditione talium bonorum immobilium non requiritur ſolẽnitas.c. ſine exceptione.Ita ſin.dixit Bal. in authen.ſi qua mulier.in.4.col. C. de ſacroſan.ecc. poſt Guil.de Cu. in d.aut. hoc ius porrectum. & Bal.in c.cũ cauſa,circa fi. extra de ſen. & re iudi. Alius eſt etiã caſus in quo dicta ſolennitas non requiritur, videlicet quando eccleſia eſſet coacta alienare rem, vt puta ſi eſſet grauatã alienare fundum per fideicommiſſum,nam hoc caſu alienabit ſine ſolennitate alias requiſita.ita dixit multum not. Lap. alleg.26.incipi. diſputat primo &c.poſt me.q̃ dicta refert & ſequitur Feli,in c.in pręſentia,in 26.col,in fi. de ꝓba.nõ tamẽ alleg.Bal.in d.c.cũ cauſa.quẽ ego ſolus in hac materia allego.

133 Affinitas repellens a teſtimonio & admittẽs ad agendũ ſine mandato, iuxta l. ſed & hę.ff. de procur. & l.exigendi. C, eo.debet eſſe per lineam aſcendentem vel deſcendentem, non autem ſufficit eſſe per lineam tranſuerſalem.Ita ſingu. dixit Inno.& Io.And. in c.nonnulli.de reſcrip. quod dictum pro valde nota.refert & ſequitur Ange. in conſilio ſuo.194. incip.Viſis proceſſibus &c. in 2.col. vbi dicit quod intelligitur & limitatur.l.ſed & hę. ff. de procur. quod eſt valde not. in practica. [Et illud dictum Ange, refert & ſequitur Iaſ.in repeti.l.admonendi. in 71.colum. poſt medium. de iureiur. & in hac materia vide Alexand.in conſilio. 91. incip. viſo.in penult.colum.in fi.in 6.volu.]

134 Tu ſcis quod propter ſterilitatem cõductori fit remiſſio canonis, vt habetur in.c.propter ſterilitatem.extra de loca l. licet.cum vulgari.C.eo.tit.Sed pone quod augetur introitus rei locatę ipſi conductori aliquo modo, an tali caſu dominus poſſit petere maiorem penſionem. & videtur dicendũ quod ſic.primo,quia contrariorum eadem eſt natura, iuribus vulgaribus. ſed ſi venit ſterilitas & diminuatur introitus fit remiſſio canonis,& diminuitur penſio, vt in dictis iuribus,ergo creſcente introitu debet creſcere penſio. Secundo,quia eũ ſequũtur commoda quem ſequuntur & incommoda, & econtra.l. ſecundum naturam.ff. de reg.iur. cum concor.ſed in contrarium eſt veritas ſecundum Ang.ſing.in l.legem.C.loca. vbi ſing. dixit quod penſio fundi locati non eſt augenda,etiam ſi fundus conductus creuerit per alluuionem.quod dicit ibi Ange.eſſe.not. dignum,& dicit hoc voluiſſe ibi.Cy. ꝙ teneas perpetuo menti ad limitationem dictę reg.eum ſequuntur commoda &c.licet contrarium teneant dicta per Ang.in Authen.vt determi.ſit num,cle. in fi. quem refert D. Feli. in c.cũ M.Ferra,in princi.3,col.de cõſti. & vide etiam Ang,in l.illud quoque.in §. & ſi fideiuſſores.ff. de peti.hered. Et pro ampliatione huius limitationis adduci poteſt quod voluit Pau.de Caſt.in conſi.ſuo 17.incip. in cauſa quæ vertitur Parmę.in vlt.col,verſ.Idẽ ſi preciũ. Et Abb. in c.quanto.extra de cenſi. vbi dixit quod ſi fornarius ſe obligauit coquere panem alicuius familiæ pro 10. in anno, & his ſtãtibus augeatur familia aliquibus perſonis quòd non poteſt petere maius ſalariũ.ratio eſt, quia iſtud pendebat a fortuna, & ideo ſi diminuta eſſet familia per mortem vel per abſentiam non deberet ipſe fornarius habere minus. Ita pari ratione dicendum eſt in dicto caſu alluuionis & in fornario, vt dixit Cy.in l.non modus.C.de ſerui.& in l.placet.in fi. C.de ſacroſan.ecc. & Pet.de Anch.in d.c, quanto. de quo vide latiſſime per d.Bart.Cępo.in tracta. ſuo de ſerui.vrb.pręd. ſub rub.de furno,in 2.col. verſi. Quinta quæſtio,&c. de quo dixi ego in repeti.rubri.C. de proba. in 82.col.& in l.a vobis quoq;.in 2.char.ff.de ann.leg. vbi late poſui materiam incertitudinis.& faciunt optime dicta per Dom.Alexand. in conſilio ſuo incip.In occurrenti caſu.in 1.col.2.volu. & per Bart. in l.Seio amico.in fi. principij. et ibi dixi.ff. de annu.lega.

135 Quæro de notabili & quotidiano dubio, ſtatuto cauetur ꝙ inſtrumentum debiti guarentigiatum habeat executionem paratam,pone,tu petis a me cẽtum ex aliqua cauſa, puta mutui vel depoſiti,ego coram Notario confiteor me debitorem tuum,ex illa cauſa Notarius facit ſolennę inſtrumẽtum huius confeſſionis meę,an tale inſtrumentum habebit executionem paratam vigore dicti ſtatuti, in quo breuiter dicas quod non,nam iſtud non dicetur inſtrumentum debiti, ſed potius inſtrumentum confeſſionis debiti, quod ſumit vires tantum a die talis confeſſionis & non antea. ita ſin. dixit Ang.in l.ſi fideiuſſor.poſt prin.C,de fideiuſ. quod nota, quia faciet tibi honorem ſi ſcies practicare. [Vide tamẽ omnino quę dixi inf.in ſing.484.inci-ſi vera loqui fas eſt.]

236 Longa profecto diſputatio eſt inter Docto. an donatio cauſa mortis ſit contractus vel vltima voluntas, de qua quęſtione habetur per Doc.in l.fi.C. de dona. cau. mor.& in.l.2. ff.de do.pręleg.& Inſti.de dona.in prin.& in l.vnica.ad fi C.de cadu.tol.& in l.quæ ſub conditione.§. hoc edictum.ff. de cõdi.inſti.& habetur latę per Do.Ioan.de Ana. in c.qui[illegible] omnibus.in 21.col.in ver.quarto quærit.extra de vſur.& per Do. Alex.in l.2.in prin.ff.de verb,obl, Sed pro opi,quòd ſit magis vlti.volun.quam contractus,quę videtur communior ſecundum Lud.Ro. in conſilio 75. incip. Neſcio &c. tene menti nota.verbum,quod ſicut legatum reuocatur ſi teſtator voluntarię alienauit rem legatam, vt.ff.de adi leg.l.rem legatã. & l.fideicommiſſa.§.ſi rem.ff. de leg.3. ita etiam intelligitur reuocata dona.cauſa mortis,ſi ipſe donans rem donatam voluntarie nulla neceſſitate cogente alienauerit.ita ſing. dixit Dy.in l.Stichum qui meus erit.ff. de leg. 1. quod dictũ tene menti perpetuo, quia eſt aureum ſecundum Bald. in d.l.Stichum.vbi dicit alibi non vidiſſe iſtud dictum, quod dictum etiam refert & ſequitur pro valde ſing. Dom. Alex,in l.non omnis,in princ.ff.ſi cert.pet.ſubdens quod eadem ratione ſi ſuperuenerint inimicitiæ inter donantẽ cauſa mortis & donatarium inducetur reuocatio dona.ſicut contingit in legato,vt in l.3.in fi.cum.l.ſeq,ff.de adi leg.

137 In iurę clarum eſt quod eximens aliquem de manibus familię tenetur ipſe ad illud debitum ſoluendum ad quod tenebatur captus tanquam ſi pro eo fideiuſſiſſet.tex. eſt not.in l.quoties.C. dę exac tribu.lib.10.& ibi Doct.& voluit Bal.in l. addictos.C. de epiſ. aud. & Ang.de Are. in l.penales Inſti. de act,Doct.in l.1.ff. nequis eũ qui in ius voc. eſt vi exi.& voluit Bar.Bal.Ang.& Pau.de Caſt.in l.ſed eximendi. & in l.ſeq.per illa iura.ff.ne quis eum qui in ius voc.Sed tene menti vnum quod eſt fortius,videlicet quod nedũ ille qui de facto exiuit recte captum de manibus familiæ tenetur creditori ad ſolutionem illius debiti tãquã fideiuſſiſſet,ſed etiam ille qui notificauit debitori alicuius quod aufugere deberet, quia creditor ſuus ordinauerat facere eum capi & detineri, tenetur creditori ad ſoluendum debitum illud ſi talis debitor fugam arripuit.ita notabiliter dixit Pet.de Ancha.in conſil.ſuo. 341. inci.viſo themate.in c.fi.& Bar. in c. dilectis.in 4.co.de app.& ibi Car.Alex.& Io. de Ana. in conſi.55.incip. quia dubia &c. in fi.ver.de quo dicto feci mentionem anno præterito in repe,mea rub.ff.de fideiuſ.in 7.col.prin. quod dictum non memini me alibi vidiſſe, ideo tene menti, quia quotidie occurrit in facto.vide tamen quæ dixi.s̃. in ſingu.43. incip. debitor [Vide Iaſo. in l.1.§, ꝙ prætor.in.2. col.ne quis eũ &c. Barba.in cõſ.66.incip.ſapienter,in 3.&.4.col.in 6.volum. & vidę inf.in ſin.366.incip.aliqna.]Qua autem pęna puniatur eximens reũ criminis vide Bal.in l.cuiuſq;. ff.ad leg.Iul. maieſt.& Alexand. conſi.35,incip. viſo thema.in.2.colum.in 3. volum. & infra in ſing.273.incip.notiſſimum.

138 Iudex vnius territorij mandat executioni ſententiã iudicis alterius territorij mediantibus literis ipſius iudicis qui tulit ſententiã,& hoc quãdo bona ſunt ſita in territorio iudicis cui literę dirigunt.ita habet in l. a Diuo Pio.§.ſentẽtiã. & ibi ꝑ Doct.oẽs.ff.de re iu.ĩ l.fi.ff.de iuriſ.om.iud.ĩ c.Romana.

§.contra-

§.contrahentes.de fo.compe.& ego alias ſententias infinitas mandaui executioni ad petitionem aliquorum iudicũ dum fui iuſdicens in pluribus & diuerſis locis ac ſępius ſententiæ meæ eodem modo in ſubſidium iuſtitiæ mediantibus literis meis fuerunt miſſe executioni, quia ita iura requirunt. [Vide in materia iſta Bar.in conſi 450.incip. quidam in terra Burgi,&c.in 2.volum.& Iaſ.in l.properandum.in §,ſinautem reus.in 1,& 2.colum.C.de iudi.] Pro quibus faciunt dicta per Alb.Gand.in ſuo trac.maleſi.ſub rub.de cita,in maleſi. fac. in 2.colum.ver.ſed ego non puto. & vide Ang. in l. cum vnius. §.pen.ff.de bon.autho.iud.poſſi. Tene tamen menti, ꝙ iſtud procedit & habet locũ quando iudex alterius territorij pronunciauit ſecundum leges, ſecus autem ſi pronunciauit & ſententiauit ſecundum ſtatuta loci ipſius iudicis, quia tunc iudex alterius territorij non tenetur talem ſententiam mittere executioni. iſtud fuit ſing,dictum Bal. in l. 1. in ſi,verbis. C,de confeſ.& eiuſdem Bal. licet non tam clarè. l. 1.in 4.q,C. ne fil.pro pa,quam doc. pro valde not, refert & ſequitur D. Alex.in d.l.à diuo Pio.§.ſententiam.in 1.addi.in 3.colu.ver.ſecundo limita.ff. de re iudi. & Paleotus in l. 1.in fi.ff. de offic. aſſeſſo.quod tene menti, quia poteris impedire executionē plurium ſententiarum ad quas iudices non animaduertunt, Et teneas menti ꝙ talis iudex alterius territorij,cui literę diriguntur,vt in ſubſidium iuris exequatur talem ſententiam, poteſt de iniquitate talis ſententiæ cognoſcere, & ſi viderit talem ſententiam iniquam, aut de hoc vehementer ſuſpicetur,non debet illam executioni mandare.ita dixit Ange.in l. ſi vt proponis.C.de execu.rei iudi.quod dixit eſſe valde quotidianum. ad quæ faciunt quæ dixi in l. 1. §, ſi quis vltro. in 6. char.ff.de quæſt.& in hac materia vide Pau, de Caſt,in l.omnis.in §.nihilominus.C.de epiſcop.& cler.

139 Dixi tibi ſuperius,ꝙ appellatione filiorum,veniunt naturales t[illegible]um, & plures caſus in quibus tales filij naturales veniunt ponit Dom.Fel.in c.in præſentia,in 10.colum.de prob. Tene tamen menti vnum not.caſum,in quo appellatione filiorum,non comprætenditur naturalis tantum: nam ſi pater habet inimicitiam cum aliquo, & ſecum facit pacem & præſtat cautionem pro ſe & filijs de illo nō offendendo, nō tenetur de offenſa poſtea illi illata per filium naturalem tantum. ita ſing,dixit Cy.in l.cum pater.§.volo.ff.de leg.2. quod dictum refert & ſequitur D.Fel. in d. c.in præſentia.in 10.col. circa med,verſi. & adde ꝙ ſi pater. pro quibus faciunt optimē dicta per Dom.Anto,in addi.Specu.in titu.qui fil.ſint legit.ſub rub.vbi dicit,ꝙ ſtatutum diſponens ꝙ pater teneatur emendare damnum datum per filium, non comprǽhendit damnum datum per filium ſpurium quod dictum ſequitur Albe.de Roſa, in prima parte ſtatu.q.49.incip. item ſuppoſito,& in q.41.incipien,item quæro,in prima par.ſtatu.& in c. per venerabilem.in 32.colum.qui fil.ſint legit. & Io.de Imo. in l. Lucius.in §.fi.ff.de leg.2.vbi plus etiam dicit,ꝙ tale ſtatutum etiam nō habebit locum in filio naturali tantũ, de quo etiam per eum in l.ex facto.in §.ſi quis rogatus.ff.ad Treb. & per Ludo.Roma.in l.ſi filio.la 2.ff.ſolu,matri.& per D. Alex, qui alia plura refert in conſi. ſuo 40. incip. viſa legitimatione.in 5.colum.in 2.volum.vbi videas. licèt in contrarium faciant dicta per Ang.de Are.Inſti, de hære. quæ ab inteſt. in §. interdum.circa fi.& per Pet.de Anch. in conſi. ſuo 187.inci, apud me quæſtio iſta. [Et dicta per Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore,in 69.colum.ff.de vſucap.] Et vide plura ad materiam iſtam facientia per Do.Alex.in l.fi.in apoſtil.C.de verb.ſigni, Tene mēti ꝑpetuò,qa ſingularia ſunt,& de pane acquirēdo,

140 Teſtis qui offert ſe ad teſtificandum contra aliquem,præſumitur ſuſpectus, & ideo repellitur ſecundum Bar.in l.poſt legatum,§.his vero.ff, de his quib. vt indig, Iac. de Bel. in §. ſi vero ignoti. per illum tex.in Authen.de teſt.Bald. in authen, ſed nouo iure.in 1.colum. C,ſi cer.pet.& in l. quoniam liberi.in prin.C.de teſtib.& Bar.in l.vxori.ff.de fal.& in l.quę omnia.ff.de procu.& Abb.in c,cum P.circa fin. de accuſa. Attamen limita & reſtringe hoc non habere locum quando eſſemus in materia in qua ageretur de peccato euitando,quia tali caſu teſti ſe offerēti creditur,ita ſing,dicit Io.de Imo.in c. iurauit.per illum tex. de proba. quod dictum pro valde not, refert & ſequitur Do.Fel,in c.2.in 8.colum. circa med. extra de teſti.vbi ſubdit, ꝙ ita poteſt intelligi tex. in c. cum in tua. de ſpon.in ver,ſponte oblata, & facit ſecundum eum c. præterea.il 2.eod.titu.& ibi ponit etiam aliam limitationem notabilem ad illud quod teſti ſe offerenti,

141 Audiuiſti forte aliàs à præceptoribus tuis quamplures effectus iuramenti, ſed forte non audiuiſti vnum quem volo te docere tanquam pulchriorem & vtiliorem cæteris: ideo aduerte & tene menti, ꝙ ſi iuramentum eſt appoſitum per debitorem, vel per ſe obligantem in ipſa obligatione, tunc nunquam poteſt talis debitor opponere præſcriptionem. ita ſingu, dixit Ludo.Roma.in repeti.l. 1. in 3.char.ver. & ad de duas not.caute.ff.de vſucap. vbi dixit, quod ad hoc vt impediatur præſcriptio cautela eſt,ꝙ in fine inſtrumenti apponatur iuramentum, quia tunc eſt ſublata præſcriptio: nam iuramentum perpetuat actionem,allegat tex.quem dicit ſingu. in l. nam & poſtea.in §, ſi damnetur. ff. de iureiur. quem tex.dixit ipſe ibi,quod allegauit ad hoc Angel. in voce. & reſpondet ibi Ludo.Rom.ad ea,quæ contra hoc dictum poſſent adduci,quæ non refero breuitatis cauſa. Et ita aliàs iam pluribus annis elapſis habui & obtinui in contingentia facti in hac ciuitate, & fuit mihi neceſſe portare Ludo. Roma. in palatio. in d.l. 1.quia iudex noluit mihi credere,quod hoc diceret Ludo.Rom. [Idem dixit Baueria in 29.priuile.iuramēti.quem vide.] Sed poſtea inueni Dom.Iaſ.hanc partem tenentem in §.ſed aliquandò.Inſti,de vſucap. in ſuis additio. ad Do.Chriſtophorum Porcum in 6. additio. quæ incip. Adde vnum notabile in materia. Et ſubdit ipſe, quòd hoc colligitur ex not. per Do. Anto.poſt Hoſtien.in c.ſi diligenti. extra de præſrip.& dicit,ꝙ pro hoc faciunt no.per Bar. in l.nam & poſtea.§.ſi is qui.ff.de iureiur. & illud dictum etiam approbat Do.And.Barba,in conſi.ſuo 20.incip.viſo puncto.in pen. colum.in 4.volum. & Do,Bartho.Soci. in conſi.ſuo 86. inci. in cauſa communitatis,&c. in 5.colum. verſic. ſecundo probatur dicta concluſio. Quod dictũ tene cordi,quia aureum & vtile eſt.de quo ego etiam dixi in repeti.mea.l.fi.C.de proba.in 35.char.vbi plures notabiles effectus iuramenti cumulaui, Et ad prædicta faciunt dicta per Dom.Feli, in cap. quoniam.in 4.colum.poſt princip,extra de præſcrip.

142 Cautum eſt de iure ciuili,ac etiam conuenit iuri naturali, ꝙ quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio, vulgata l.de etate.§.ex cauſa.ff. de interrog.act,habetur in c.pe.de cle. non reſi.& in c.ſuggeſtum.de deci.& in l. ex facto.ff.de vulg. & pupil. & facit optimè tex, not. in l.ſi hominem. ff.manda, cum multis ſimi. [Vide inf.in ſing.233.incipien. quæ de nouo, &c. & omnino Dec.in conſ.335.incip.viſo.in 2.colum.] Et adeo eſt vera hæc regula, ꝙ licet exceptio excuſſionis ſit dilatoria,vt habetur in l.peremptorias. C.ſen. reſcin. nō poſ. & in c.inter monaſterium,de re iud.& in l.ita demum, C,de procu.cum ſimi.& ſic debet opponi ante lit.conteſt.vt in dictis iuribus. attamen ſi prius fuit facta excuſſio contra debitorem principalem, & ipſo non reperto ſoluendo creditor velit agere contra fideiuſſorem, vel contra extraneos poſſeſſores,& interim ſuperueniant bona de nouo debitori principali poterit ipſe fideiuſſor,vel tertius poſſeſſor contra quē ageretur de hoc excipere & petere, quòd de nouo fiat excuſſio contra ipſum principalem.ita ſing.dixit Cyn.poſt Pet. in authē.præſente.C.de fideiuſ.in pe.q.& Bal. & Pau. de Caſt. in l.fi.§.1.ff.ſi cer.peta.& Bal.in d.l.peremptorias. idem voluit Do.Alex.in conſi.ſuo 100.incip.diſcuſſis.in pen. col.in 5.vol. & ibi alia not.ſubdit in materia,quæ vide. de quo latius dixi in conſi.meo 5 [illegible].incip. ſuper articulo. in 4.char. & dixi anno præterito in repet,rubri.ff.de fideiuſ.8.colum.vbi videas.

143 Filio baſtardo non poteſt recta via, ſeu directè aliquid relinqui à patre.authen.licet.C.de natu,libe.l.fi.eo.titu.§.ne igitur.in Authen.quomo.natu.effi.ſui.habetur per ſcribeñ.in c. cum haberet. extra de eo qui duxit in matri. quam pol. per adul. ſecus autem eſt in nepote legitimo nato ex ipſo filio baſtardo; vt volũt Doc.in dictis locis. Sed ſcias tamen quod licet legitimus natus ex ſpurio poſſit inſtitui, vel ei relinqui ab auo, iſtud tamen non habet locum in nepote nato ex filio inceſtuoſo, qui à nullo ex parentibus inſtitui poteſt. ita ſing.dixit Bal.in c.in præſentia.in 8.col. de prob. vbi dicit qđ de hoc eſt caſus vnicus in iure in l.ſi qs inceſti. C.đ ince.nup.

144 Error in nomine appellatiuo non vitiat actum,ſeu diſpoſitionem dummodo de corpore cōſtet, ita habetur per ſcriben.in l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de leg.1. & in l.his verbis, §.fi.ff.de hære.inſti.& per Doc.poſt glo. in l. quæ extrinſecus, ff.de verb.oblig. Et ideo tene mēti,ꝙ ſi quis,puta Titius,fuit exbannitus ex ciuitate propter homicidium, & in bannio iudex errauit,quia debebat dicere, ꝙ bāniebat Titium de Mutina,quia erat de Mutina, & dixit de Ferraria,& ſic errauit in nomine patriæ: attamen valebit tale bannum ſi conſtat de corpore,& de maleficio per eum commiſſo.ita ſingu, dixit Ange.in d.l.his verbis,§.fi.de hære. inſti. vbi refert alias quendam hic Bononiæ fuiſſe decapitatum, quia erat deſcriptus in numero bannitorum tanquam eſſet de vna ciuitate cum eſſet de alia,& ipſe propter hoc nō credebat eſſe bannitum: attamen fuit captus & decapitatus & iuſtè, ſecundum Ang. ibi,ex quo conſtabat eum forte citatum & maleficium cōmiſiſſe,& iſtud dictum refert & ſequitur pro valde no.Barb. in c,ſignificante,in 4.char. de reſcrip.

145 Frangen-

45 Fr angenti fidem fides frangatur eidem.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loc.cum ſimi. Attamen teneas mẽti,ꝙ licet tranſactio ſit facta animo nouandi,& ex ea pignus datum ſit,ſi tamen tranſactio non ſeruatur pignus non reſtituitur, ſed pro obligatione nouata retinetur, quod eſt valde notatu dignũ. ita ſingu.dixit Angel.in l.eſt differentia.ff.in quib. cau. pig.ta. contraha.& vide Ange.de Arc.in §.item Seruiana.in 3.colu. verſic.quæro an inuecta,&c.Inſti.de actio.

146 Creditor non poteſt cogi ante tempus ad recipiendam pecuniam ſibi promiſſam, niſi interſit debitoris, vt habetur in l.ſi pecuniam.ff.ſi cer.pet. & in l.Titius.ff.quæ res pig. obli. poſ.& in l.qui Romæ.in prin.ff.de verb.oblig. Scias tamen in hac materia,ꝙ licet aliquo caſu creditor cogi poſſit recipere pecuniam ſibi debitam ante tempus:attamen quando aliquis debet recipere aliquid ab aliquo, quod curſu temporis deteriorari poteſt,vt vinum,granum,oleum, & ſimilia,nunquam hoc caſu cogitur recipere ante tempus. iſtud fuit ſingu.dictum Guil.de Cu.in l.comparationes. C. de fi. inſtrum. quod dictum pro valde not.refert & ſequitur Ang.in d.l.Titius. in fi.ff.quæ res pig.obli.poſ. de quo etiã aliquid per Pau. de Caſt.in l.item quia.in fi.ver.vltimo quæro. ff.de pact.

147 Filius præſens & tacens obligatur ex matrimonio contracto per parentes ſuos.c.vnico.de deſpon.impub.lib.6. & hoc procedit, & inductum eſt fauore matrimonij, & fauore parentum,ſecus tamen eſt in alijs conſanguineis illius filij vel filiæ,quia licèt ſit pręſens & tacens non obligatur ex matrimonio contracto per tales conſanguineos, ſecundum Io.And. in d.c.vnico.in nouella.& Do.Abb.in c.nonne.de pręſum.& in c.1.in vlt.not.extra de matri.contrac.contra interdic.eccl. Sed hoc dictum limitatur,videlicet niſi cauſa cognita conſtaret filium vel filiam ob reuerentiam parentum, vel alterius ipſorum tacuiſſe,quia tunc filius qui tacuit non obligabitur tali matrimonio. Ita ſingu.dixit Do.Abb.in d.c.nonne.in vl. colum.de præſump.quod dictum refert & ſequitur Do.Fel. ibi in 3.colum.& de eo facit magnum feſtum, dicens, quòd nunquam obliuiſcaris hoc dictum,quia iſtud dictum ipſe alibi non legit,& quod iſtud dictum eſt aptum infringere mille ſponſalia.[Vide inf.in ſing.215.incip.validum eſt argumentum.& in ſing.347.incipien.matrimonium,&c.]

148 Graue eſt fidem fallere. l.1.ff.de conſti.pecu.in prin. Et nihil tam congruum humanæ fidei, quàm pacta ſeruare.l.1.ff. de pac.l.iuriſgentium.§.prætor ait.eo.titu. [Vide Dec. in l.ea eſt natura.ff.de reg.iur.ad fi.] Et ideo dixit glo. & Bal.ibi poſt eam in l.à procuratore.C.mand. quod nihil eſt melius bona fide,& facit tex.in epiſtola,inter claras. C. de ſum.tri.& fi.cat. vbi dicit,q̃d nil lumine clariore ꝓfulget q̃ recta fides in principe. Et ideo tene menti ſingulare verbum Do.Ant. nam tu ſcis,ꝙ ex pacto nudo non oritur actio regulariter.l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.ff.de pac.cum ſimi.attamen licet pactũ nudum nõ pariat actionem de iure, quia tamen procedit ſecundum pręcepta iuriſgentium non debet denegari iuſtitia ſi pro illo petatur.ita ſing.dixit Do.Ant.in c. quæ in eccleſiarum.de conſti.quod dictum refert & ſequitur Do.Alex.in l. Quintus.in apoſtil.ad Bart.ff.mand. pro quo dicto ipſe Do. Alexand. allegat aliqua ibi. de quo dicto vide eundem Alexan.in d.§.ſed cum nulla.circa fin.& pro iſtis facit quod dixit Bar.in d.l.Quintus.vbi inquit, ꝙ verecundia eſt denegare,ꝙ pacto nudo quis promiſit.& ideo dixit Bal. in d l.1.ff.de pac. in prin.quod Ariſtoteles dixit ad Alexandrum,o Alexander, ſerua fidem. & ibi etiam refert Magiſtrum ſententiarum dicentem,ꝙ Deus obligatur ex fide.& pro iſtis facit tex.in c.iuramenti.22.q.2. vbi dicitur, ꝙ inter ſimplicem loquelam & iuramentum Deus non facit differentiam. quod etiam dixit glo.in c.1.extra de pac.& faciunt dicta per Docto. in l. digna vox. C. de legi. attamen prædicta omnia ceſſant modernis temporibus,quia vt experientia docet,fides in totum eſt annihilata, & infidi & improbi ſunt in precio, & alios antecedunt,& à quampluribus venerantur.

149 Vouentes tenentur vota adimplere niſi aliqua iuſta cauſa adſit,vt habetur in toto tit.extra de voto.facit illud,videlicet, Vouete & reddite,&c. & iura fauent votis & vota adimplere volentibus. Ideo tene menti,ꝙ ſi alicui ſint aſſignata confinia,& ille promittat non exire de confinibus ſub pęna, ſi tamen exit de confinibus,vt vadat ad complendum votũ non cadit in pœnam.tex eſt,& glo.ſingu.in l.illud.ff.de offi.præſi. quę iura ad hoc allegant moder.in c.literaturam.de voto.Et facit quod dicit Bal.in l. .in 3.colum. C.de ędil. act. vbi dicit ꝙ mulier exiens de carceribus vt vadat ad aliquã eccleſiam cauſa implendi votum non dicitur aufugiſſe de carceribus. quod no. adde hic Pau. de Caſt. in l. ſi filiusfamilias.§.fi.ff.de procu.vbi dicit,ꝙ facta religionis gratia excuſant facientem. Et facit dictum Rayn.de Forli.in l.qui cum vno.§.fin.ff.de remili. vbi dixit per illum tex. quòd filio exiſtenti in religionẽ licitum eſt illam exire pro alendo patrem, quod dictum refert & ſequitur Nellus in tractatu bannitorum.in prima parte ſecundi temporis.q.48.incip. Quæro an bannitus.in fi.

150 Acceſſus ad meretrices publicas non nuptas eſt impunibilis de iure,vt habetur in l.ſi vxor.& ibi per Bar.ff.de adul.& in l.ſi ea.& in l.qui adulterium.& vtrobiq; per Ang. C. de adul. & habetur in l.verum.ff.de fur.vbi voluit hoc Bart. dicens, ꝙ coitus cum meretrice eſt impunitus, alleg.l.1.C.de concu. [Vide Alex.in conſi.99.incip. viſa inquiſi. in 6.volum. in vlti. colum.in princip.] Et hoc voluit Alb.Gandi. in ſuo trac.maleficiorum.ſub rub.de aliquibus quæſtionibus varijs in maleficijs.in 1.colum.in fi.ver.quæſtio de facto. Do tamen tibi caſum ſingularẽ,in quo acceſſus ad publicas meretrices etiam non nuptas & habens rem ſecum punitur tanquam ſi acceſſiſſet ad mulierem honeſtam,qui caſus eſt quando meretrix ipſa eſt carcerata,nam tunc accedens ad eam & habens rem ſecum punitur, ac ſi acceſſiſſet ad mulierem honeſtam. Ita ſingulariter dixit Do. Paris de Puteo in ſuo ſolenni tractatu ſindicatus.in 6.char.ſub verbo,adulterium.in 1.colum.Mouetur ad hoc dicendum ratione notabili, videlicet: Nam licet ex forma ſtatuti bannitus poſſit impunè occidi & offendi, attamen iſtud fallit in bannito capto & carcerato, quia talis bannitus & carceratus non poteſt offendi, quia carcerati ſunt ſub protectione curiæ.l.fi.C.de cuſto. reo. & offendens talem bannitum debet puniri. ita dixit Bart.in l.in laqueum. ff.de acquir.rer.do.& in l.1.§.transfugas.ff.ad leg.Corn.de ſic. & in l.legis Iuliæ. ff. ad leg.Iul.de vi priua. Sed tu adde, quod idem tenet D.Nellus in trac.bannitorum. in 2.parte ſecundi temporis.q.28.& ibi in q.23.incip.quæro quidam. & Bal.in l. libertas.ff.de ſta.hom.vbi ſubdit in propoſito, ꝙ ſi captus eſt bannitus & carceratus,& debet ſuſpendi, quòd ſi affines ſui eum venenant in carcere ne vituperentur, ꝙ puniri debent tanquam parricidę.idem dixit Io.de Ana.in c.cum iuramento.in vlt.colu.de homi.& de bannito carcerato tenuit idem Bal.in l.fi.C.de malefi.& mathe & in l.fideicom.§.ſi quis.ff.de leg.3.& in l.1.C.vnde vi.in pe.colum.& voluit Bart. in §. arripiat.in Authen.vt omnes obe.iud.& Io.And.in addi.Spec.in titu.de accu.in 4.par.in §.ſequitur.in addi.magna.in 3. col. & Io.de Imo.in l.Publius.§.1.de condi.& demon.& Io.de Ana. in d.c.cum iuramento.& in c.1.in fi.de ſortile.Et ſic ex hac ratione concluſit ipſe Do.Paris in d.ſuo trac. quòd licet meretrix poſſit impunè cognoſci, nõ tamen hoc habet locum in meretrice carcerata ne fiat iniuria caſtitati carcerum, & loci qui eſt publicus,per l.1.C.de offi.ci.iud.& per rationẽ authen. nouo iure.C.de cuſt.reo,tene menti, quia alibi non legi hoc dictum.Pro quibus etiam facit,quod voluit Pau.de Caſt. in conſi.ſuo 196.incip.viſo proceſſu.in 2.colum.vbi dixit,quòd etiam in bello licito non eſt licitum occidere inimicũ poſtquam eſt captus,per d.l.libertas.& vide in tractatu violantes. in verbo, mortui.in 3.char.in 3.colum.in fi.& ibi in ſeq.colu. [Et idem dixit tex. in c. noli ęſtimare.23.q.1.] Et Alb. Gand. in trac.maleficiorum. ſub rub. de bannitis pro maleficio. in 7.col.verſ.vlt.duas q̃ſtiones. vbi melius oĩbus alijs examinat illud de bãnito capto, an poſſit tũc impunè occidi à priuato vigore ſtatuti permittentis bannitum poſſe impunè occidi.

151 Semper in dubijs & obſcuris benignior interpretatio eſt fienda.l.ſemper in obſcuris.de reg.iur.l.Arrianus. ff. de actio. & oblig.l.abſentem.ff.de pęn.l.merito.ff.pro ſoc.cum infinitis ſimilibus.de quo ego latè locutus ſum, adducendo fortè centũ doctrinas,& pulchra dicta in repet.mea.l.fi. C. de proba.in 50.char.Sed ſcias, quod iſta regula non habet locũ vbi agitur de vtilitate animæ,quia tali caſu melius eſt præſumere delictum,quàm non delictum.ita ſing. dixit Pet.de Anch. in conſi.ſuo 179.incip.prima facie.vbi conſuluit,aliquis in teſtamento confeſſus eſt ſe eſſe vſurarium, vtrum iſta confeſſio referatur ad totum tempus præteritæ vitæ, vel ad quantum,adeo ꝙ poſſit agi contra hæredem, vt reſtituat? & concludit, quòd refertur ad totum tempus vitæ, cum agatur de ſalute animarum.vnde ceſſat d.l.merito. & alia iura allegata, quia in foro animæ timenda eſt culpa, etiam vbi culpa non eſt.c.conſilium.de obſer.ieiu.& iſtud dictum pro valde not. alleg.& ſequitur Do.Fel.in c.dudum.in 5.col.in prin. de præſump. vbi pro hoc etiam allegat Innoc. in c. ad audientiam. de homi.vbi dicit, quod in foro animæ debet quis in dubio præſumere ſe irregularem. & allegat. c. illud. de cle. excommi.& glo.in c.conſulti. de regu. & illud dictum etiam refert & ſequitur Do.Feli.in c.auditis. in antep.col. de præſcrip. vbi ipſe ibi per duas colum. ponit multa circa materiam dictæ regulæ,ꝙ ſemper in dubijs, &c. Et vide Caccialup. in repet.l. admonendi.in 19. char.in 3.col.verſi.quinimo. ff.de iureiur. & Bal.in c.1.in prin.in 6.col.circa prin.quib.cau. feu.amit.

152 Succum-

152 Succumbens in cauſa habet decem dies ad appellandum. authen.hodie.C.de appel.& in corpore, vnde ſumitur. aliàs non appellando intra decem dies à tempore ſententiæ,ipſa ſententia tranſit in rem iudicatam, vt in dictis iuribus habetur:Scias tamen vnum, quòd ſi aliquis agendo principaliter de nullitate dicit ſentẽtiam nullam,& probabili ratione hoc facit,quod interim ei non currit tempus appellandi. ita multum not.dixit Bal.in l.contra maiores. circa fi.C.de inoffi. teſta.quod dictum pro valde not.& eleganti refert & ſequitur Ang.in l.Paulus.in §.hæres rogatus. in fi.1.colum.ff.de vſur.& vide quæ dixi s̄.in ſing.51.incipien.inſtantia cauſæ,&c,

153 Clauſula,ſi preces veritate nitantur, eſt magnæ importantiæ. de qua per Hoſtien. & doct. in c.ex parte. il 1.de reſcrip. Bar.in l.à diuo Pio.ff.de re iudi, & in l.iuſtè poſſidet. ff. de acquir.poſ.& in conſi.incipien,miſſus in poſſeſſionem. per Innocen.in c.cum noſtris.de conceſ.præben.per glo. & doc.in l.item quia.ff.de pac,per Bal.in l.præſcriptione. C.ſi cõtra ius, vel vti.publi.per Hoſt.in ſum.in titu,de reſcrip. §. quod iuriſdictio.conferat,per Ang.in §.ſed quod principi. Inſti.de iure natu.in prin.vlt.colu. Et in materia huius clauſulæ tene menti vnum ſing.verbum,videlicet, ꝙ ſi Papa mandat fieri certũ quid ſub pena excommunicationis latæ ſententiæ, & illud non fiat,non incurritur excommunicatio non obediendo, ſi narrata non ſunt vera,quia iſta conditio, ſi preces veritate nitantur, quæ ſubintelligitur, ſuſpendit excõmunicationem ante eius verificationem,iuxta not.in c.præterea.de app. Ita ſing.& egregiè dixit Pet.de Anch.in conſi. ſuo 241. incipien. per prædicta, &c. ad fin. euod dictum refert & ſequitur pro valde not.Domi.Fel.in c.fin.in 10. colum. poſt med. de præſump.& in c.ex parte.in prin.5.colum. de reſcrip,

154 Cuilibet licitum eſt parietem vel domum ſuam tollere ſeu altiare vſque ad cœlum,vt habetur in l.altius. C. de ſerui, & aqua.& in l.fi.ff.de ſerui.& in l.fi.§.pe.ff. quod vi aut clam. & in l.cum eo.cum ſimil ff.de ſerui.vrb.præd. Tamen limita hoc tribus modis,primo per caſum notabilem in l.fi §.fin.C. de ſerui.vrb.præd.Secundo limita,quòd non licet altiare domum, ſeu parietem, quando præiudicaretur vſufructuario vicino.Ita not.dixit Ang.in l.ſi is qui.ff. de vſufr. vbi dicit hoc eſſe notandum contra illos qui locant domos, vel vſumfructum earum concedunt, vt non poſſint poſtea altius tollere ędes ſuas per quas auferatur lumen domorum locatarũ. quod dicit ibi Ang.eſſe not.quia quotidianum. Tertio limita niſi quis velit altiare ædes ſuas, vel parietem principaliter animo & intentione nocendi,& nõ alia neceſſitate ductus, quia tunc non poteſt.ita not.dixit Ludo. Rom. in conſi.ſuo 52.incipien.in quæſtione.circa fin.allegat l.1. §. denique.ff.de aqua plu.arc.& idem apertius firmat Pau.de Caſt.in d.l.de ſerui.vrb.præd.vbi dixit, quòd conſultus ita de facto reſpondit. ☞ [Vide Alex.in conſi.9.inci. conſideratis.in 6.vol.per totum.] Et pro hoc faciunt optimè dicta per Salic. poſt Bald.in d.l.altius.vbi dixit,quòd etiam in proprio pariete quis non poteſt facere feneſtram ad ęmulationem alterius, puta vt inſpiciat religioſos,vel religioſas,vel vxorem,vel filiam vicini;ſecus autem ſi concurreret vtilitas ſua,quia tunc poſſet, licet tunc vicinus damnum pateretur,ita dicunt doct.in dictis locis. tene menti prædicta,quia quotidiana, & aliàs dum fui in offi.pluries iudicaui ſuper huiuſmodi feneſtris,vel muris fiendis,vel non fiendis inter vicinos rixoſos & nequiſſimos,quia ſæpius proſequuntur ſe capitali odio,vt docet experientia,

155 Doctrina,ac concluſio communis doctorum, quòd poſt concluſum in cauſa vſque ad ſententiam iudex poteſt interrogare partes ad clarificanda dubia circa merita cauſę etiam ſi procedat ad vtilitatem priuatam,de quo habetur per doc. in c.paſtoralis.de cauſa poſ.& proprie.per Bar. in l.ſi quod ex Pamphila.in fi.de leg.2.in l.1.C.de ſenten.quę pro eo,ꝙ inter. per Bal.in c.eam te.in 3.colum.de reſcrip. & in c, ex parte.in 4.colum.eo.titu.& in c.cum clamor.vbi per doct.de teſti. & in l.2.C,de reſcin,ven.& in l,tranſigere.in 4.colum,C,de tranſac.& in l.presbyteri,in 2,colu.de epiſcop.& cler,& in c. cum Ioannes.vbi bonus tex. extra de fi. inſtru. & in pluribus alijs locis,quæ non refero breuitatis cauſa. Limitatur & reſtringitur ſingu.per Innoc.procedere, & habere locum dummodo iudex ipſe interroget circa dubia eorum, quæ acta ſunt ante concluſionem in cauſa,ſecus autem ſi vellet de alijs quęrere,vel interrogare,quia non poſſet,ſecundum Innoc. in d. c.cum Ioannes, quod eſt multum not. quod dictum dicit ibi Dom,Card.eſſe incognitum,ſeu ignotum, & ꝙ ipſe ſæpe vidit hoc dictum ignorari inter eos, qui reputabantur peritiſſimi in iure,ideo eſt ſignandum ſecundum ipſum, & iſtud dictum commemorat Do. Fel.in d,c.cum Ioannes,referens prædicta verba Do,Card.ſubdens, ꝙ ita etiam dixit Specu.in titu.de poſi.§.4.verſ.ſed ſi ante.& Bal.in l.per hanc.circa prin. C.de temp.appel.& Pet.de Anch. dicens ſe ita conſuluiſſe in c.1,in 1.colum.de confeſ,in 6.& Ludo.Rom.in l.4.§. hoc autem iudicium,in vlt.colum.ff,de dam.infec. & Dominic.in c. 2.in vlt.colum,de reſti.in integ.lib,6.& Spec. in titu. de teſte. §.ſatis vtiliter.ver.Quid ergo ſi peto, & dicit, ꝙ ita conſuluit Dom.Card,conſi.74.incip.Titius. & alia ibi adducit ad propoſitum not.quæ videas per te. [Vide tamen Do.Alexan.in d.l.4.in d.§.hoc autem iudicium.in 3.col. in ver. tertio adducit.ff.de dam. infec,vbi tenet expreſſe contrarium.]

156 Nemo prudens eſt qui neſciat,ꝙ ad validitatem teſtamenti requiruntur ſeptem teſtes, vulgata l. hac conſultiſſima. in prin.C.de teſta.Inſti.eo.§.1 l.fi.C,de codicil.habetur in l.hæredes palam. in §.pe.ff. de teſta. cum ſimi. Tene tamen menti perpetuo,ꝙ eſt dare caſum quo ſufficit probare teſtamentũ per duos teſtes. Nam licet regulariter teſtamentum debeat probari per ſeptem teſtes,vt dixi,tamen ſi ipſa ſcriptura teſtamẽti facta fuit coram ſeptem teſtibus,& eſt deperdita, ſufficiet hoc caſu probare per duos teſtes caſum amiſſionis illius ſcripturæ,& continentiam ipſius, ad hoc vt dicatur eſſe plene probatum teſtamentum. Ita ſingulariter dixit Bal. per illum tex.in l.teſtium,in 2.colum. C. de teſtib. quod eſt menti tenendum,ſecundum eum ibi.quod dictum ſequitur ibi Salice.& illud refert & approbat Ludo.Roma.in l.2.C.de bon. poſ.ſecundum tabu.& Rapha.Cuma.in d.l.hæredes palam,in prin.vbi dicit hoc dictum eſſe menti tenendum. de quo dicto etiam facit feſtum Do.Bapti de ſancto Seueri. in repeti. ſua.l.admonendi.in 44.colum.in fi.de iureiur.& Do.Alexan. in d.l.2.C,de bon. poſ. ſecundum tabu. vbi plura bona dicta pro hoc dicto Bal.adducit.& idem Dom.Alexan.in l.ſi vnus. poſt princ,C.de teſta.& in l.2.§.diuus.ff.de iure fiſci. Pro quo dicto optimè faciunt dicta per Bal.in l.1.§.fin.C.de cadu. tol. vbi dixit,ꝙ perdito volumine ſtatutorum poteſt eorum tenor probari per teſtes,quæ probatio eſt quoddam notoriũ, quod dictum refert & ſequitur Domi,Fel.in rubri.de conſt. in 2.colum, & faciunt dicta per Bald. in c.1. §. ſacramentum. in 3.colum.in fi. de conſue,rec.feu. & per eundem in c.1.§.ſi enim domino.in prin,quid ſit inueſti. & per eundem in c.1. in vlt.colum.quot teſtes ſint neceſſarij,& per Bal.in l. comparationes.ver.3.no. C.de fi.inſtru. & per Do. Alexan.in conſi. 47 in fi.penul.colum.incip.abundè.in 2.parte conſi.& in eo. volum.conſi.195.incip.viſo teſtamento.in 2.colum.

157 Volo te docere ſingulare verbum & vtilem doctrinam puram in materia probationum,in quo tempore iuuentutis meæ dum eram ſcholaris, allegaui in voce & in ſcriptis, poſtea Doctor bis conſului & obtinui. Sępenumero vigent in ciuitatibus ſtatuta prohibentia probationem fieri in aliquibus caſibus niſi per publicum inſtrumentũ,tamen etiam hoc caſu poterit fieri probatio per teſtes non obſtante tali ſtatuto: nam hoc loco inſtrumenti publici poterit fieri probatio per quinque teſtes,& erit plena & valida. iſtud fuit ſingu.dictum Cy.in l optimam.C.de contrahen. & commit,ſtipu.alleg.tex.in l.teſtium.C.de teſti. idem dixit Do. Abb. referens Cy.in d.l.optimam. in c.ſicut conſuetudo.extra de proba.& in c.cum Ioannes. in recollectis Parmenſibus. de fi. inſtru.quod dictum etiam commemorat Do. Feli.in d.c,ſicut conſuetudo.in 5.colum,de quo etiam dixi in conſi.meo 44. quod incip.in cauſa præſenti.in 2. char. poſt med. vbi videas. Et vide Do,Feli.in c,ſi quando,in 10.colu.in prin. de reſcrip. Quod dictum non tradas obliuioni, quia not. & lucroſum eſt, & ego eum habui in facto,dum aſliderem in ciuitate Albiganę in partibus Ianuenſium.

158 Hodie communiter in obligationibus apponitur conſtitutum, ſeu precarium. nam debitor dicit, ꝙ pro obſeruatione contentorum in tali obligatione, vel inſtrumento conſtituit ſe nomine creditoris omnia bona ſua poſſidere, iuxta l.quod meo.l.interdum.cum ſeq.ff. de acquir.poſ. quę appoſitio conſtituti,ſeu precarij eſt maximi effectus.nam tunc ſi ipſe debitor alienat aliqua bona poteſt creditor tanquam poſſeſſione priuatus agere cõtra poſſeſſorem nulla facta excuſſione cõtra debitorem, & poteſt agere condictione. l.fi. C.de acquir.poſ. & fortius etiam non excuſſis alijs ſi plures eſſent ad idem debitum obligati, ſecundum Iacob. But.in authen.hoc ſi debitor. in fi.verbis. C. de pigno. quod etiam voluit Angel. in l. exitus controuerſię. & ibi Rapha.& Io.de Imo.ff.de acqui.poſ.idem firmat Dom,Alex.ibi circa fi.dicẽs ꝙ hoc etiam voluit Iac.But.in l.fin.cum authen.ibi poſita. C. de actio.& oblig.& Pet.de Anch.ibi in ſuis reportatis. & Angel.in d.l.fi.C,de acquir.poſ.& Bal.in l.1.C,de reuo.his, quę in frau.cre.vbi dicit hoc eſſe verum quando intentatur condictio. d.l.fi, ſecus ſi agetur hypothecaria. idẽ voluit Ang.in l.2. §.hac actione.il 2.in fi,ff.vi bo.rap.& Bal.in l.1.in fi.in reportatis antiquis.ff.pro ſoc.Ita reſidet Do.Alex.in d.l.exitus. ſed vl-

tra eum dicas, ꝙ idem voluit Do.Fel.in d.authen. hoc ſi debitor.& Ang.de Are.in §. item ſi quis in fraudem.in 6.colu.in fi.ver.adde prædictis.Inſti.de actio. quæ omnia perpetuò teneas menti, quia ſępe,& ſæpius occurrunt in facto.

159 Obligatio fideiuſſoria tranſit in hæredes. l. 4.ff.de fideiuſ.l. fideiuſſoris.C.eod Inſti.eo.§.fideiuſſor.habetur in l.ex contractibus.& in l.ex depoſiti.ff.de actio.& obli.cum ſimi. Scias tamen & teneas menti, ꝙ hoc fallit in fideiuſſione facta pro maleſicio. nam talis fideiuſſio extinguitur morte fideiuſſoris, & non tranſit ad hæredes. ita dixit glo. multum ſingularis.Inſt.de fideiuſ.in d.§.fideiuſſor.quam glo.ibi ſumme not. & exclamat Ang.de Are.ſubdens hoc eſſe verum, & procedere quando fideiuſſit ſimpliciter pro furto,vel alio delicto, ſecus ſi promiſiſſet pœnam centum, licet dicatur pro furto, quia tunc talis pęnalis ſtipulatio tranſit contra hæredem, & contra hæreditatem iacentem quando fuit pura obligatio, vel in diem,vt l.ad diem.ff.de verbo.oblig.& ibi Bar.Ange.& Imo.ſecus ſi ſit ſub conditione, & ſic nullam ſubſiſtentiam incipit habere contra defunctum. de quo ibi latius per Ang. quem vide. [Vide inf.ſing.304.inci.animaduertant,&c.

160 Pater & filius cenſentur vna & eadem perſona. l. cum ſcimus.ad fi.C.de agri.& cenſi.lib. 10. & in §.authoritate.25.q.3. cum ſimi.pro quo faciunt, quæ habentur in l. iſti quidem.ff quod met.cau.Et ideo conſuluit Do.Maria.Soc.in conſi.53. incip.Magnifice Capitanee, &c. quòd non dicitur quis liber relaxatus de carceribus quando cogitur filium relinquere in carceribus pro obſide. [Vide Do.Philip.Dec.in conſi.219.incip.viſo puncto,in 3.colum. in fi. & in conſi.242. in cauſa. in 2.colum.ad fi.] & dixit Lud.Rom.not.verbum, in l.1.ff.in ius voca. vt eant, &c. ꝙ vbi etiam electa eſt induſtria perſonæ poteſt quis ſeruire per filium.allegat tex. in l.ſciendum. §.legati.ff.de lega.Et dixit ſing.Innocen.in c.cum locum.in prin. extra de ſpō.quod ſi patri fit violentia corporalis, & filius aliquid fecit,vt liberaret patrem, quòd ille actus dicitur factus per metum,ac ſi illata fuiſſet filio.& dixit ſingu. Bal.in l.ea lege.in 8.colum.C.de condi.ob cau. quòd prohibitus alienare in potentiorem,poteſt alienare in filium, quamuis potētiorem,alleg.glo.in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verbo.obli.& dixit not.Albe.de Roſa.in l.eum qui probabilem.C.de epiſ.& cle. per illum tex.ꝙ ſi filius verberat patrem, & ſi pater ſtuprat filiam,nec ille filius,nec ille pater præſumitur. Et ideo eſt verū hoc, quòd pater & filius cenſeantur vna & eadem perſona, ꝙ ſicut non valet confeſſio facta metu tormentorum, ſeu renunciatio facta ob metum torquendi filium, ſecundum Docto.poſt glo.in c.afferte.de præſump.Item etiam pro iſtis facit optimè,nam vaſallus non tenetur iuuare dominū contra proprium filium,ſecundum Bal.in c.1. de noua for. fideli. & in l.1.in 2.q.ff.de re.diui.& in l.1.§.ne autem. C.de cad.tol. pro quo facit tex.in §.fin.Inſti.de noxa.ibi,quis enim patitur filium ſuum,&c. Et pro iſtis etiam optimè faciūt alia ad hoc propoſitum adducta per Dom.Fel.in dicto c.afferte.in 1.colum.& per eundem in c.ſi vero.in 1.colum.verſi.limita.extra de ſent.excom.Et adde hic Ang.in l.1.§.ſi pater.il 2.per illum tex.ff.ad Sylla.vbi dicit,quòd vaſallus,qui non iuuat patrē domini ſui,ille priuatur feudo ſicut ſi non iuuaſſet dominum ſuum.& adde etiam hic no.verb.Ang.de Are. in lib. malefic. in verbo,& dictus Titius ſe defendendo. in 4.char. ver. quæro ſicut.& vide Cępo.in conſi.55.incipien.Vnus, &c.in 3.colum. Et vltra omnia ſupradicta, & omnia adducta per Do. Feli.in dictis locis ego adduco no. & ſingulare verbum Bal. & And.de Iſer.poſt glo.in c.1.in prin.in fi.verbis.qui.mo.feu. conſti.poteſt.vbi dixit,ꝙ feudum ſimp.recep. intelligitur receptū pro ſe & filijs ſuis maſculis, licet in inueſtitura de nullo hærede ſit facta mentio. Et idem dicit eſſe in emphyteuſi, quod dicit eſſe notabile,& tenendum cordi, ideo non tradas obliuioni.idē dixit And.de Iſer.in c.1.quib.cau.feu. amit. & Do.Alex.in conſi.ſuo 18.incipien.attentis, &c. in 2. col.in 5.vol.dixi ego in prælud. feu.in 2.char. de quo etiam per Do. Alexand.latè.in l.qui Romæ.in §. duo fratres.ff.de verb.obli. in 31.colum.verſi.ſed circa hoc, &c. vbi improbat hoc dictū Bal.quo ad emphyteuſim,de quo ibi per eum. Et in hac materia,quòd pater & filius,&c.adde contingentiam facti not. quam refert And.de Iſer.in c.1.§.publici latrones.in fi.de pace tenen. vbi ponit, ſeu refert rem memoratu dignam, quam non refero breuitatis cauſa.

161 Emologatio,ſeu approbatio laudi approbatur, vt quis nō poſſit venire contra ipſum laudum, quia nemo eſt audiendus contra illud.l.quod generaliter. C. de non nume.pecu.l. ſicut.C.de actio.& obliga.cum ſimi.Scias tamen,quòd eccleſia poteſt petere reſtitutionem in integrum aduerſus laudū enormiter eam lædens, etiam ſi tale laudum fuit emologatum,& etiam elapſo quadriennio, & etiam ſi prædeceſſor prælati iurauerit in compromiſſo non contrauenire laudo. Ita ſingu.concludit Ludo.Rom.in conſi.ſuo 369.incip.circa primum propoſitę conſul.in 6.colum. quod dictum pro valde not.refert & ſequitur Do.Fel.in c.placuit.in 7.colu. extra de præſcrip.pro quo allegat alia de quibus ibi per eum.

162 Tu ſcis, ꝙ ſi debitor legat creditori cōfunditur actio,quia intelligitur legaſſe animo compenſandi,vt habetur in l.licet. C.ad leg.Fal.& in l.cum ſecundum.C.de fideicom. & in l.debitori.C.de pac.cum ſimi. Attamen limita hoc ſingu.niſi ipſe debitor legando creditori dixerit, lego tali creditori meo de bonis meis tantum, &c. quia hoc caſu ipſe creditor vltra creditum ſuum poterit legatum petere, nec hoc caſu intelligitur factum legatum animo compenſandi.Ita multum egregiè dixit Bal.in l.ſi cum dotem.in §.ſi pater.in fi.verbis.ff. ſolu.matri.allegans rationem dicens,quòd hoc operatur verbum de bonis meis,qđ importat,& intelligitur deducto ære alieno.l.ſubſignatū.§.bona.ff.de verb.ſig.qđ dictū refert & ſequitur D.Fel.in c.qm̄.in 4.col.circa prin.extra de præſcrip.

163 Crimen falſi eſt crimen enorme,& aliqua habet vltra alia crimina.ideo dixit Bal.in l.Lucius. in fi. ff.ad Turpil. quod in generali ſermone remiſſionis delictorum nunquam compræhenditur crimen falſi. idem dixit Pet.de Ancha.in repet. c.1.in 39.char.verſi.vnde ſi ſtatuto.de conſti.& Ang.in diſpu. ſua incipien.exorta guerra,&c. Et dixit Ang.de Are. in tract. malefi.in verbo,falſario.in verſic. Et tene menti tu iudex inquirens, ꝙ licet regulariter in accuſatione, vel inquiſitione delictorum debeat apponi locus, & tempus commiſſi delicti,tamen hoc fallit in crimine falſi, quia in eo non requiritur apponi,nec locus, nec tempus, allegat ad hoc glo.Inſti. de publ.iudi.circa prin.& Bal.in c.1.circa prin.quib.mod.feu. amit.& idem dixit ipſe Ang.in d.trac.malefic.in ver.in platea communis.in princ.Et vide not.verba Pau. de Caſt.in conſi. ſuo 151.incip.Videtur dicendum.poſt princ. & dicta per Do. Ioan.Bapt.de Caccial.in repe.l.omnes populi. in 111.colum. verſi.quinto fit ſtatutum. de iuſti. & iu. & vide omnino quę dixi in l.1.§.ſi ſeruus.ver.vltimo pro prædictis,&c.ff.de quęſt. Et teneas menti,quòd licet cōfirmatio operetur ſupplementum defectus exiſtentis in confirmato, vt habetur in c.quoties.extra de pac.& in c.1.de tranſac.& latè per Oldr.in conſi. ſuo 257.incip.Factum tale eſt,&c. in 4.colum. & dixi ſ̄.in ſingu.79.incip.Confirmatio, &c. tamen quādo illud quod confirmatur,puta priuilegium,reperitur falſum, tunc confirmatio facta cum quacunq; clauſula,vel ex certa ſcientia, vel motu proprio,vel alio modo non prodeſt,& nihil operatur.ita ſingu.dixit Abb.in c.inter dilectos.de fi.inſtrumen.& ibi Do. Feli.poſt eum in 5.colum.quod eſt ſingu. notandum, quia poteſt ſeruire ad multa. & iſtud etiam eſt de mente Innoc. Ioan.And.Domi.Card.& Domi.Anto. in dicto c. inter dilectos.& vide,quæ dixi ſ̄.in d.ſingu.79.in fi.

164 Nemo debet ſe ſubmittere tormentis, vel carceribus, vt habetur in l.3.C.ad legem Iul.maieſt.& in l.fi.C.de accu.imo ſi vellet quis ſponte ſe ſubmittere tormentis nō poſſet, quia nemo eſt dominus membrorū ſuorum. l. liber homo. ff. ad leg.Aquil.Et ideo tene perpetuo menti vnū, quòd licet per ſimplicem ſcientiam quis incidat in crimen læſæ maieſtatis,vt in l.quiſquis.verſi.fi.C.ad leg.Iul.maieſt.& ibi Docto.& Barto.in l.vtrum.ff.ad leg.Pomp.de parricid. tamen iſtud eſt verum quando talis ſcientia eſſet probabilis, ſecus autem ſi eſſet improbabilis,quia tunc quis non cadit in crimen læſæ maieſtatis per ſimplicem ſcientiam ſine reuelatione. Ita ſingu.dixit Bal.in conſi.ſuo incip. quanquam allegata ſint multa. per plures rationes,& maximè per illam, videlicet, ꝙ nemo debet ſe ſubmittere tormentis,vel ſupplicijs. Ad quid.n. tenetur quis reuelare,quod probare non poteſt, qui enim ſolum audit,& non reuelat,quia probare non poteſt,immunis eſt à delicto,vt habetur in l.noſtris.C.de calum.& iſtud dictum Bal. refert & ſequitur Ang.de Are.in lib.malefic.in verbo,*che hai tradita la tua patria.* in 2.char.ver.quod crimen,&c. vbi dicit,quod Bald.ex hoc infert, quòd aſſeſſores ſequentes Bar.in d.l.vtrum.& occidens homines ſolummodo,quia nō reuelant ſecretū non probabile,omnes ſunt homicidę,quia viſus vidit,velit,nolit, auris audit,quia ſenſus corporis, & primi motus non ſunt in poteſtate hominis,vt dicit glo.in l.1.§. ius naturale.in verbo,coniugatio.ff.de iuſti. & iu. & illud dictum Bal.etiam refert & ſequitur Ioan.de Ana.in rub.de his qui fil.occid.de quo etiam per Ang.de Are.Inſti. de publ.iudi.in §.publica.in fi. Et propter hoc ipſe Bal.in d.conſi.deplorat memoriam fideliſſimi militis Domini Donati de Barbadoris, qui ob hanc cauſam cum aliquibus alijs fuit decapitatus.& ſubdit ibi Bal.quòd anima Bar. eſt ſepulta in inferno propter illud dictum ſuum.& dicit Ang.ibi, quòd hoc refert Io.de Platea doctor Bononien. Inſti. de publi.iudi.§.publica

autem. pro quo facit ſecundum eum, c. quia plerunq;.2.q.7. Tu autem vltra Ang.adde,quòd illud dictum Bal.refert & ſequitur Do. Fel.in c.de cętero in vlt.colum. de re iudi. & pro illo dicto Bal.contra Bar.eſt tex.& glo. quem ad hoc ego ſolus allego in clemen.volentes. in §.notarij. in ver. ea probare valeant,&c. [Et ibi glo tenet hanc partem. & idem tenet gl. in c.ſi quis Papa ſuperſtite.79.diſt. & vide Floria.in l.quoties. ff.ad leg.Aquil.vbi limitat hanc doctrinam.] de heret.ex quo tex.colligit ibi Do.Cardi. quòd qui non poteſt probare non tenetur nunciare,licet Do.Augu.de.Ari.in ſuis addi.ad Ang. vbi ſupra ſequatur opi.Barto.in d.l.vtrum.dicens, ꝙ idem dixit ipſe Bar.in l.1.§.occiſorum ff.ad Sylla. & ibi Ang.& Abb. in c.1.de reſti.ſpo.ſed Ludo.Roma.in d.§.occiſorum.dicit,ꝙ contra Bar.& ſequaces conſuluit Bal.Florentię,& obtinuit,licet Ang in dicto verbo, *che hai tradita la tua patria* dicat,quòd opin.Bar.ſeruatur in practica, quod mihi videtur durum, & iniquiſſimum propter rationes Bal.& quia ſecundum opin. Bar.& ſequacium innocentes punirentur ex defectu probationum,quod remotum eſt ab omni iuſtitia, & æquitate, & in hanc partē, & ſic pro opin. Bal. concurrit Ang.in l.frater. ff.ad leg.Pompe.de parrici.vbi dicit,quòd fuerunt decapitati plures ciues, qui non reuelauerunt tractatum quem ſolummodo ſciebant,& non fuerunt participes,& dicit,ꝙ hoc fuit malè factum,& iniquè, quia iura hoc non patiuntur. de quo etiam per Do.Feli.latè.in c.quantę.de ſenten.excom. & in c. 2.extra de hæreti.& ſubdit Ang.in d.l.frater.quòd pœna capitis eſt ſolum quando fieret tractatus contra Principem, & Papam,& ſic contra eccleſiam,vel imperium.[Vide Alexan. in conſ.13.incipien.conſideratis his.in 1.colum.in 6.volum.] Et idem latius dixit Do.Nellus in tract.bannitorum.in 1.parte ſecundi temporis.q.16.incipien.viſis,&c. vide tamen Car. Alexand.in c.1.in 1.colum.quæ ſint rega.in vſib.feu. & idem dixit Ang.de Are.Inſti.de hæred.quæ ab inteſt.deſe.in §.interdum.poſt princip,licet contrarium dicat Pau. de Caſt.in l.nemo.in 2.colum.C.de epiſcop.aud.Subdit etiam Ange.vbi ſ. ꝙ vnus forenſis,qui non eſt de populo, & ſic ius populi non debet tueri,licet ſciat conſpirationē,& non reuelet, non debet puniri.& dicit,quòd hoc tenet gl. in d.l.vtrum. in verbo, conſcios.ad quæ etiam vide Dom.Augu.de Ari.in dictis ſuis additio.vbi ponit prædicta, & tenet opin. Bar. & dicit quòd aliàs fecit vnum potentem Dominum decapitari, de quo fortè, vt puto, anima ſua paſſa eſt & patietur detrimentum & afflictionem apud inferos in æterna ſęcula. Et hic etiam adde Bal.in conſi.ſuo 34.incipien.caſus talis eſt, Guido, &c. in fi.in 3.volum.& in cōſi.ibi ſeq.vbi dicit,ꝙ coniunctio ſanguinis aliqualiter excuſat conſanguineum ſi non accuſauit conſanguineum de crimine læſæ maieſt. Et plura ad excuſandum conſanguineū aliquid facientem pro cōſanguineo,vide per Dom.Fel.in c.cum quidam.in penul.& vlt.colum. de iureiur.& per Barto.in l.fi.in fi.ff.de hære.inſti.

165 Scriptum eſt in c.ſunt qui dicunt.27.q.2. & in c. an quod. & in c.pen.33.q.2.& in c.inter corporalia. de tranſla.epiſcop. Quos Deus coniunxit homo non ſeparet:matrimonium.n. perfectum non poteſt etiam à Papa dirimi & ſeparari, quia Papa nō habet aliquam poteſtatem ſuper tali matrimonio, ſecundum Archid.in c.quapropter.27.q.2.& Bal.in l.Deo nobis.in 3.colum.ver.vlterius no.C.de epiſc.& cler. Licet ex maxima & vrgentiſſima cauſa poſſet ſuper matrimonio iam cōſummato diſponere de plenitudine poteſtatis, ſecundū Io. And.in regula,actus legitimi.de regu.iur.in mercuria.& Bal. in l.ſi tibi filius.ff.de adop.[Vide Do. Philip.Dec.in conſi.112. incip.in preſenti conſultatio.quaſi per totum.]& per Pet.de Ancha.latè in conſi.ſuo 374.incipien. reuocatur in dubium. & per Dom.Feli.in c.quæ in eccleſiarum.in 5.colum.de conſti.vbi loquēdo remiſſiuè plures alios ad hoc allegat. Teneas tamen menti, quòd ſi vir duxit ſcienter vxorem non cognoſcibilem,licet non debeant ſeparari, tamen ſi epiſcopus, qui ſatis eſt inferior Papa, videt eum ſuſpectum de incontinentia debet prouidere vt contrahat cum alia, & primam tenebitur alere. Ita dixit Abb.in c.conſultationi.de frigi. & maleſi.quod dictum refert & ſequitur Domi.Feli. in c.lator. in 2. colum.de re iudi. quod eſt menti tenendum, quia ſæpe iſta occurrunt in facto, & ego iam ſunt duodecim anni,quibus vidi hunc caſum de facto hic Bononiæ.

166 Inconſtantia reprobatur in qualibet perſona, & maximè in Principibus.epiſtola,inter claras.C.de ſum.tri.& ſi.cath. & habetur in l.1.de conſti.pecu.& in cap.1.de pac. cum ſimi. & ideo dixit Do.Card.in conſi.ſuo 147.incipien. Dominus Papa. quòd ſi Papa reuocat omnes ſuas conceſſiones, non intelligitur reuocare à ſe initas per viam contractus. Et dixit idem Card.in conſi.14[illegible].incipien. punctus, &c. Sanctiſſimus Dominus noſter, quod reſcriptum contrarium primo non nocet geſtis iam legitimè vigore primi.& dixit ſingu.Bald.in conſi.ſuo vlti.in 1.volum.in 5.colum ꝙ varietas, ſeu vacillatio eſt legibus inimica, & doli mali materia, vnde maximè conuenit Regibus,& Imperatoribus illud verbū, Semel locutus eſt Deus: & iterum, Quod ſcripſi ſcripſi. vnde dicit, ꝙ Princeps debet habere vnum calamum & vnam linguam, & non plures calamos, & plures linguas, quia ſcriptum eſt, Quæ proceſſerunt de labijs meis non faciam irrita. Et ideo debet eſſe immobilis ſicut lapis angularis,& ſicut polus in cęlo. Et in materia etiam tene menti not.verbum Dominorū de Rota in antiquis deci.29.vbi dicunt, ꝙ Epiſcopus qui mādauit, ꝙ vni conferretur beneficiū non poteſt variare etiam re integra.quod dictum pro not. refert & ſequitur Do.Feli. in c.cum olim.in 3.col.de re iud.vbi prædicta, & alia quāplura ſimilia adducit ad hanc materiam, quę videre poteris.

167 Violentus inuaſor alicuius rei punitur, quia perdit omne ius ſi quod habebat in re,& punitur alijs pœnis,de quibus in l.ſi quis in tantam. C. vnde vi. Tene tamen menti, ꝙ ſi quis occupat rem ratione præſumptionis iuris, quod habet in re non ſolum in proprietate,ſed etiam in ciuili poſſeſſione excuſatur à dolo,& à culpa, & per cōſequens à pœna d.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.ita ſingu.dixit Inno.in c. cum in officijs. extra de teſta. quod dictum pro valde not.refert & ſequitur Bal.in authen.licentiam.in vlti.colum.C.de epiſco. & cler.& Do.Bartho.Cœpo.in conſi.ſuo 4.incip.viſa querela,&c. in fi. verbis. Exemplum ponit Bal.in eccleſia dicens, ꝙ ſi eccleſia occupat poſſeſſionem rei,quæ re vera pertinet ad hæredem prælati,quòd eccleſia non incidit in aliquam pœnam, quia ratione præſumptionis iuris quam habet eccleſia pro ſe excuſatur,vt ſupra: idem à paritate rationis dici poſſet in priuato,quod eſt not.verbum.

168 Aequalitas ſemper ſeruanda eſt in iudicijs, vt habetur in c. 1.de re iudi.in 6. & in l. qui accuſare. C. de eden. & in c. cum inter.de excep.& in c.nouit.de iudi.& 3.q.9.c.vlt.& 4.q.4.c.2. & l.non debet.ff.de regu.iur.& ff.quod quiſque iur. in rubro & nigro.cum ſimil. Et ideo teneas menti, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ reus non poſſit opponere aliquam exceptionem, vel defenſionem contra inſtrumentum, vel eius executionem, ſi tamen actor qui petijt executionem inſtrumenti non liquidi habuerit aliquam dilationem ad probandum, & liquidandum,tunc durante tali dilatione poterit ſimiliter reus probare,& allegare contra ipſam liquidationem, & concernentia illa non obſtante dicto ſtatuto. ita multum ſignanter dixit Bal.in l.ſi cauſam.in vlt.colum.C. de execu. rei iudi. quod dictum pro valde not.refert & ſequitur Do.Io. Bapt. de ſancto Seueri.in repe.l.admonendi.in 5.char.in 3.colum. in fi.ff. de iureiu.vbi ad hoc etiam allegat Bar. ibi & alios. & dicit, ꝙ ad hanc doctrinam Bal.ſemper recurritur in palatijs & in foro per cauſidicos, & ideo rogat omnes tenere menti hanc doctrinam,quia faciet eam ſcientibus ſingularem honorem, quia communiter ignoratur ſecundum eum ibi. [Et illam doctrinam etiam refert & ſequitur Do. Philip.Dec. in l.non debet.ff.de reg.iur.] Sed tu vltra eum ibi addas Bal.in c.1.in 2.colum.in fi.extra de mu.peti.vbi dixit,quòd ille tex.facit in argu. ꝙ ſi exceptio non poteſt probari per teſtes ex forma ſtatuti, ſimiliter non poterit probari per teſtes actio, ſeu replicatio,quia iudex & iudicium non debet claudicare, ſecundum eum ibi,ad quę etiam vide dicta Domi. Feli. in rub. de reſcrip.in 1.colum.circa me.& per eundem in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in 33.colum.poſt princ.de conſti. Item ad materiam iſtam adde, ꝙ ſi captus eſt bannitus condemnatus de aliquo delicto,qui velit probare tunc ſuam innocentiam, ꝙ eo tempore etiam aduerſarius poterit probare nocentiam ipſius banniti,non obſtante lapſu temporis, ita ſingulariter dixit Guido de Suza.in l.ſeruum quoq;.in §.publicè intereſt. ff.de procu.quem refert & ſequitur Ioan. And.in addi.Spec. in titu.de accu.in quarta parte.in §.fin.in addi. incip. ſunt ibi hæc verba.in verſi. ſubdit demum. [Vide Iaſ.in l.1.in 1.colu. verſ.adde ad hanc legem.C.de iur.& fac.igno. & quę dixi inf. in ſing.389.inci.tu ſcis, &c. & Iaſ. in repet.l.admonendi.in 7. col.de iureiu.& Soci.in conſi.90.inci. inſignis doctor, &c. in fi.in 4.vol.Pet.de Anch.in repe.c.canonum ſtatuta.in 107.colu.verſi.ſubijcio ſimilem quæſtionem.de conſti.]

169 Nota eſt regula illa & vulgata, ꝙ actore nō probante reus debet abſolui.l.qui accuſare. C. de eden.c.vnico.vt eccleſiaſt. benefi.cum multis ſimilib. Et intellige, ꝙ debet abſolui, ſcilicet diffinitiuè,& non aliter, vt dixit gl.in authen. qui ſemel. C.quomo.& quando iud.in verbo, ꝙ locum.in fi. teneas tamen menti,ꝙ ſi actori fuit ſtatutus terminus ad probandum abſente reo,& ipſe actor non probauit in termino, ꝙ tunc licet reus debeat abſolui per iura prædicta, tamen non debebit hoc caſu abſolui diffinitiuè, ſed abſoluetur ab obſerua-

tione

tione iudicij, quia minus hoc caſu imputatur actori, quia ſi reus fuiſſet præſens fortè confeſſus fuiſſet petitionem actoris.ita ſingu.dixit Innoc.in c.prout.de do.& contu.in fi.quod dictum pro valde no.refert & ſequitur Bal. in Margarita ſua in verbo,actor.verſi.actor ſi dato,&c.& Do.Io.Bapti. de ſancto Seue.in repe.l.admonendi.in 6.char.in 4.colu.verſi.quintus caſus.pro quo alle. dictam gl.in d.authen.qui ſemel. quæ optimè facit.ſed ſi vera loqui fas eſt,ego, & ſi minimus ſim, dico,ꝙ prędicta doctrina Inno. & ſequacium nunquam mihi placuit,maximè propter rationem per eum allegatam, videlicet,quia ſi præſens fuiſſet reus fortè confeſſus fuiſſet. Tūc ego dico:dato,ꝙ non fuerit præſens tempore ſtatuti termini in quo potuiſſet cōfiteri,iſtud nihil releuat,quia ipſe actor in dicto termino ſibi ſtatuto ad probandum potuiſſet citari facere reum, & eidē facere poſitiones, ſeu interrogationes quibus reus coactus fuiſſet reſpōdere medio iuramēto ſuo, & potuiſſet tunc reus ſic confiteri intentionem actoris ſicut potuiſſet confiteri quando fuit ſibi ſtatutus terminus ſi fuiſſet præſens tunc, & ſic per hoc mihi videtur, quòd ratio Innocen.& ſequacium non militat. Ideo cogita,quia dubium eſt quotidianum, & practicabile.

170 Animaduertant rogo procuratores, & qui verſantur in palatijs,maximè Tyrones,ad vnam doctrinam notabilē,quæ ſæpiſſimè occurrit. Nam dixi ſupra proximè, ꝙ actore non probante reus debeat abſolui. Sed quæro, peto à te centum vigore cuiuſdam inſtrumenti publici,quod effectualiter produco coram iudice,& eum dimitto in actis apud Notarium, tu negas mihi teneri in aliquo, quo ſtante iudex ſtatuit mihi terminum ad probandum, in quo termino nihil produco ſciens me produxiſſe publicum inſtrumentum faciens plenam fidem, & eum dimiſiſſe in actis apud Notarium cauſæ, an hoc caſu tale inſtrumentum probet, adeo quòd debeat ſequi ſententia condemnatoria in mei fauorem abſque eo, ꝙ aliud faciam,vel producam? In quo dicas breuiter,ꝙ non, imo tu debebis abſolui tanquam ego actor nihil probauerim,vel produxerim. Ratio autem eſt,quia licèt produxerim publicum inſtrumentum debiti probans plenè debitum,attamen illud produxi ante litem conteſtatam ad fundandum intentionem,ſeu petitionem meam, non autem illud produxi ad probandum, quia eo tempore quo produxi, ſcilicet ante lit. conteſt. non poterant fieri probationes, vt habetur in rubro & nigro.extra vt li. non conteſt. Et ideo tanquam non probans debeo ſuccumbere, & tu debebis abſolui, ita ſingu.dixit Fede de Sen.in conſi.ſuo 140.incip.caſus talis eſt, Do.Minus.vbi dicit,ꝙ inſtrumētum productum ante litem conteſt.nō probat, niſi poſt tempore probatorio iterū producatur,& ideo cauti procuratores tempore probatorio,dicunt coram iudice præſente,vel citata parte,produco, ac reproduco omnia antea producta per me in tali cauſa, & tunc talia iura taliter reproducta plenè probant.alle.ipſe Fed. pro dicto ſuo caſum quaſi ad literam,ſecundū eum in c.veniens. il 2.extra de teſti.& quæ not.in c.cum dilectus.de ord.cog.in glo. & hanc doctrinam pro valde not. refert & ſequitur Do. Ant.in d.c.cum dilectus.in §.nos igitur.in vlt.col.& in c.1. extra de proba.& in c.cum veniſſent.de reſti.in integ. & D.Fel. in c.cauſam quę.in 2.colum.de teſti.& in c.1.in pe.colum.de proba.vbi ponit not.reſtitutionem ad hanc doctrinā.quem vide poſt Do.Ant.ibi,qui dicit,ꝙ productio inſtrumenti ante lit.conteſt.non prodeſt ad merita cauſæ,niſi de nouo producatur.& alle.Fed.in d.conſi.140. Sed ego vltra Do. Feli. & alios dico,ꝙ iſtud videtur decidere glo.in l. quæ omnia.in 1. glo.ibi,omnia de nouo reiterari oportet.ff.de procu.& optimè faciunt,quæ voluit Bar.in l.mutari.in prin.eo.tit. & idem expreſsè tenet Bal.in l.ait pretor.in prin.ver.circa ſecundum. ff.de iureiur.vbi loquitur in iuramento, & dicit,ꝙ iuramentum,quod præſtatur pro ingreſſu iudic. eſt magis iuramentum calumniæ, quam iuramentum probationis, & ideo nil facit ad probationem, cum nondum ſit tempus probationis,& ideo quo ad probationem iterato iurandum erit, & idem dixit ipſe Bal.in addi. Specu.in tit.de primo & ſecundo decreto.verſi.quod iuramentum.vbi ſingu.dixit,ꝙ iuramentum calumniæ non eſt loco probationis. Et ideo dicit, ꝙ ſi ex forma ſtatuti accuſatio damni dati probatur per iuramētum, ꝙ non ſufficit tempore productæ accuſationis iurare cauſam eſſe veram,& non calumnioſam, quia iſtud eſt iuramentum calumniæ,non iuramentum probationis, quæ debet fieri poſt reſponſionem rei,ideo nouo iuramento opus eſt & debet præſtari intra terminum probandi,& dicit,ꝙ ita de facto ſeruatur Peruſij in palatio. & idem expreſsè tenet Do.Alex.in conſi.ſuo 3.incip.in cauſa & lite.in 4.col.in 2.vol. Pro iſtis etiam optimè faciunt dicta per Matheſil.in not.ſuo 167. inci.no.ſingularem doctrinam. Videas tamen Bald.qui videtur tenere contrarium in conſi.ſuo 316.incip.præſuppoſito ſtatuto.in fi.in 4.vol. & in l.vnica. C.vt quæ deſunt aduo. vbi tamen remittit cogitandum.[Contra dicta in hoc ſingulari faciunt dicta per Ang.in l.1.& in l. properandum. in §. & ſi quidem.C.de iudi.& per Bal.& Pau.de Caſt.in l.vnica.C.vt quæ deſunt aduo.par. quos refert & ſequitur Iaſ. in d. §. & ſi quidem.in 1.colum.in fi.ver.quarto limita, &c. & circa hanc materiam vide in ſimili Iaſ.in repe.l.admonendi. in 55.colu. de iureiur.] Tene menti prædicta, quia quotidiana ſunt & practicabilia,nec ea forte ita diffusè facilè alibi reperies.

171 Audiuiſti aliàs regulam iſtam,videlicet,ꝙ indefinita æquipollet vniuerſali,vt habetur in l.ſi pluribus. ff.de leg. 2. & in c. ſolitę.de ma.& obe.& in l.1.per glo.Bar.& alios.ff.de reg.iur. Attamen ſcias,ꝙ hæc regula fallit in teſtibus,quia in dicto teſtis indefinita non æquipollet vniuerſali,ita dixit ſingu.Abb. in c.auditis.in 4.colum. extra de reſcrip. poſt Innoc. ibi in gl. ſuper verbo,exceptio.alleg.rationem dicens, ꝙ hoc eſt, quia probatio,ſeu dictum teſtis debet de neceſſitate concludere. c.in præſentia.de proba.vnde ſi dicunt aliquem exercuiſſe iura epiſcopalia non probant,quod exercuerit omnia,cum dictum eorum poſſit verificari in aliquibus iuribus tantum. de quo dicto facit feſtum Alexan.in conſi.ſuo 110.incip.viſis acutiſſimis,&c.in 2.colum.in 1.vol. alle. etiam ad hoc Old.in conſi.100.incip.in executione,&c.& Pet.de Ancha.& Io.de Imo.in c.quanto.de his,quę fi.à præla.ſine conſen.cap. vbi dicunt,quòd ſi in inſtrumento dicitur tales canonici conſtituerunt talem ſindicum, ꝙ per hoc non probatur legitima conſtitutio ſindici. ſ. ꝙ fuerit conſtitutus ab omnibus, vel à maiori parte,quia ille ſermo,& illa indefinita.ſ.canonici, potuit verificari in duobus canonicis tantum, vt habetur in l.inter illam.ff.de verb.ſign. & in l.libertas.§.fi.ff.de manu teſt.& dicit,ꝙ idē voluit Bar.in l.curiales.C.de præd.cur.lib.10.idem etiam dixit ipſe Do.Alex.in conſi.ſuo 7.incip.ſuper hac dubitatione.in fi.in 1.volum.& in l.reſcriptum.in prin.ff.de pac.& in conſi.ſuo 68.incip.viſo & diſcuſſo.in 4.colum.ver.nec ſufficiat,&c. in 2.volum.de hoc tamē dicto,quia aliqua poſſent alleg.in contrarium,vide Do.Fel.latè loquentem circa hanc doctrinam in d.c.auditis.in 13.colum.ver.guſta etiam,&c.de pręſcrip.& in c.cum omnes.in 16.col.ver.tertia declaratio.de conſti.ad quem me remitto,ne ſim longior in præſentiarū.

172 Habeo nunc vnam quæſtionem de facto, quam aliàs pluribus vicibus hic & alibi vidi in facti contingentia. Statuto cauetur in hac ciuitate Bononiæ,& communiter viget per Italiam,quòd de litibus, & quæſtionibus vertentibus inter affines fiat compromiſſum. Modo affines fecerunt cōpromiſſum,quod eſt expiratum lapſu temporis, vnus ipſorum, qui eſt actor,iterum reuertitur ad iudicem ordinarium pro dicta cauſa, reus autem coram iudice petit vt iterum inter eos fiat compromiſſum,actor autem negat velle vlterius cōpromittere dicēs,ꝙ adimpletum ſtatutum eſt per compromiſſum iam factum.reus autem dicit imo non eſſe ſatisfactum dicto ſtatuto cum effectu:dubitatur modo quid iuris,videlicet an iterum debeat fieri compromiſſum inter eos? In quo dicatis,ꝙ ſic,ita ſing.dixit Bal.in l.fideicommiſſa.§. ſi quis decem.ff.de leg.3. quod dictum pro valde not. refert & ſequitur Ludo.Rom.in conſi.ſuo 504.incip. in caſu propoſitę cōſultationis,&c.vbi pro hoc alleg.plura iura. Subdens, ꝙ ratio huius poteſt eſſe,quia verba legis, vel ſtatuti debent intelligi cum effectu, vt ff.ne quis eum qui in ius voc.l.ſi per alium.§. docere. & ff.ꝙ quiſque iur.l.1.§.hæc verba. cum multis ſimil. Tu dicas vltra Ludo.quòd idem in terminis voluit Bald.in l. veluti. §. hæc vox.ff.de eden.vbi dicit,quòd iſta quæſtio ſæpe accidit in palatijs.Idem tenet Do.Feli.in c.innouamus.in vlt. colum.de treu.& pa.vbi videas. & hoc dictum habeas menti continue,quia eſt multum quotidianum,& practicabile. de quo dixi etiam in repe.rub. ff.de fideiuſ.in 50.colum. vbi adduxi etiam aliam rationem corroboratam pluribus iuribus, videlicet quòd paria ſunt non facere, vel facere, & minus legitimè,vide ibi plenius,pro quo faciunt optimè dicta per D. Feli.in c.qualiter.il 1.in pen.colu.de accuſa. Prædictas tamen doctrinas,& concluſionem intellige eſſe veram quādo quis tenetur facere compromiſſum ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti,ſed ſecus eſt quando hoc tenetur ex ordinatione,ſeu diſpoſitione hominis,nam tunc ſufficit, quòd ſemel tantū cōpromiſerit,licet non ſit ſequutum laudum, ita dixit Soci. in conſi.ſuo 117.incip.viſa.in 1.col.vbi dicit,ꝙ hoc voluit Spec. in titu.de arb.in §.excipitur.in verſ.ſed quid ſi fuerit actū,&c. & Bal.in l.1.C.de his quæ pę.nomi.& alios alle. de quibus ibi per eum,quæ limitatio eſt multum not.ad prædicta.

173 Fiunt quotidie compromiſſa in quibus dicitur,quòd arbitri poſſint ferre ſententiam abſentibus partibus,an hoc caſu poterunt tales arbitri ferre ſententiam partibus non citatis?

In quo videtur dicendum quòd ſic,propter illa verba, abſentibus partibus : nihilominus contrarium determinat Specu. in titu.de arbi.in §.excipitur.in fi,dicens , quòd hoc caſu non valebit ſententia partibus non citatis.quod dictum pro not. refert & ſequitur Io.de Imo.in c.cum dilectus. de arbi. & D, Alexan.in l.ſi quis arbitratu.in 5.colum.ver.limita.ff.de verb, oblig.& Do.Feli.in c.cum olim.in 10.colu.de re iudi.& ideo debebit dici in compromiſſo,ꝙ arbitri poſſint ferre ſententiam partibus abſentibus,& non citatis : nam hoc caſu bene valebit ſententia non citatis partibus, ſecundum Doc. in dictis locis,quod eſt practicabile.

174 Ille qui ſibi aſcribit aliquid de bonis teſtatoris in teſtamẽto in ſcriptis incidit in pęnam falſi. tex. eſt in l.3. C.de his qui ſibi aſcri.in teſta. Tene tamen menti,ꝙ iſtud fallit,& non habet locum in prælato aſcribente aliquid de bonis teſtatoris eccleſiæ ſuæ,quia non cadit in falſum,ita ſingu.dixit Do.Anto.poſt Hoſtien.in c.inter. de re iudi. quod dictum refert & approbat ibi Domi.Feli.in 4.colum.in prin. quod dictũ poteris addere ad priuilegia clericorum,quæ tibi dedi in repetitio.mea rubri.ff.de fideiuſſoribus.

175 Conceſſo vno omnia videntur eſſe conceſſa per quæ deuenitur ad illud.l.2.ff.de iuriſd.omn.iud.l.3. §. qui habet. ff.de ſerui.ruſti.præd.l.ſi venditor.ff.de relig.& ſump. fune.l.vxori. ff.de au. & arg.leg. habetur latè per Old.in conſi. ſuo 11.inci. Thema tale eſt,in quadã clauſula,&c.& per eundem in conſi.27.incipien.Thema tale eſt,vacante.& per Domi. Feli.in c. cauſam quæ.in 1.& 2.colum.de re iudi.& in c.quam ſit.circa prin.de iudæ. Ideo tene menti, quòd ſi à ſtatuto conceditur alicui licentia aliquid faciendi, vt puta ſe vindicandi contra aliquem de offenſa ſibi illata,quòd erit ſibi licitum congregare amicos,qui ipſum iuuent ad hoc,& illi tales adiuuantes non punientur ſicut nec principalis.ita ſigu. dixit Pau.de Ca. in l.refectionis gratia.per illũ tex.in verſ.ego fabrīq; mei,&c. ff. cõmu.præd.vbi dicit, quòd illud, quod facere poſſum per me,poſſum facere per miniſtros meos ad hoc neceſſarios,& illis reſiſtens videtur mihi reſiſtere. & de hoc dicit eſſe gl.ſingu. in l. cum fundum. ff.de vi & vi arma. & reſpondet ibi ad glo.in l.Gracchus vbi eſt bonus tex.ad hoc.C.de adul.quæ videtur aliqualiter contrariari, & dicit hanc partem tenuiſſe Iacob.Butri.in d.l.refectionis.& idem tenuit ipſe Pau.de Ca. in l.raptores.in 2.colum.C.de epiſcop.& cler.& Bald.in l.1.in antepe.colu.verſi.ſed quid dicemus ſtatutum permittit, &c. C.vnde vi.& Bal.in l.vt vim.in 3.colum.ff.de iuſti.& iu. & idẽ firmat D.Feli.in c.ſuper literis.in 13.colum.de reſcrip. & Bal. in c.de cætero.de re iudi.[Vide Bal.ſuper ſtatu.in verbo,bannum.ſeu in verſi.bannitus.in 8.colum.verſi. ſtatutum dicit,ꝙ bãnitus pro certo crimine.& vide Iaſ. in l.ſcriniarios. in prin. C.de teſta.mili.& vide apoſtil.ad ſingu.Corſe.in verbo, auxilium,&c.]& Dom.Bartho.Cępo.in conſi.ſuo 4.incip. Querela,&c.in vlti.colum.ſubdit per has doctrinas alias ſe obtinuiſſe in contingentia facti in ciuitate Veronæ,vbi eſt ſtatutum, quòd ſi frater reperiat aliquem turpiter conuerſantem cum ſorore ſua poſſit ipſum impunè occidere,quòd vnus qui repererat quendam in camera cubiculari cum ſorore ſua cum armis conuocauit amicos armatos, & occidit illum , & licet ſtatutum loqueretur de fratre tantum,tamen dixit, ꝙ debet extendi etiam ad amicos congregatos ſine quibus non potuiſſet tute occidere illũ repertum cum ſorore. & refert, ꝙ ita per totam curiam Veronæ iudicatum fuit. & dicit etiam fortius Pau.de Caſt.in dictis locis, quòd in caſibus in quibus quis poteſt facere vindictã in perſonam alicuius, quòd hoc poterit etiam fieri facere per alium , & ille talis hoc faciens non punietur.in quo tamen Bal.in dictis locis tenet expreſsè contrarium dicens,quòd illud,quod alicui perſonæ ſpecialiter committitur ad alium non poteſt tranſmitti, per l.cum patronus.ff.de leg.2.de quo etiam per Bald.in c.ad noſtram. extra de prob.& per Barto.in l.non ſolum.ff. de iniur. & in c. 1.§.ſi quis vero.de pace iura.firmã. & Bal.in l.per diuerſas. C. mand.& vide tex.not.ad hoc in l.qui fundum.ff. de vi & vi arma.& in l.ſeruus ſi hæredi.ff.de ſta.lib. & Bal. in d.l.Gracchus. & Pet.de Anch.in c.1.ꝙ met.cau.& Ioan.de Ana. in c.2.in vltimis verbis.de homicid.& per Dom.Fel.in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.in 4.col.verſi.cæterum,& Do.Parid.de Puteo in ſuo tractatu ſindicatus.in 41.char. verſ.familiaris.tene mẽti prædicta,qa ſunt quotidiana,& valde vtilia,& lucroſa, quæ addere potes his, quæ dixi.s.in ſing.17.incip.Acceſſorium.

176 Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleſicia.l.qui iniuriæ.ff.de fur.l.quod reipub,ff.de iniur.l.1. C. ad leg. Corne. de ſica.cum ſimil.& affectio operi nomen imponit.l.ſi nõ conuitij,C.de iniur. [Vide glo.in c.cum in captiuitate.24.q.2.] Et ideo tene menti, quòd ſi aliqui aggrediũtur aliquem animo & intentione eum baſtonandi,vel aliter percutiendi, & eum ſic baſtonando & percutiendo interfecerunt,quod iſti interfectores de occiſo nõ tenẽtur, ſed aliter mitius puniuntur,cum vltra propoſitum deliquerint. Ita ſingulariter per optimas rationes conſuluit Pau.de Caſt.in conſi.ſuo 192.incipien.in cauſa incarceratorum.& ibi reſpondet ad contraria,quæ adduci poſſent.& eſt profectò ſing.cõſi. quod refert & ſequitur Domi.Augu.de Arimi.in ſuis additio.ad Ang.de Are.ſuper maleficijs in ver.& appenſatè,&c.in fi.vlti.additio. & in verſic.dictus Andreas armatus.circa fin. primæ additio Quod dictũ optimè facit pro illa quæſtione , & arti. magno & prolixo,videlicet an delinquens vltra propoſitum , vel an delictum cõmiſſum ſine dolo puniatur, & quomodo , quæ dubia nunc non examino propter eorum prolixitatem, ſed ſolum loquar remiſſiuè,ideo videas Bart.in l.diuus.ff.de ſica. Barto.in l.omnes populi. circa 20. colum. verſi. ex prædictis. ff.de iuſt.& iu.Bar.in l.non dubium.in 3.colu. C.de legi.Bart, in l.in lege Cornelia.ff.de ſicar. Bal.in l.ſi quis ſeruo.C.de fur. Bal.in l.venia. C. de in ius voc.Bal.in l. ſi qua per calumniam, C.de epiſcop.& cler.& in l.ſi quis ignorans.ff. loca. Bal. in l.ſi mandati.C.man,& l.data opera.C.qui accu.non poſ.Bal.in d, l.omnes populi.in 10.colum. & in d.l.non dubium. & in l. ſi quis alieno.§.cum autem.ff.de his qui not.infa.Bal. in dicta l, Gracchus.& in l.quamuis.ff.de in ius vocã.Bal.in l.benignius. ff.de legi.Bal.in l.decuriones.C.de infami. Bal. in c.1.in 5. col, de conſti.Bal.in l.penul.ff.quod quiſq; iur. Bal.in l.in actionibus.ff.de in lit.iuran.Bal.in l.quicunque.in 5.colum.C.de ſer. fugi.Bal.in l.ſi ſerui veſtri.C.de noxa.Bald.in l.1.in 2.colum.ff. de legi.Bal.in l.quæ fortuitis.in penul.colum. C. de pign.act. Bal.in l.1.§.quod prætor.ff.ne quis eum qui,&c. Bal.in prooemio digeſtorum.in §.ſed tamen nos.in 6.colum.Bal.in l.vnica.in 14.colum.C.de confeſ.Bal.in l.1.in 2.colum. C. ſi à non compe.iudi.Bal.in l.1.C.de his qui latro.Bal.in repet.l.1.C.de ſum.tri.& fi.catho.in antepenul.colum. Bal.in conſi. ſuo 214. incip.dubitatur.in 3.volum.Barto.in l.repeti.ff.de quaſtio.& in l.quod Nerua.ff.depoſi.Ang.in d.l.diuus.ff.de ſicar. & in l. quoniam multa.Ang.in l.1.§.non autem. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſus fue.Ang.in l.plagij.C.de plag.Ang.in l.1. C. de theſau.lib.10.Ang.de Are.in trac.maleficiorum. in verſic. & appenſatè.in verſ.vltimo.& ibi in verſ.quid ſi habeat arma, &c. Ange.in Authen.de teſte.§.& licet.in vlt.colum. Sali.in dicta l.quoniam multa.Sali.in l.data opera.C. qui accuſa. non poſ, Ioan.And.in mercurialibus,in regula, cum quis,de regu.iur. vbi ponit plures quæſtiones ſimiles. Ludo. Roma.in l.1.§.occiſorum.in 3.colum.ff.ad Silla.Doct.in l.penul.ff.de adul.Docto.in c.ſi.de homici.& in l.ex incendio.ff.de incen rui. naufra.glo.& Doc.in c.1.quib.mod.feu.amit. Do.Floria.in l.3.§. iniuriarum.in 2.colu.ff.ad leg.Aquil. Guido de Suza.in quæſtionibus ſtatutorum.in 2.colum, Cyn.in l.1.ff.de legib. Pet. de Ancha.in conſi.284.incipien.iure ſtricto.in fi. Alexand. in conſi.119.incip.viſis & vt oportet conſideratis. in 1. volu. & eo.volum.conſi.3.incip. ponderatis in 1.colum, & in conſi, 140.incipien.videtur in caſu propoſito.in 2.& in vlt.colum, in 2.volum.Do.Io.Bapt.de ſancto Seuerino in repeti. l. omnes populi.in verſic.5.infert, quòd ſi ſtatutum. de iuſti. & iu. Pau.de Caſt.in conſi.139.incipien. viſo proceſſu. in 2. colum, ver.quod quidem.Pau.de Caſt.in l. nemo. C. de epiſcop. audien.Rapha.Cuma.in conſ.134.incip.viſis.in fi.Ioan.de Ana, in c.lator.poſt alios,de homi. Dom.Bartho.Cępo.in cautela ſua.4.verſi.ſi ſtatutum imponat.& in conſi.29.incip.viſo proceſſu.in antep.colum.& in conſi.31.incip. ſuper homicidio, in antepenul.colum.& in conſi.33.incipien.multa, &c. in 1, colum.& in conſi.34.incipien.ſi vnquam.in 3.char.in penul. colum.& Dom.Par. in trac. ſindicatus , in 75.char in 4.colu, & Dom.Fel.in c.quoniam contra.in 5. colum. de proba & c in nomine.in 2.colum.de teſti.poſt prin.& in c.lator.de homici. Tene menti prædictam doctrinam Pau.de Caſt.in dicto conſi.192.quia non fallor,eſt not.& poſſet tibi facere honorem & vtilitatem. Et vide omnino dicta inf.in ſingu.147. incipiente, principale propoſitum ,

177 Malitijs hominum obuiandum eſt.c. ſedes apoſtolica, de reſcrip.l.in fundo.ff.de rei vendi,cum ſimil.quod intellige non dum recta via,ſed etiam cum malitijs, ſecundum Doct. in d. c.ſedes.& ideo dixit glo.not.in dicto c,cupientes. in ver.malignantium,de elect.quòd aduerſus calumniam quis poteſt ſe defendere cum calumnia.quam glo.refert & ſequitur Bal, in rub.C.de fi.inſtrumen.in 8.colum.& Angel. in l. maritus. quæ eſt l.penul.ff.de vſur.& dixit gl. valde not.in c.dominus noſter. 23. q. 2. quòd ſi aduocatus fouet iuſtam cauſam poteſt conuincere aduerſarium ſuum cum malitia. & faciunt dicta ibi per Archi.& per glo.in c.nullus.4 q.4.& tex.not.in l. cum pater.§.Titio.ff.de leg.2. verſi. nec dolo videtur feciſſe cum fraudem excluſerit.quem tex.alleg.Ang. pro dicto glo.

in c.

in c.cupientes.in d.l.maritus. pro quo faciunt dicta per Bart. in l.1.§.præterea.ff de quæſtio.& dixit ſingu.Do.Anto.in c.1. de mu.peti.quòd ſi mutuaſti mihi decem,quę tibi reſtitui in ſecreto, ſi tu iterum illa petis poſſum licitè negare,& dicere, nihil à te habuiſſe,quod etiam tenet Pet.de Ancha.in c.2. de regu.iur.in 6.& in dicto c.cupientes. ad quæ etiam faciunt dicta per Bald.in dicta rub.C.de fi.inſtrumen.in 8.colum.verſi. incidenter etiam quæro.& dixit no.Ioan.And.in addi. Spec. in rubr. de iureiur.ver. iterum quæro de eo qui iurauit redire,&c. ꝙ iniuſtè carceratus qui iurauit cuſtodi,quòd ſi eum relaxaret vt poſſit ire ad audiendum miſſam, ꝙ ea audita reuerteretur ad carceres,qui poſtea intrauit eccleſiã,& noluit exire,nec reuerti ad carceres,an hoc ſibi licuerit? Decidit ibi quòd ſic.pro quo facit optimè,quod voluit Bart.in l.vis eius. C.de proba.vbi dicit,ꝙ ſi quis iniuſtè detinetur ab aliquo Capitaneo,& aufugit, non tenetur in aliquo, quod etiam voluit Do.Alexan.referendo Bar.in l.ſed eximendi.§.ſi quis.circa fi.ff.ne quis eum,qui in ius voc. & in l.relegati. ff. de pœn. & illud dictum Ioan.And.in dicta rub.de iureiur.refert & ſequitur Do.Abb.in c.inter alia.in fi.de immu.eccle.dicẽs hoc tantum eſſe verum vbi immineret mors,aliàs ſecus, quia ille teneretur ad obſeruantiam iuramenti. Et pro illo dicto allegat bonam glo.in cle.paſtoralis in ver. per violentiam. de re iudi.& vltra prædicta facit,quod dixit Archid.in c.vtilem.22. q.2.vbi dixit,ꝙ cum Papa Alexander tertius haberet præ manibus Epiſcopum ſimoniacum promiſit ei in ſecreto, ꝙ ſi publicè fateretur delictum ſuum diſpenſaret cum eo, & ſtatim cum ille cõfeſſus fuit coram Cardinalibus depoſuit eũ. quod dictum refert & ſequitur Domi. Feli. in c.accedens. il 2.vt li. non conteſt.in 1.colum. & in c.afferte. poſt princ. de præſump.Ad idem facit,quod not.Domi.poſt Vgo.& Arch. in c.nos in quenquã.ad fi.2.q.1.vbi dicunt,ꝙ iudex promittẽs delinquenti remittere ſibi delictum ſi illud confiteatur, ꝙ ſi confiteatur ex tali confeſſione poteſt eum condemnare, & excuſatur iudex ex tali ſimulatione,per tex in dicto c.vtilem. quod dictum refert Dom.Feli.in c.afferte. in princi. extra de præſump.contra quæ faciunt,quę dixi inf.in ſingu. meo 201. incipien.in confeſſum. Ego autem dum fui in officijs nunquam curaui facere reis tales promiſſiones.Et vltra prędicta ad propoſitum adduco not.verbum,de quo nunquam obliuiſcaris, videlicet dictum Vber.de Bobio in l.ſi pro fure.ff.de condi.fur.& Ioan.And.referentis eum in addi.Specu.in rub. de fur.vbi dixerunt,ꝙ ſi paſſus furtum, fecit pactum cum Titio,ꝙ ſi indicaret fures, ab ipſo nihil peteret, ſi ſibi ex illa cauſa in aliquo teneretur,quo ſtante ipſe Titius iudicauit furtũ per quod apparuit ipſum fuiſſe de furibus, dominus contra eum agit furti,ipſe excipit de pacto,. dicunt tamen prædicti Doct.ꝙ poterit agere contra eum, nec iuuabitur ex pacto, quod eſt ſingulare verbum, & perpetua memoria dignum, quia quotidie occurrit aliquod furtum,& fiũt proclamationes,ꝙ indicanti furtum parcetur ſi eſt de ſocijs. Ideo tene menti,& iſtud dictum pro valde not.refert & approbat Barba.in c.ſedes apoſtolica.in 4.colum.de reſcrip. [Ad quod vide etiam Iaſ.in l.conuentionum.ff.de pac.in 2.colum.] Item etiam ad propoſitum huius prædictæ regulæ, ꝙ malitijs hominum eſt obuiandum, adduco no.verbum Inno.in c.cum olim.il 1.de reſti.ſpo.quem ibi ſequitur Dom.Ant. vbi dixit, ꝙ ſi non poſſum recuperare rem meam à te, quod poſſum æquiualentem furtiuè à te recipere, per c. dominus noſter. 25.q.2 quod dictum refert & ſequitur Dom.Flo.in l.itaque. ff.ad l.Aquil.vbi bonus tex. quod dicit ibi Flo. eſſe mirabile. & ſubdit ipſe ibi,ꝙ ſi etiam mors ſequeretur ex hoc ille non eſſet irregularis. Tu dicas,ꝙ hoc etiam dixit glo.in c.ius gentium. 1.diſtin.quam pro ſingulari ad hoc alleg. Do.Feli.in c. quoniam.in vlt.colum.de ſimo. & idem etiam voluit Inno. in c.plerique.extra de immu. eccle. quem refert & ſequitur Bal.in l.1.in 2.colum.C.de teſta.& Dom.Alexan.in conſi.ſuo 135.incip.circa primum,&c.in 1.colum.in 1.volu. [Alexand. in l.ſi quis in tantam.in 1.apoſtil.C.vnde vi.] & Bald.in l.2.in 15.colum.C.de ſerui.& aqua.in ver.& nota,ꝙ ſubditi. & Alexand.in conſi.476.incip.pulchrè reſpondit. in penul. colum. & in conſi.474.incip.viſa inquiſitione.in 3.colum.& Do.Fel. in c.pen.de homi. Contra prædicta tamen fortiter facit illud,videlicet,ꝙ graue eſt fidem fallere. l.1. ff. de conſti. pecu. de quo dixi ſ.in ſingu.248.incip. graue. & etiam illud, quod etiam hoſti fides ſeruanda eſt, de quo in c.noli.23.q.1.& in c. innocens.22.q.4.& in c.dominus noſter.23.q.2. Sed potes dicere,ꝙ illa iura intelliguntur in hoſtibus ſeruantibus fidem alijs. ſecus ſi ipſi non ſeruant fidem alijs. Ita dixit glo.in d.c. noli.ſed in prædictis caſibus poſſet dici illos non ſeruare fidem.ergo eis non eſt ſeruanda.[Et idem dixit glo.in c.vt pridem.23.q.vlt.in 1.glo.& vide gl. in c. dominus noſter.23.q.2. & vide Dom.Philip.Dec.in l.ea eſt natura.in fi.ff.de reg.iur.] Et facit pro hoc glo.in dicto c.vtilem.22.q.2.quæ dixit,quòd dolus contra hoſtem eſt bonus.Et dixit Bal. in l.1.in pen.col. ver.quæritur quidam cleri. C. vnde vi. quòd nullus eſt dolus ſi fides prædonibus non ſeruatur.vide quę dixi in repet. mea l.fi.C.de proba.in 20.char.in fi.& vide etiam Do. Pari.de Put. in ſuo trac.ſind.in 97.char.in verſicu. & aduertendum eſt. & in eod.trac.in 86.char.in 1.col. in verſic. ſaluus conductus. & iſtas doctrinas,& dicta teneas menti rogo, quia indubitãter teneo,ꝙ alibi iſta cumulata nõ reperies,ſed ego ſolus oĩa p̃dicta iã pluribus annis collegi maximo cũ labore,& tene mẽti.

178 Inimicus repellitur à teſtimonio. c. repellantur. c. cum P. & c.cum oporteat.de accuſ.& in c.ſi teſtes.4.q.3.& in l. liberi.C.de inoffi.teſta.& in Authen.ſi vero dicatur. C. de teſtib. cum multis ſimi.de quo vltra omnes dixi in repe.mea.l.fi.C. de proba.in 16.char.cum ſequen.quod eſt verum nedum in inimico publico,& manifeſto,ſed etiam habet locum in eo apud quem eſt cauſa inimicitiæ contra illum contra quem producitur, licèt ipſe contra quem producitur neſciat illam cauſam,vt puta, Titius accuſauit Sempronium de aliquo crimine, certè licèt ipſe Sempronius neſciat ſe accuſatum eſſe ab eo tamen non poterit contra eum eſſe teſtis. vel pone, Titius adulterauit vxorem, vel filiam Caij, hoc tamen eſt incognitum ipſi Caio, attamen non obſtante illa ignorantia, quia tamen ſubeſt cauſa inimicitiæ non poterit ipſe Caius teſtificari contra ipſum Titium. Ita ſingu.dixit Barto. in l. 1. in fi.ff.de his quib.vt indig.& Innoc.in c.cum I.& A. circa fi. extra de re iud.& Bal.referens Innoc. in l. præſcriptione. in antepenul.colum.C.ſi contra ius vel vti.publ. & in d. authen. ſi dicatur.in vlt.colum.& Abb.in d.c.repellantur.& in d.c.cum oporteat.vbi videas etiam Do.Felin.in 7.colum. circa fin. & Ludo.Rom.in l.1.§.reſcriptum.in princ. ff. ad Silla. & in rub. ff.de arbi.in 9.colum.verſi.ſcias tamen.& Domi. Alexand. in conſi.ſuo 474.incipien.viſa inquiſitione. in vlti. colum. in fi. & in conſi.ſuo 99.incip.in cauſa inquiſi.in 2.colum.in 1.volu. & Ludo.Rom.in ſingu.ſuo 316. ſecundum ordinem meũ, incip.Innoc.in c.cum I.& A.&c.& Domin.Feli.in c.ſciſcitatus.in 8.colum.de reſcrip. de quo latè dixi in prædicta repeti. mea.l.fi.C.de proba.in 16.char.vbi videas & teneas menti, ꝙ licet teſtis dicat non habere inimicitiam,vel odium aliquod cum illo contra quem teſtificatur, attamen repellitur, & ei non creditur ſi ſubeſt cauſa inimicitiæ ꝑ p̃dicta. quod apertè voluit Do.Alex.in d.ſuo conſi.99.in 2.col.quod eſt not. quia cõiter teſtes dicunt ſe nõ inimicos illius ꝯ quẽ teſtificantur.

179 Viget communiter ſtatutum per Italiam quo cauetur, ꝙ percutiens Priorem,vel antianum puniatur in duplum.modo aliquis fuit Prior,vel antianus, ſed de proximo eſt remotus à tali officio,vtrum hoc caſu ſi aliquis eum percutiat cadat in pęnam dupli? In quo Albe.de Roſa. in 2. parte ſtatutorum.q.22.incip.quid ſi ſtatuto, &c. dicit, ꝙ hoc caſu pęna duplicabitur,alleg.l.ordo.ff.de publ.iudi.& l.ordine.ff. ad munici.Sed Ludo.Rom.in l.ſi quis in graui.§.de his.ff.ad Sylla.tenet contrarium dicens, ꝙ qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus,& actum verbi, per l. in delictis. in §.ſi detracta.ff.de noxa.& in l.Titius.ff.de teſta.mili. & in l.habebat.ff.de inſtitu. Vnde cum ſtatutum loquatur de Priore vel antiano non habet locum in remoto,quia de illo ſtatutum non loquitur.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matri.l. ſi cui eorum.§.affinitatis.ff.de poſtu Adducit poſtea tex. in c.fin.in fi. verbis.de vaſal.qui contra conſti.Lotha.in vſib.feu.vbi ſecundum eum dicitur,ꝙ ſi vaſallus eſt à vaſallatico liberatus dominum defendere non tenetur vt prius, ita nec offendere, & ſi eum offenderit non punietur ea pœna qua puniretur ſi dominum offendiſſet,ſed alia iudicis arbitrio. & dicit,quòd ita dicit ibi tex.coniuncta gl. & ideo prædictam deciſionem Albe.ipſe reputat falſam.Dicit tamen, quòd pro Alberico ipſe allegat duos tex.in l.fi.ff.de decurio.& in l.pen.co.titu. & l. fruſtra.C.de ſen.paſ dicit etiam,ꝙ miratur de Albe.qui alleg. d.l.ordo. quia illa lex modo aliquo non facit ad illud ad qđ Albe.eam alleg & hanc opin.Lud.in hac q. ſequutus eſt Ange.de Arc.in trac.malefic. in verſi. Caium Sempronij. in vlti. char.in verſi.& diligenter pondera. vbi refert Ludo.Roma. de verbo ad verbum.Dominus autem Alex. in l.pe. C.de decur.lib.10.refert Albe.Ludo.Rom. & Ang. de Are. in dictis locis,nec aliquam opin.approbat,ſed Do.Aug.de Ari.in ſuis additio.ad Ang.in d.verſi. & diligenter pondera. videtur inclinare in opin.Ludo.allegat enim Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offi.procon.in 7.q. vbi tenet idem, ꝙ tenet Ludo. ſecus autem dicit eſſe in poteſtate durante ſindicatu, quia tunc offendens eum cadit in pœnam ſtatuti punientis offendentem poteſtatem. Ego autem in hac quæſtione ſum valde dubius propter dictas contrarietates,& varias opiniones,

Tamen

200 Differt ſententia condemnatoria a ſententia in qua pronunciatur quem condemnandum, ſecundum Io. And. & alios in c. 1. de offi. lega. vbi dixit, quòd legatus poteſt pronunciare epiſcopum deponendum, licet non poſſit illum deponere. pro quo facit quod not. Bal. in c. at ſi clerici. in vlti. col. da iudic. & Ioan. And. in c. tranſmiſſa. de elec. & Domi. in c. 2. in 1. col. de pe. in 6. vbi dicunt, quod licet electus non poſſit deponere clericum, per glo. dicti c. tranſmiſſa. tamen poteſt pronunciare eum deponendum. Et ideo dixit Alber. de Roſa. in 4. parte ſtatutorum. q. 64. incip. Sed pone ſtatuto. quòd officialis prohibitus a ſtatuto aliquem bannire prope finem officij vel abſoluere, poteſt tamen pronunciare banniendũ vel abſoluendum, quia aliud eſt bannire aliud pronunciare quem banniendum. l. fi. C. vbi & apud quem. de quo etiã per Bartol. in l. ſolent. in fi. prin. ff. de offi. proconſul. & ideo dixit Ioan. de Imo. in l. ſi quis filio, §. ejus qui. ff. de iniuſto teſta, quòd officialis proximus ſini officij ſui licet non poſſet condemnare, tamen poteſt condemnandum pronunciare. & dixit idem Io. de Imo. in l. 1. in §. 2, in 3. col. ff. de verb. obliga. quod ſententia dicens, pronunciamus talem condemnandum, non condemnat, niſi addat, & ideo iubemus vt ſoluat. Idem tenet ibi Ludouic. Roman. & Alexan. allegant plura ad hoc vt idem etiam tenet Bald. in l. ne quicquam. in fi. ff. de offic. proconſul. & in c. 1. ad fi. de offic. leg. & Ange. in l. fi. C. vbi & apud quem. & Domi. Fely. vltra prædicta adducens alia plura in c. non poteſt. in 2. colum. de re iudica. De quo etiam per Dom. Feli. in c. cæterum. in penul. columna, de reſcrip. Et ideo teneas menti in materia vnum nota. verbum, videlicet quod ſi eſt lata ſententia contra aliquem per quã pronuncietur ipſum cõmiſiſſe crimen dignum priuatione propter hoc non eſt priuatus niſi hoc exprimatur in ſententia, iſtud fuit nota. verbum Inno. in c. qualiter & quando. el. 2. in gloſ. ſuper verbo, ad denunciationem. ibi, credimus tamen. extra de accuſa. quod dictum referunt & ſequuntur Dom. de Rota. deciſio. 232. in nouis, quæ incipit, Accuſatus coram ordinario. in fi. & Domi. Felin. in c. inquiſitionis. in 3. columna, poſt prin. extra de accuſa. Et per hæc ſint expleta ſingnlaria mea præſentis anni. 1500. ad laudem ſummi clementiſſimiq; Dei & eius glorioſiſſimæ matris totiuſq; cæleſtis curiæ &c.

201 In confeſſum nullæ ſunt partes iudicis niſi in condemnando. l. proinde. ff. ad legem Aquiliam. l. confeſſus. ff. de cuſto. reo. l. qui ſententiam. C. de pe. l. 1. ff. de confeſſ. & in l. vnica. C. eo. cũ ſimi. Et adeo eſt vera hæc regula quod ipſe cõfeſſus etiam ſuper inordinato proceſſu poteſt condemnari. Ita dixit ſingulariter Inno. quem omnes ſequuntur ibi in c. qualiter & quando. el. 2. de accu. vbi dixit quòd confeſſio eſt tanti vigoris quod ipſe confeſſus poteſt condemnari etiam data nullitate proceſſus. & idem dixit ipſe Inno. in c. per inquiſitionem. de elec. & Abb. antiquus in c. Piſanus. de reſti. ſpo. & Bal. in l. edita. C. de eden. in 5. colum. in verſic. Sed pone quod reus. & illam doctrinam Inno. refert & ſequitur Barba. in c. veniens, in 3. colum. de accuſa, & in conſi. ſuo incip. Prope eſt Dominus inuocantibus eum &c. & in repe. c. teſtimoniũ. in 14. cha. in vlti. colum. verſic, nam confeſſio. extra de teſti. vbi allegat etiam hoc voluiſſe Innoc. in c. 2 de ordi. cog. quã doctrinam etiam ſequitur Mathæ. in notabili ſuo. 53. incip. Nota vtilem regulam. & idem voluit Bald. in l. 1. circa fi. ff. de iuriſ. om. iudi. & in l. 2. ff. de re iudi. & Angel. in conſil. ſuo. 278. incip Viſis actis productis. & in conſi. 217. incip. In cauſa accuſationis productæ. per Domi. Philip. & Bald. in additio. Specu. in titu. de libel. concep. in vlti. verſic. & Are. in tractatu ſuo maleficio. in verbo, comparent dicti inquiſiti & cõfitentur totum. verſic. Quæro an confe. & volunt Doc. in pleriſque locis quos retuli magis accurate in l. 1. §. Diuus Antoninus. in. 3. char. ff. de quæſtionib. vbi videas. [Et hic adde ꝙd confeſſio plus operatur quam aliqua ſpecies probationis, ſecundum Bal. in l. cum mulier. in 13. colum. ver. deinde quæro. ff. ſolu. matri.] Pro qua doctrina Inno. etiam facit optime not. verbum Bal. in l. properandum in prin. in fi. verbis. C. de iudi. vbi dixit quod licet lapſa ſit inſtantia, tamen confeſſus poteſt condemnari. & ibi alle. rationem dicens quod confeſſio non requirit talem proceſſum ſeu ordinem iudicij, quod dictum refert & ſequitur Ang. Are. in tractatu ſuo maleficiorum. in verbo, inchoata & facta. in 3. col. & Barba. in d. ſuo conſi. & in d. c. veniens. in 3. colum. & Ang. Aret. in d. tractatu in verbo, comparent dicti inquiſiti & confitentur totum. in dicto ver. Quæro an confeſſus. Et dixit ſingula. Ang. in l. 2. C. quorum appel. non recip. quod licet tertius poſſit appellare pro reo condemnato capitaliter etiam ipſo inuito, tamen iſtud fallit niſi talis reus condemnatus ſponte cõfeſſus ſit crimen & in eo perſeuerauerit. de quibus omnibus latius dixi in d. §. diuus Antoninus. Potes tamen limitare omnia prædicta niſi nullitas proceſſus proueniret ex defectu iuriſdictionis iudicis, nam tunc confeſſio partis confeſſentis intentum aduerſarij non iuſtificat nec validat proceſſum. Ita not. in c. at ſi clerici, in princ. de iudic. & in c. olim. vbi eſt bonus tex. ſecundum Dom. Abb. ibi extra de reſcript. Ita not. dixit Cardi. Alexan. in c. dilecto. in 2. colum. in fi. de appella. & hoc optime poteris addere his quæ dixi ſupra in ſingu. 10. incip. Tu ſcis &c. Pro qua etiam limitatione facit ſingu. dictum Ange. in conſilio ſuo. 217. incip. In cauſa accuſationis productæ per Philip. in vlt. colum. vbi limitat doctrinam Inno. & aliorum in d. c. qualiter & quando. habere locum tantum coram iudice ordinario, ſecus coram delegato. quod dictum pro valde ſing. refert & ſequitur Dom. Augu. de Arim. in ſuis additio. ad Ang. de Aret. in tractatu malefic. in verbo, qui iudex addidit. in pe. additio. de quo etiam dixi in repeti. l. fin. C. de proba. in 57. charta, circa me. [Pro hoc dicto facit in argu. nota. verbũ Abb. in c. olim ex literis. poſt prin. in ver. & ex hoc & ex illo tex. &c. de reſcrip.] Teneas tamen perpetuo menti vnum caſum not. in quo ſponte confeſſus non poteſt ex confeſſione ſua condemnari, qui caſus eſt quando iudex habens in manibus reũ criminis dicit ſibi, confitearis delictum quia promitto tibi indulgere & facere tibi gratiam, nam iſto caſu ſi reus confiteatur delictum non poteſt ex confeſſione ſua puniri. Ita ſingulariter & mirabiliter dixit Ioan. de Imo. in conſilio ſuo 111. incip. Viſa inquiſitione. & mouetur iuribus & rationibus de quibus ibi per eum. quod maxime procedit ſi in ipſa confeſſione non perſeuerat, vt ibi. pro quo faciunt dicta per Domi. Nico. Millum in ſuo reperto. in ver. confeſſio. in ver. confeſſione perſuaſione aduerſarij. de quo feci mentionẽ in l. 1. §. quæſtioni. in vlti. col. ff. de quæſtioni. vbi videas. pro quo etiam faciunt dicta per Iaſ. in l. error. in 3. col. in fi. C. de iur. & facti igno. & idem quod dixit Ioan. de Imo. in d. conſi. dixit Domi. Paris de Puteo in tractatu ſyndicatus in 108. charta. verſic. Sequitur quæſtio quotidiana. Teneas menti quia alias pluries audiui iuſdicentes facere talem promiſſionem reis. Et iſtud addere poteris dictis ſupra in ſingu 177. incip. maleficijs hominum. & alia requiſita in confeſſione vt præiudicet confitenti in criminalibus vide per me in l. 1. in prin. in 6. char. ff. de quæſtioni. & in repe. mea. rubri. C. de probatio. in materia confeſſionis

202 Tu ſcis regulam ſatis vulgatam, videlicet quod confeſſio facta abſente parte non plene probat, de qua in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confes. & in l. fi. ff. de interroga. actio. cum ſimi Attamen aliqui ſunt caſus in quibus talis confeſſio plenè probat, vnus eſt caſus multum ſingularis in quo talis cõfeſſio facta abſente parte plene probat, qui caſus eſt in ſolutione alicui facta, vt puta, Titius erat debitor ex inſtrumento Sempronij in certa quantitate, & Sempronius confitetur in abſentia ipſius Titij debitoris ſe eſſe ſolutum & ſibi eſſe ſatisfactum ab ipſo Titio. tunc talis confeſſio, licet ſit facta in abſentia partis, tamen plene probat talem ſolutionem & repellit contrariam preſumptionem. Ita ſing. dixit Bal. in conſi. ſuo 41. inc. in primis. &c. in 5. vol. quod eſt ſingulariter not. ad limitationẽ dictæ regulæ. Et idem dixit Do. Ioan. Bap. de ſancto Seue. in repe. l. admonendi. in 29. charta in 2. columna, in fi. ff. de iureiur. [Et Alexand. in conſilio 245. incip ponderatis &c. in vlti. columna. in 6. volumi. & in conſilio 115. incip. viſa ſcriptura. in 1. columna. in 7. volu.] Et ſcias etiam quod licet talis confeſſio facta parte abſente non plene probat, tamen probat ſemiplene. Ita dixit Bar. in l. admonendi. in 16. columna. ff. de iureiur. & Ludouic. Roman. in conſilio ſuo, 364. incip. Viſis allegationibus hincinde confectis, & Bald. in addi. Specu. in tit. de confeſ. circa fi. & Abb. in c. fi. de ſucceſ. ab inteſta. & Bald. in l. in bonefidei. C. de iureiur. & Do. Ale. in conſ. 24 incip, animaduerſis &c. in pe. col. ante fi. in 2. vo. & in conſil. 138. incip. ponderatis narratis. in pe. colũ. & dixit Lud. Roma. in conſil. ſuo 291. incip. cum iſti fratres. in 3. colum. ꝙ talis confeſſio facta abſente parte facit præſumptionem aduerſus confitentem. Et teneas mẽti etiã

aliquos

aliquos alios caſus in quibus confeſſio facta abſente parte plene probat. Vnus eſt in confeſſione facta in libello vel in alia ſcriptura iudicij producta parte abſente, nã talis cõfeſſio facit plenam probationem, ſecundum Bal.in l.vnica.in pe. colum.C.de confeſ.Alius eſt caſus in confeſſione facta abſente parte cum iuramento, quia talis confeſſio plene probat, ſecundum Old.in conſi.291.incip.Hæ ſunt rationes. & Bald. in conſi.143.incip.In cauſa domini Ludouici. in 3.volum. licet contrarium teneat Pau.de Caſt. in conſilio ſuo.241. incip.Primo videndum.circa fi. Item eſt alius caſus, nam confeſſio facta abſente parte non nocet confitenti, hoc eſt verum,niſi ſit frequens & continuata & toties repetita quod tranſeat quaſi in publicam vocem & famam . quia tunc plene probat.Ita no. dixit.Pau. de Caſt.in conſil. ſuo 165. incip. Super primo &c.in vlti.col.ante fi. Eſt & alius caſus:nam cõfeſſio facta abſente parte plene probat quando fit ad exonerationem conſcientiæ, ſecundum Dom. Feli. qui plura allegat in c.olim.in 4.col. de reſcrip. idem etiam procedit in foro pænitentiali, ſecundum Bald . in l.rationes.in fi.C. de probatio.& in c.innotuit.in 1.colum. de elec.quem refert & ſequitur Dom.Fel.in d.c.olim.in fi.4.colum. Item confeſſio facta abſente parte,licet non præiudicet confitenti, tamen fallit in confeſſione quæ non tendit ad obligandum confitentem alteri, ſed tendit principaliter ad probandum aliquid, ex qua probatione abſenti quæritur obligatio,vt puta,ſi quis approbat aliquod inſtrumentum tanquam verum vigore huius approbationis omnes quorum intereſt poterunt agere contra approbantem. Ita no.dixit Ang. per illum tex.in §. ſi vero expreſſum.in 4.col.verſic. Ex hoc patet.in Authen.de hære.& fal.quod dictum refert & ſequitur Do.Feli.in c.cum M. Ferrarienſis.in 17.colum.de cõſtitu.An autem de æquitate canonica confeſſio facta abſente parte plene probet vide Dom.Fran.Are. in con.ſuo.64. incip. Diligenter. & per Do. Alex.in conſilio ſuo 169.incip.In cauſa Angelorum.in 3.col. [Et in conſil.115.incip. viſa.in 1.col. in 7.volum. & in conſil. 265.incipi.ponderatis.in 6.volum.in vlt.col.] Et per Do.Feli. latius in d.c.olim de reſcrip.in 4.colum.vbi etiam ponit alios caſus in quibus valet confeſſio facta abſente parte ad plenam probationem faciendam. & in materia vide etiã Alex. conſi.186.incipien. In cauſa & lite.in 3.colum. & vide Paul. de Caſt.in l.quidam in iure.in prin.ff.de dona. & in l.nuda ratio.eo.titu.[Et vide inf.in ſingu.459.incip. vox viua.]

203 Iudex extra territorium ſuæ iuriſdictionis nullum habet imperium,vt habetur in l.fi.ff.de iuriſ.om.iud. & in c.fi.de foro compe.& in cle. paſtoralis. de re iudi. & habetur in l.fi.ff. de offic.præfec.vrb.cum ſi.Scias tamẽ quod ſi iudex alicuius loci ſcripſit literas vel miſit nuncium iudici alterius territorij, iuxta ea quæ dixi ſupra in ſing. 138.incip. Iudex alterius territorij. rogando ipſum iudicem quod vellet citare reum ſubditum ſuum ratione habitationis in loco coram ipſo iudice in cauſa delicti per eum commiſſi in loco iuriſdictionis ipſius iudicis ſcribentis hoc,& talis Iudex requiſitus hoc modo non vult citare ipſum reum,quod hoc caſu poterit talis iudex loci delicti per ſemet citari facere prędicta vel ꝑ nuncium talem reum in territorio vbi degit, ſicut ſi eſſet in territorio ſuo.Ita ſingula.dixit Bart. in tracta.ad reprimendum.in verbo,per edictum.in vlti.col. quod dictum pro valde no.refert & ſequitur Dom. Fran. Are.in conſilio ſuo. 58. incip.diligenter in 3.col.verſic.Amplius dixit.quod multum nota in practica, & ad limitationem d.l.fi.cum concordantijs.ff.de iuriſdi.om.iudi.

204 Percutiens clericum incidit in excommunicationẽ c.ſi quis ſuadente.17. quæſtio 4. & ibi docto . Et tene menti ꝙ adeo prohibitum eſt percutere clericum quòd non ſolum eſt excommunicatus ille qui percutit clericum, vt dixi, ſed etiã excommunicatus eſt ille,qui percutit ſeu vulnerat conſanguineum ipſius clerici reſpectu ipſius clerici. ita ſingulariter & mirabiliter dixit Ludouicus Romanus in repe.rubricæ.ff.de arbi 24.columna,in fi. ad quod allegat optimum text.in c.ſciant cuncti.in verbo, conſanguineos. de elec.in 6. quod dictum pro mirabili refert & ſequitur Domi. Felin. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in 42. columna; vbi plura allegat. ſed inter cætera allegat dictnm Pet.de Anchara. in d.c.ſciant cuncti. vbi dixit quod ille dicitur frangere pacem qui cum promiſiſſet Titium offendere offendit conſanguineum ſuum . & allegat etiam no.per Io. And.in regula, fruſtra.in mercurialibus.qđ tamẽ dicit intelligendum eſſe quando nõ apparet quod offendat eum ex alia cauſa quam ex illa de qua fuit facta pax, alias ſecus, per no. per Do. Antonium & Imo.in c.2.de renun. & alia etiam ad hoc allegat ipſe Dom. Feli.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de quibus ibi per eum, vbi etiam late examinat quæſtionem illam, videlicet an ſtatutum laicorum imponens pœnam conſanguineis clericorum valeat ibi.

205 Vehemens opi. conſona veritati idem operatur ꝙ certitudo.glo. eſt no.in l. ſi quis extraneus. §. ſciendum.in gl.fi.ff. de acqui hæredi.& ibi Bal. ſumme eam notat dicens quod multa ſunt de quibus non poteſt haberi vera certitudo. tamen vehemens opi. iuncta cum veritate idem operatur ꝙ certitudo . ad idem eſt gloſ. in l.2.§.pe.in verbo, ſciant.ff.de aqua plu.arcen.& in l.ſi duo.§.pe. in verbo, ſcire.ff. vti poſ.& ſentit gloſ. in l.ſi liberti.ff. de pecu. & gloſ.in l. ſi paterſami. ff.de hære.inſti. & ibi illam not.Bald . & Imo.& Bar. in l. qui bona.§.qui alieno.ff.de dam.infec.& Dom.Anto.& Abb. & Imo.in c.cum cauſam.de iura.calum. ad idem dixit ſingulare verbum Pet.de Ancha.in conſi.355.incip.Viſo diligenter puncto quod in ſubſtituto caſu quo maſculus non naſcatur poteſt haberi iſta conditio pro impleta etiam ante partum, ſi ex vehementi coniectura fętus fœmineus ſit in vtero & poſtea hoc apparet ex partu, quia præcedens opi.veriſimilis attentis pluribus de quibus ibi iuncta veritate poſtea detecta facit illam opi . haberi pro certitudine . vnde dictus ſubſtitutus tranſmittet hæreditatem etiam ſi eam adierit ante partum.Et idem conſuluit ipſe Pet. de Anchar. in conſi. ſuo.442.incip. Viſis diligenter. in quibus locis allegat quampluraque omnia refert ad literam Dom.Fely.in c.1. in 1.columna.de ſum.tri. & fide catho. vbi plura alia in materia iſta alleg.de quibus ibi per eum.& in c.præterea. in prin.extra de teſti.Et vide etiam ipſum Dom. Feli.in c. cum contingat.in 4.col.in fi.de reſcrip. in c.1.in 4. & in 5.colum. de lit. conteſt. vbi etiam plura notabilia dicta in materia credulitatis. & vide quæ dixi in rubri.C.de proba.in materia probationis quæ fit per vehementem omnium opi. & Dom.Fely.in c. præterea.in prin.extra de teſti. Et de hac re vehementi. adde quod vehemens adminiculum ſupplet ſemiplenam probationẽ ſecundum Bald.in conſilio ſuo incip.Quidam Petrutius de Viterbio,&c. quem refert & ſequitur Soci. in conſilio 89.incip.In cauſa agitata inter Iacobum,in 6.columna, vbi etiam adducit Bald.in l. ea quidem.in 2. columna.C. de accuſa . vbi dicit quod vehemens adminiculum eſt ſuppletio defectus probationis.& alia circa prædicta dicit ipſe Soci. dicto conſi. quæ vbi videas.Vide tamen Ioan.de Ana. in conſi.ſuo.59.incip.viſa inquiſitione.in 2.columna, poſt prin.] Et circa hanc materiam etiam adde Dom. Alexã. in l.fi.in pe. additio.ff.de quæſtioni.vbi dixit quod adminicula dicuntur vehementia indicia.ad quod alleg.c.cum dilectus.de ſucceſ. ab inteſta. & Bal.in l.fi.in 3.colum.C.fami.erciſ. item adde etiam quod vehemens infamia etiam ſine aliquo alio indicio ſufficit ad torturam,vt habetur extra de purga.cano.in c.ſi quis, per Innocentium.Ita dixit.Domi.Alexan.in l.fi. in 3. verſic.ff. de quæſtioni.ad quod etiam alleg.l. quæro.§.fi.ff. de edil.edic. Item ſubdit etiam Dom.Alexand.vbi ſupra,quod Inno. in c. cum I & A. de re iudica.dicit quod etiam admittuntur teſtes viles contra valde diffamatum, quæ omnia tanquam notabilia & non omnibus nota reponas in ſcrinio pectoris, quia ſeruiẽt tibi ad multa. Et vltra adducta ſupra per Do. Feli.potes tu in illa materia etiam adducere tex. in l.filiusfa.ff.de ritu nuptia. vbi eſt tex. quod illud dicĩt certũ qđ ꝓbabili ratione certũ eſt.pro quo facit dictũ Bal. in c.1.in prin.in 2.co.de cõtrouer.inueſti.quem vide.& hic etiã in materia adde ſingulare verbum Bal.in l.bello.in fi.ff.de excuſatio.tuto. quem omnino vide.

206 Incertitudo regulariter vitiat omnem diſpoſitionem ſiue loquamur in contractibus, ſiue iudicijs, ſiue in vltimis voluntatibus,vt late dixi iudicio meo vltra omnes in l. a vobis quoque.ff.de annu.leg. & repe.rub.C. de proba. in pe. & vlti.charta. Attamen tene menti perpetuo & non obliuiſcaris vnum caſum in quo certitudo nõ vitiat actum. Nam ſi probatio eſt verificabilis & concluſiua in omni intellectu prodeſt probanti, licet habeat ambiguos intellectus, ita colligit Dominicus ex verbis Ioã.And. ibi. in c.1.in vlt.co.de pac.in 6.[Idem dixit Domi.Phili. Decius in conſilio.218 .incip.in calu.in 1.colum. Ex quo dicto intulit Dom. Alexã.in l.inter ſtipulantem.§.1.in vlti. columna,de verb.oblig. quod ſi accuſo Titium quod occidit Seium, & teſtes ſuper hoc deponentes deponunt alternatiue dicentes quod eum occidit cum gladio vel cum claua, licet deponant incerte & ambigue,tamen quia vterque intellectus concludit homicidiũ habetur pro probatione certa,quod eſt multum not. quod dictum refert & ſequitur D.Fely.in c.ex parte.el 1. in 13. col. de reſcrip.& Dom.Ia.in l.dedi.in 1.col.ff.de cond.cau.da.cau. n ſequuta. Vide tamen in cõtrariũ Fride. de Senis in cõſi. 167.in q.propoſita.& vide oĩno Pau.de Caſt.in l.ſi cõmunẽ in §.ſi is qui aquã.ff.quẽadmo.ſerui.amit.in fi.& Ang.Are.inſtitu.

ſitu.excep.in rub.in 16.colum.& Bal.in addi.Specu.in tit. de accuſa.in ver.ſed quid ſi ſtatutum dicit.& in l.1.ante fi.in ver. item ſcias,&c. C. ſi vnus ex plu.appel.] Tene menti, quia eſt not.limitatio ad l.fi.C.de proba. vbi in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores.& etiam facit ad ampliationem illius regulæ,ſcilicet, quòd ſufficit, ꝙ teſtes in eundem rei finem cõcordent,licet per diuerſa verba,de qua in l.qui ſententiam. C. de pœn.& in c.nihil.de verbo.ſign. & per glo.in c.dudum.de conuer.coniuga. & in c.cum eccleſia Sutrina.de cauſa poſ.& proprie.& in alijs pluribus locis, quæ adducere præſentialiter non expedit, vide Doctores in dictis locis. [Et vide quæ latius dixi in repe.mea rubri. C.de proba. in 74.colum,ver.& ideo ſi accuſo.]

207 Victus victori debet condemnari in expenſis, ſiue loquamur in ciuili,vt in l.qui ſolidum.§.etiam, ff.de leg.2.& in l.eũ quem temere.ff.de iudi. c.finem litibus. de dolo & contu. §. hæc autem.Inſti.de pę.teme.litig.cum ſimi ſiue loquamur in criminalibus.tex eſt ſecundum vnam lec.in l.fi.C. de fruc. & litis expen.& voluit gl.in d.c.finem litibus. cum ſimi, de quo dixi latiſſimè in repe.mea.l.fi. C.de proba.in 11.q.principali, quod tamen fallit ſecundum Doct. in dictis locis, niſi victus habuiſſet iuſtam cauſam litigandi, quia tunc debet abſolui ab expenſis. Quod tamen vltimum limitatur pluribus modis,vt dixi in l.fi.in 19.q.& inter alia limitatur vno modo, videlicet niſi extet ſtatutum in loco iudicij dicens,quòd victus victori condemnetur in expenſis, quia iſto caſu etiam ſi habuerit iuſtam cauſam litigandi, condemnabitur tamen in expenſis. Ita dixit glo.reputata ſingularis in Authen.de exhiben reis.in §.ſancimus. quam ibi ſumme ponderat Ange. & eam etiam ſequitur Domi.Alexan. in cõſi.ſuo 257. incipien. viſo proceſſu,in fi.& Do.Fran.de Are.in not.ſuo 120. & Angel.in l.non ſolum.ff. de rei ven. & hoc dicunt Doct. procedere,vt ſtatutum aliquid operetur vltra ius commune, & ei aliquid addat. de quo etiam per Barto. in c. cauſam quæ. de reſcrip.& in conſi.ſuo 55 incipien.propoſita mihi. in antep. colum.in 3.volum. Et adeo eſt verum, quod quando ſtatutum eſt in loco,quòd victus victori condemnetur ipſo iure in expenſis, ꝙ tunc debet condemnari in expenſis etiam ſi habuerit iuſtam cauſam litigandi, quod etiam hoc caſu iudex non poſſet eum abſoluere ab expenſis,imo ſi eum abſol uat,non valet talis ſententia abſolutoria tanquam ſententia contraria primæ ſententiæ ſtatuti. Ita ſingulariter dixit Sali. in l.1.in 3.colum.C.quando prouoca.non eſt neceſſe. vbi dicit ita fuiſſe concluſum Ferrariæ poſt varias allegationes. quam doctrinam refert & ſequitur Domi.Fel.in c.inter mo naſterium.in fi.extra de re iudic.quod eſt multum not. cum ſępiſſimè in ciuitatibus extet tale ſtatutum.& in hac materia condemnationis expenſarum, vide quæ dixi in d.l.fi.in 19.q. principali.C.de proba.& in l.patre vel marito. ff. de quæſtionibus. in quibus locis plura dixi not. digna in materia iſta. & vide etiam omnino Domi. Felin. in c. aduerſario tuo.in penulti.colum. verſi. ad aliud.de excep.

208 Compenſatio non eſt propriè ſolutio, ſed differt à ſolutione,adeo ꝙ ſecundum magis communem opinio.ille qui iurauit ſoluere non poteſt compenſare,vt eſt tex.ſecundum vnam lectu, ibi communiter approbatam per omnes ſcribentes in c.ad noſtram.il 1.de iureiur.& voluit Ioan.de Imo. in l.ſi hæredi.ff de condi.& demon.& Mathę.in notabili ſuo 54.incipien.nota,quòd iuramentum. & Bar.in l.ſtatuliberos. ff.de ſtatulibe.& Alexan.in conſi.ſuo 91.incip.viſis actis mihi traſmiſſis.in 3.colum.in 2.volum.& Do.Fran. Aret. in conſi. 110.incipien.Longitudo verborum.in pen.colum.licet Bart. tenuerit contrarium & malè in l.amplius non peti. ante fin. ff.rem ratam haberi. de quo ibi per ſcribentes. Pro qua opinione facit,nam ſi quis ex iuramento tenetur aliquid facere poteſt præciſè compelli ad faciendum, nec liberatur ſoluendo intereſſe, vt volunt ſcribentes in l.ſi pecuniam. ff. de condi.ob cauſam. Et facit etiam quod voluit Bald. in conſi. ſuo 33.incipien.verba inſtrumenti. in fi.in 3.volum. vbi dixit, ꝙ pactum de non probanda ſolutione non eſt pactum de nõ probanda compenſatione, quia ſunt diuerſa,licet concurrant in eundem finem. Scias tamen quòd licet per prædicta compenſatio non ſit propriè ſolutio, attamen ſepius vim ſo lutionis retinet,vnde dixit notanter Bald. in l.filium.in 6.colum.ver. eſt & alia ratio.C.familiæ erciſcundæ. quòd ſatis reſtituit, qui compenſat. Et dixit Bald.in l.fi.in 5.colum. C. de edendo.quòd obiiciens compenſationem non dicitur propriè excipere.de quibus per Pau.de Caſt. in conſi.ſuo 66. incipien.quod naues & gorus.& dixit Alexan. in conſi.ſuo 12. incipien. viſo teſtamento ante ſcripto. in penul. colu. quòd prohibitus opponere exceptionem poteſt cõpenſare etiam ſi iuraſſet non excipere,etiam ſi ſtatutum concederet ſolum exceptionem ſolutionis. allegat quãplura, de quibus ibi per eum.& teneas menti not.verbum Ang.in conſi.ſuo 132. incipien.Quidam Nicolaus.alias inci.viſis dictis dubijs. in prin. vbi dixit,ꝙ ſi ſtatutum prohibet opponi omnem exceptionem contra inſtrumentum,non intelligetur de compenſatione, quia illa poterit opponi non obſtante ſtatuto, quod eſt not. quod dictum, & quaſi omnia ſupradicta refert & ſequitur Domi.Feli.in c.ſuborta.in 1.col. de re iudi. vbi etiam adducit alia plura examinando,an exceptio compenſationis poſſit opponi in executione ſententiæ. & vltra dicta per eum adde Bald.in conſi.33.incipien. verba inſtrumenti. in fi. vbi dixit, ꝙ ſicut ſufficit debitori offerre pecuniam in iudicio, ita ſufficit ſi in iudicio offerat compenſationem; quod eſt not.allegat l.Iulianus.ff.de condi. & demon.

209 Socius criminis non facit indicium ex eius aſſertione regulariter contra ſocium eiuſdem criminis, vt habetur per Cyn. & alios in l.fi.C.de accuſa. & per Dom. Anto. in c.1.de confeſ.& Pau.de Leaz.in c.grauis.extra de depoſi.& per Do. Alexan.in conſilio ſuo 313.incipien. viſo themate ante ſcripto. [In hac materia ſocij criminis vide Philip.Dec.in conſi. 342. incipien. in cauſa.in 1.& 2.colum.] Aliqua tamen ſunt delicta,de quibus ſocius criminis poteſt interrogari de conſocijs,vt notat Barto.in l.repeti. in §.his qui.ff.de quæſtionib. & Domi.Alexan.in conſi.69.incipien. viſa facti renunciatione.in fi.in 2.volum.& per Gand.in ſuo not.tracta.malefi. ſub rub.de quæſtio.& tormentis.in 4.colum.ver.nunc autem,de quo latè dixi in l.1.§. Diuus Antoninus. ff. de quæſtionib. & in repe.mea,l.fi.in 80.char.C.de probatio. Teneas tamẽ menti perpetuo,& nunquam obliuiſcaris,quòd in caſibus illis in quibus ſocius criminis poteſt interrogari de conſocijs tale dictum,ſeu diſpoſitio ipſius ſocij criminis nõ facit indicium ad torturam contra ſocium criminis, niſi contra eum alia ſint indicia. Ita ſingulariter dixit Guido de Suza.in tract.ſuo de tormentis.in 8.colu.in ver. ſed quid de quæſtione occurrenti.& idem voluit Salic.in l.fin.in fi.C.de accu.quem refert & ſequitur Domi.Alexan.in conſi.ſuo 313.incipien.viſo themate ante ſcripto.in 2.colum.& in conſi.ſuo 475.ſecundum ordinem meum incip.quoniam abundè.circa fi. vbi dicit, ꝙ hoc etiam voluit Ioan. de Imo.in c.1.de confeſ. idem etiam dixit Dom. Iaſ. in §.item ſi quis. in 5. colum. ver. duo etiam. Inſti.de actio.vbi dicit de hoc eſſe glo. not.in l.ſi quidem. & ibi Bal.C.de excep. vbi ipſe Bal. dixit, quòd iſtud alibi in iure non habetur. nemo tamen allegat Guido.de Suza. in dicto loco,cuius fuit originalis doctrina. de quo dixi aliquid in d. l.1 §. Diuus Antoninus. ff. de quæſtio.tene menti, quia non fallor,eſt verbum honoris,& vtilitatis plenum.

210 Iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt. l. iura ſanguinis.ff.de regu.iur. & Inſti. de nup. cum ſimi. & ideo iura generaliter prohibẽtia communionem cum excommunicato non compræhendunt coniunctos ipſi excommunicato.tex. eſt in c. quoniam multos. 11.q.3. & in c. inter alia. de ſenten.excommuni.& facit tex.in l.fin.ff.de recepta.vbi dicitur,quòd lex puniens receptantem bannitum non habet locum in receptante bannitum affinem, vel coniunctum. & tex.in l pen.ff.de poſtu. vbi dicitur, quòd quis non prohibetur aſſumere aduocationem contra rempublicam pro aliquo affine,vel coniuncto, licet pro alijs ſit ſecus, vt habetur in l.2,C.de aduoca.diuer.iudi.& vide no.verbum Ang.in Authen.quib.mod.natu.effi.legi.in §.1.circa med.& adduci poſſent alia plura & plura iura ad hoc propoſitum cumulata per Ludo.Roma.in l.1.in ius voc.eant, vel ſatiſd. & per eundem in repet. l.ſi vero.§.de viro.in 17 fallen. ff.ſolu. matri.& per Feli.in c.cum quidam. in pen. colum. de iureiuran. quæ hic non trãſcribo breuitatis cauſa. Sed ſolum addo vnũ ſingulare verbum, videlicet, ꝙ adeo eſt vera ſupradicta regula, ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ bannitus poſſit impunè occidi, attamen frater non poterit occidere fratrem bannitum impunè prætextu talis ſtatuti. iſta multum ſingu. dixit Do.Nellus in trac. bannito.in tertia parte ſecundi temporis,in q.53.incip. quæritur,duo ciues.vbi refert ita tenuiſſe D. Aegidium in quadã eius diſputatione. quod dictum pro valde not. refert & ſequitur Do.Bartho.Cępo.in conſi.ſuo 5. incip. Caſus talis eſt. in 5.colum.poſt princip. & etiam idem dixit ipſe Do. Nellus in dicto tracta. bannito. in ſecunda parte ſecundi temporis, q. 10.quem vide.& quem tenuit Dyn.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.liberto.ff.de adult.& refert Bar.contrarium tenens in l.minimè.ff.de relig. & ſump.fune. ſed Bart. non loquitur generaliter in omni bannito, ſed in bannito qui eſt hoſtis ciuitatis,per illũ tex.ideo ſecus eſt in alijs bãnitis.Et ſcias etiam quòd ſtante ſtatuto, quòd bannitus poſſit impunè occidi, quòd tamen vaſallus non poterit occidere impunè dictum bannitum. ita not.dixit Ang. in l.ſi adulterium cum inceſtu.

in §.liberto.ff. de adul qui etiã ponit,qđ in patre quo ad filiũ & econtra [Vide Iaſ.in repe.l.omnes populi.in vlt.char.in 2. col.ante fi ff de iuſti.& iure.]

211 Teſtes examinati a iudice incompetenti non faciunt fidẽ coram competenti,vt habetur in l.3.§.idem diuus.ff.de teſtib.& in l.fi.& ibi Bal.& Doc.C. de teſti.& in l.pe.in fi.C. de arbi.cum ſimi. Quod tamen limitat ſingu. Ludouic.Roma. niſi teſtes examinandi eſſent in prouincia remota a loco iudicij,& de eorum abſentia vel minore dubitaretur,nam hoc caſu neceſſitatis ratione & ne ꝓbationis copia peretat, arg. l.quoniam.C.de hære.poterunt teſtes coram iudice loci,vbi ſunt examinati. & facient fidem coram iudice competenti ſi abſentes fuerint vel mortui, ſi vero viuunt adhuc poterit noua examinatio fieri per iudicem competẽtem vel per alium de commiſſione ſua.ita not. dixit Ludouicus Roma. in repe.l.ſi vero.in §. de viro.in 72. fallen.ff.ſol.mat. alleg.tex. not.in d l.fi.C.de teſti.& quæ habentur in l.2.C.de naufra.li. 11.& alleg.D.de Rota,& alia de quibus ibi per eum.& dicit, quod ita intelligit Bar. in l.cum his.ff.de tranſac.dum tractat coram quo fieri debeat examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam.& vide D.Fel.in c.quoniam frequenter.in 6. col.poſt med.vt li.nõ conte. & in materia vide etiam quæ dixi in repe.mea.l.fi.C. de prob.in 37. char. in quæſtione illa, videlicet,an teſtes examinati parte non citata probent, & latius in l.1.in §.præterea.in 2.colũ.ff. de quæſtio. vbi latiſſime locutus ſum de neceſſitate & eius effectu. & vide quæ dixi ſupra.in ſing.24. incip. Clarum eſt in iure.

212 Communis omnium ſcribentium opinio eſt, quod ſi teſtis dicit vnum extra iudicium & aliud in iudicio,quod ſtatur dicto ſuo in iudicio ſolenniter facto & cum iuramento.c.1.& ibi per Bal. §.ſi enim domino. quid ſit inueſtitura. gl.& Doc.in c. cum cauſam de teſti.Spe.& Io. And.in tit.de teſte.§.1.verſi. quid ſi idem teſtis Bal. & Saly. in l. nullum. C.de teſtib.Bal. in l.geſta.in 2.col C.de re iudica. [Vide glo. in c.literas.in verbo purgauit. extra de præſump. & Barb. in conſi.59 incip Illud referam.in pe.col in 4 volum.]De quo late per Alex in conſil. ſuo.74.inci. Viſo teſtamento.in 15. col.in 1 volum.& in conſil 221 incip. Viſa facti narratione. in 5.col.in 2.volum.& per Bald in conſil. ſuo.251.incip. Licet aſſeſſores.in 5 volum. per Lud.Roma. in conſi.ſuo 105, incip Cum teſtis in prin.& per Bar. Ange.& alios in l.eos.ff. de fal.& per Bal.in c. per tuas.in vlti.col.de proba.& per Doc. in alijs locis relatis a Do. Alexand. in dictis conſilijs. Teneas tamen menti quod dictum teſtis extra iudicium eſt tanti effectus quod quando tale dictum extraiudiciale eſt factum poſt diſpoſitionem iudicialem,quod tunc iudex ad ſententiam ſecundum dictum iudicialiter factum procedere non debet,licet ſi iam eſſet lata ſententia ex hoc non poſſet eam reuocare, ita ſing. dixit Dom. Ant in c.cum in tua. extra de teſtib.quod dictum refert & ſequitur Dom. Franc.de Aret. in conſi.ſuo 71.incip. Diligenter & mature,in 4. col. in verſ. his tamen non obſtantibus Alex.in conſi.364. inci In cauſa appellationis.in 5.col.]Et in hac materia adde nota. verbum Abb.in c.inquiſitionis.§. tertiæ, circa med. verſic.& ex hoc poſſet.de acc.vbi dixit quod ſi teſtis forte vilis fortunæ dixit in præſentia partis potentis aliquid ꝙ veniebat in fauorem illius partis,ſi poſtea in iudicio iuramento præſtito dicit cõtrarium quod debet ſtari primo dicto, quia ſatis præſumi poteſt teſtem illud dixiſſe extra iudicium, vt placeret parti timens eius potentiam, ſed in iudicio metu iuramenti dixit veritatem,ſecus vbi talis præſumptio non ſubeſſet, quod dicit ibi Abb. fore bene menti tenendum perpetuo.

213 Via, quam quis elegit ſibi patere debet l.ſi mulier.§.fin.ff. quod met.cau l.ſi quis iuſiurandum.C.de reb. credi. c.gratum.ff.de offic. d eleg.c.ſolicitudinem.de app. cum multis vulg.& pro ampliatione huius regulę tene menti duo ſingularia dicta. Primum eſt quod ſi quis petit iuramentum deferri aduerſario caſu quo iudex nolebat eum deferre:tamẽ ex quo pars voluntarie petit tale iuramentum deferri aduerſario non poteſt poſtea reſcindere ſententiam ex nouis probationibus ſuperuenientibus.ita not.dixit Guil.de Cun.in l. admonendi.ff. de iureiur. quod dictum refert & ſequitur Barb.in conſi. ſuo 63. incip. Viſo puncto.in 3.col.in 3.volu. Secundum eſt,quod ſi ex pacto licet conductori recedere a contractu poſt menſem quandocunq; voluerit niſi fuerint ſibi ſeruata quædam promiſſa, illud quandocunq;,debet intelligi niſi poſt menſem fecerit actum per quem videatur ab illa facultate receſſiſſe, vt puta ſi petierit adimplere ſibi promiſſa. Ita ſing dixit Saly.in l.commiſſione,in fi.C.de pact. inter empto.& vendit. quod dictum pro aureo & ſingulari refert & ſequitur Do.Feli.in c.ſedes apoſtolica. in 12. colũ. de reſcrip.in verſi.faciat,&c.

214 Ad validitatem dicti teſtis requiritur inter alia iuramentum.l.iuriſiurandi C.de teſti.c tuis quæſtionibus, extra co. & ibi in c.nuper.& in c.item iuriſiurãdi.in 4.q.3. & in c.hortamur.3.q.11.cum ſi.[Vide inf.in ſing.434.incip. Alias tibi dixi]Et hoc non ſolum habet locum in teſte producto ab vna parte,ſed habet locum in eo cuius dicto ſtandum eſt de voluntate vtriuſq; partis vel vigore alicuius ſtatuti vel alterius diſpoſitionis,ſecundum Ang.in repe.l.ſi vacãtia. in 2.col C. de bo.vac.lib. 10.vbi ſingulariter dixit, ꝙ licet ex diſpoſitione alicuius ſtatuti ſtari debeat ſimplici verbo nuncij, non ſtabitur niſi primo iurauerit ante eius dictum,alleg.tex.nota.in l.Theopompus ff.de dote præleg. quod dicit eſſe vtile ad ſtatutum volens quod ſtetur ſimplici verbo accuſatoris de dãno ipſi dato quod ei creditur niſi primo iuret.alle l. qui bona.§.qui damni.ff de dam.infec.& in l. ſi quando.C.vnde vi. quam doctrinam refert & ſequitur D.Maria.in repe.c. qualiter & quando, el. 2. de accu.in 7 q 9.quęſtionis princ. de quo etiam per Dom. Feli. in c. ſignificaſti. el. 1. in fi. de homi. & in c. quia iudicante. in 1.col.de præſcri. [Vide Soci.in conſi.90.inci.Viſis in 4.col in 4.volum. Baueriam in 61. priuilegio iuramenti.[Pro quibus optime facit tex in c.1. circa med.extra de frigi.& malefi. coniuncto tex.in c. continebatur.de deſpõ.impub. & facit tex. in l.cõparationes.circa fi.C. de fide inſtr.& ibi dixi. Pro quibus faciunt dicta per Ioan.de Ana.in d.c.ſignificaſti.el.2.in 6.col.ver. Circa ſecundum de homi.Et faciunt optime dicta per Ang. & Pau de Caſt. in l. de pupillo.in §.qui opus ff. de ope. noui nunc. vbi dixerunt quod vbi committitur aliquid conſcientiæ alicuius per legẽ vel per principem,ſi vult commiſſarius quod eius ſententia valeat requiritur quod ad eius ſententiam iuret quod ita dictat ſibi conſcientia ſua,alias non eſt ſtandum eius ſententiæ.quod dictum refert & ſequitur Dom. Alex.in conſi.ſuo 217. quod incip. Viſis verbis dicti &c. in penul. col.verſi. ad prædictorum confirmationẽ. de quo dixi in repe. mea.l.fi. C.de proba.in 27. char. [& vide Alex. in conſi. 64. inci. Viſo proceſſu.in 6 volum.]Et in materia iſta ſeu iuramenti teſtis, tene menti quod etiam papa non poteſt diſpenſare quod teſtis in ferendo teſtimonio in iudicio non debeat iurare. ita ſingular.dixit Augſti.de Ancho. in lib. de poteſta. eccle. q.55.art.vlt. quia hoc eſt de iure diuino quod teſtis iuret, vt habetur Geneſis.51. quod dictum pro ſtupendo & canoniſtis incognito refert & ſequitur D.Feli. in c. conſtitutus,in 8. col.de reſcrip.vbi videas & vide quæ dixi in conſi.meo inci. Non auferas de ore meo verbum veritatis Domine in pen. char.[& vide omnino.d Ant.in conſi ſuo 21 incip.Viſo &c. in verbo,ad ſecundum.vbi ponit no verbum.]

215 Validum eſt argumentum de matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale.c.ſicut vir.7 q.1.c.quæ Chriſto 57.q.1. c.inter corporalia.de tranſla. epiſc. voluit Cardi.in cle.1.in §. quem etiam.in 3.q.de concei.præb. Vide tamen Bertha. in verbo,profeſſio.in.11.verſi. Et ideo dicimus quod quando mulier ingreditur religionem quod dicitur tunc matrimonium contrahi cum eccleſia ſeu cum Chriſto.d c.quæ Chriſto.cum ſi.[Vide in hac materia matrimonij,ſupra in ſig.147 incip.Filius præſens &c. & inf. in ſing. 347. incip. Matrimonium.] Et pro hac parte quod a pari procedat matrimoniũ carnale & ſpirituale,optime facit illa deciſio doctorum volentium quod ſi teſtator in teſtamento ſuo reliquit filiæ mille,ſi nupſerit, & ſex centum ſi religionem intrauerit, ꝙ ſi ipſa filia intrauerit religionem,tamen debebit habere mille ac ſi matrimonium carnale contraxiſſet,vt voluit Io.And. in addi.Spe.in tit.de ſtatu mona.ſuper rub.& D.An & alij in c.in pręſentia,de proba.in 20.colũ. & Bar in l.2.vbi vide Soc. ff.de his quæ pęnæ no.& Lu.Rom. in l.ſtipulatio hoc modo concepta.in 7.col. ver. venio ad idẽ.ff. de verb obli.& Abb. in repe.c.eccleſia ſanctę Marię.in 31 col. de conſti. & Albe. de Roſa.in 1.parte ſtatu.q.105.& ſeq. & Bal.in d.c. in præſentia, in 6 colum.ver. ſed quid ſi teſtator & Math.in nota.ſuo 52. quod incipit,no. ꝙ ſi teſtator. [& Iaſ.late in authẽ. ſi qua mulier.in 2 & 3.colum. de ſacroſan.eccle. & volunt alij plures doc.quos retuli in repe. mea rub.ff. de fideiuſ.in 20. col. vbi poſui hanc quæſtionem, & teneas menti quod adeo eſt verum quod validum eſt arg.de matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale, quod ſtatutum puniens aliqua pęna cognoſcentem mulierem nuptam haberet locum in cognoſcente monialem. Ita dixit quidam Dom. Dionyſius de Peru.in conſilio,ſuo 20.incipien. & ſi doctrina cæcum illuminet. quem refert & ſequitur Dom. Maria. Soci.in c.qualiter & quando.el.2.q.7.arti. pe.quos refert & ſequitur Do. Feli.in c non ſatis.de ſimo. licet iſtud dictum reprobet ipſe Dom.Fely. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti.in 2.colũ. Attamen opi. Dom. Maria.videtur communior & fauorabilior

bilior eccleſijs & perſonis eccleſiaſticis ac iuri diuino. quam opinionem etiam firmat Bald.in c. cauſam matrimonij.in vl ti.col.de proba.tene eam menti, quia eſt not.verbum.Adde tamen quod tale argumentum de matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale non procederet,vbi eſſet damnoſum vel contrarium eccleſiæ,per doctrinam Bal.in l.Deo no bis.C.de epiſc.& cle.Vbi dixit quod ſi maritus relinquit vxorem ſuam dominam maſſariam & vſufructuariam donec caſtè & honeſtè vixerit & vitam vidualem ſeruauerit,ſi ingrediatur monaſterium non perdit legatum, & tunc ceſſat dictum arg.de matrimo.carna. ad ſpiritua.quia eſſet contra eccleſiã.quod dictum pro ſingulari refert & approbat Dom. Fran.de Cre.in nota.ſuo.142. inci. Maritus reliquit & dixit iſtud dictum forte non eſſe alibi. Et ad ſupradictam materiã de matrimonio carnali & ſpirituali facit in arg.gl. in c.aut facta.in verbo, parentem. de pe.diſt.1. quæ dixit quod eadem pęna punitur occidens patrem ſpiritualem,qua punitur occidens patrem naturalem. quam glo. ad hoc refert & ſequitur Dom. Paris de Puteo in trac.ſyndi.in 16.char.in 3.co.[Vide omnino quæ dixi & quæ poſtea addidi in l. diuus Hadrianus.in fi.ff.de parrici.

216 Vbi agitur de his quæ concernunt commodum burſæ publicæ ſententia pro delicto lata contra vnum nocet tertio, adeo quod ſine nouo proceſſu vigore dictæ ſententiæ poteſt deueniri contra tertium qui ſe tueri nõ poteſt, ex eo quòd fuerit ad cauſam citatus. Ita habetur in l.1. C. vbi cau. fiſca.l.quiſquis.C.ad.l.Iul. maie.c.cũ ſecundũ. de hære.in 6.& not.plene per Bar.in diſputatione ſua incipien. Peruſinę Ciuitatis ſtatuto. & in l. cum filius. in princ.ff. de verb.obli. & per Bal.in l.1.C.ne filius pro patre.& in l.1.§.1.C. de bo. quæ liber.& per Bal.in addi.Spe.tit.de ſenten. prola.in 17.colũ. & per Saly.in l.ſi filius.C.ne filius pro patre.& per Canoni.in c. quamuis. de re iudi. Teneas menti quod etiam in caſu iſto ſententia nulla validata per reſcriptum principis nunquam nocet tertio.Ita multum ſingulariter dixit Do. Alexan.in cõſil.ſuo 358.ſecũdum ordinem meum,incipien.In cauſa quæ vertitur inter agentes.in 3. colum. quod dictum pro valde not. refert & ſequitur Dom. Felyn. in c.quamuis. in vltimis verbis. de ſenten. & re iudi. quod dicit eſſe proprie notan. propter commiſſiones Papæ ſanantes ſæpe nullitates ſententiarum.

217 Ter vel quater iam retroacto tempore conſului & etiam quandoq; allegaui in voce & continue obtinui in hoc, videlicet quod quoties occiſus ſeu interfectus non habet niſi vnicum vulnus, & plures fuerunt in rixa, vel mortuus habet minora vel pauciora vulnera quàm fuerint numero homines contra eum in rixa, quod neſcitur ex quo vulnere ſit mortuus uel neſcitur quis ipſorum rixantium intulerit vulnus vel vulnera, tunc propter incertitudinem nemo ipſorũ rixantium debet puniri pęna mortis. & hoc per regulam.l. abſentem.ff. de pœnis. vbi melius eſt nocentem abſoluere quam innocentem condemnare. Ita voluit gloſ. multum ſingularis in l.item Mela. in §.ſi plures.ff. ad leg. Aquil. quã gloſ.pro ſingulari refert & ſequitur Dom.Alexan.in conſil. ſuo. 237.incipien. Ponderatis narratis in themate. in 3. columna, & dicit quod dictam gloſ. ſecutus eſt Dy. conſulendo, quod conſilium Dy.refert & ſequitur Pet. de Ancha.in conſi.ſuo.217.inci.In Chriſti nomine,nos Bartholomeus de Salyceto. Et idem quod voluit Specu. in titu de homi.§.1. verſi.pone quod quatuor homines.Et idem quod nemo in dictis caſibus puniatur pęna mortis, tenuit Ioan. de Ana. in c.ſignificaſti.el.2.in 24.columna, de homi. & Domi. Alexan. in conſi.ſuo.15.incipiẽ.Viſo proceſſu inquiſitionis. in 5.& 6. colum.in 1.volu. vbi allegat hanc partem tenuiſſe Gandi. in ſuo tracta.malefi ſub rubric.de homici.& Ludouicum. Roman.in conſilio.401.incip.Eo propoſito. Et idem tenet Bal. in conſi.ſuo. 72. incip. Præſuppoſito quod in ciuitate. in 5. volum. vbi remittit ſe ad dicta per Specu. in titu.de homi. in dicto verſi.Sed pone quod quatuor homines. & in conſi. ſuo 311. incip. Quidam rumor &c. in 3. volu. Idem tenuit Raph.Cuma.in conſi.ſuo 134.incipien. Viſis.in 2.col. & Bal. in reper.ſuo,in verbo, vulneratus pro vulnere. in primo ver. vbi allegat d.gloſ.in d.§. ſi plures. quam ibi dicit ſingularem & alibi non reperiri. & idem dixit ipſe Bal. in d.reper.ſuo in verbo,homicidium. in 6.ver. Et idem firmat Dom. Alexan. in conſilio ſuo 262.incip.Ponderatis &c. & in conſi.390. incipien.Copioſe. & idem tenet Spec.in tit.de diſpen.in §. iuſta.in penul.col.verſic.quod ſi aliquis in rixa.& ibi Ioan.And. remittẽs ſe ad Spe.in d. verſic. Sed pone quatuor homines. & idem etiam tenet Do.Fel.in c. ſignificaſti el.2.de homi. in 3.colu. Pro qua opi. facit gl.in l.1.in ver. ſibi domino. ff. ſi quadrup.paupe.feciſ. dica. & gloſ.in c. nolite.11.q.3.& gloſ. in c.quieſcamus.42. diſt. Et faciunt etiam dicta per Alb. de Roſa.in tertia parte ſtatu.q.61.inci.Item quæritur quinq;. & dicta per Do. Feli.in c.dilecti filij.in vlti.col. de excep. & per me in conſilio meo.12.incipien. Illud in medium.vbi conſului ſuper hoc dubio pro hac parte. de quo etiam late dixi in l.a vobis quoque.in 3.char.ff.de annu.lega.dũ poſui materiã incertitudinis,& in repe. mea rub.C.de prob.in eadẽ materia incertitudinis.Ex quibus ſatis conſtat quod propter incertitudinem, quia neſcitur quis intulerit vulnus, nemo vt dixi poterit puniri ad mortem, nec aliquis eorum eadem ratione poterit torqueri ad veritatem inueſtigandam quã do aliqua indicia non ſunt magis contra vnum quàm contra alium, ne innocens indebite pro nocente torqueatur Sed omnia prædicta tamen ſingulariter limita & reſtringe ſi vnus ipſorum qui fuerit in rixa ſit malæ conditionis & famæ,vt quia alias commiſit ſimile delictum ſeu intulit ſimile vulnus,quia hoc caſu non obſtante incertitudine poterit ad veritatem eruendam ille talis torqueri. Ita multum ſingulariter & mirabiliter dixit Saly. in l.ſi.in vlt. columna, in verſiculo,Quæro an ſufficiat.in fi.C. de quæſtio.& idem videtur velle Guido de Suza.in tracta.ſuo de tormen.in 4. columna, verſic. Quæ & qualia indicia,circa fi. [Pro hac doctrina facit in ſimili not.verbum Catal. in tracta. ſuo ſyndi. in verſiculo, 541.incip.Adde quia ſæpe &c.in fi.2.col. illius verſi. vbi dixit quod fuga facit indicium contra fugientem quando ipſe fugiens eſt alias malę vitę & conditionis,alias ſecus.] Tene menti quia verbnm aureum & ſingulare, ex quo multum honoris & lucri acquirere poteris in contingentia facti ſi eris Aduocatus partis offenſæ, nec apud aliquẽ antiquum vel modernum ſupradicta, ita diffuſè & copioſè inuenies. Item limita etiam prædicta alio modo, ſcilicet quod nemo punitur pęna mortis in dicto caſu propter incertitudinem, quod eſt verum quando conſtat iſtos rixantes ſeu percuſſores non habuiſſe animum occidendi, vt puta quando talia vulnera fuerunt facta in rixa & non appenſate & data opera, ſecus autem ſi conſtaret eos tractaſſe inſultare, & percutere, & occidendi animum habuiſſe tunc ex voluntate quam habuiſſent, & poſtea ex facto ſubſecuto omnes ad mortem condemnarentur.Ita ſing.dixit gloſ. Bar.& Ange. in l.fin.ff. de ſicar.& ibi ego dixi.& voluit Gandi. in tracta. ſuo malefic.ſub rub.de homicid.in 3.col. ver Pone quæſtionem quam ego multoties vidi,circa med.vbi ſatis plene examinat hanc quæſtionem.& pro limitatione iſta adducit aliqua de quibus ibi per eum, tene menti rogo, quia iſta vere non ſunt vulgaria nec paruipendenda. Et pro prima limitatione ſuperius data faciunt optime quę dixi ſupra.in ſing.74.in ci.Tu habes regulam,vbi plura not.digna adduxi circa illam regulam, qui ſemel eſt malus,ſemper præſumitur malus &c.

218 Regulam habemus in iure clariſſimam & vulgatam, ꝙ in dubijs,obſcuris, & ambiguis ſemper debemus inclinare in mitiorẽ & benigniorem partem, vt in l. ſemper in obſcuris.ff.de regu.iur. & in l. factum cuiq;.§.ſi eod.tit. & in regula,in pęnis.de reg.iur.in 6.cum multis ſimi.ibi in glo.alleg. & in c.eos vero.50.diſt.& in l.merito.ff.pro ſoc. & in l.Arrianus.ff.de actio.& oblig. de quo latiſſime locutus ſum in repe.mea.l.fin.C. de proba.in 6.char.& in ſeq. ibi. vbi ad iſtud propoſitum adduxi forſan.70. notabiles doctrinas,de quo etiam per Iaſ. in l.fructus,in.3.colum.verſi.Tertio adde cum verſi.ſequẽ.ff.ſolu.matri.[Et facit quod voluit Bal. in c. duobus.in 1.col.verſi.quid ſi iudices. de re iud.vbi dicit quod in teſtibus pari numero diſcordantibus præualet benignior pars.& Dom.Feli.in c. aduerſario tuo.in 3.columna, per totum.de exce.]Sed ſcias tamen quod iſta regula non eſt ſemper vera, ſed fallit in aliquibus caſibus multum ſingularibus quos perpetuo tene menti,nam primo fallit regula quando dubitatur,an vulneratus ſit mortuus ex vulnere,& ſuper hoc ſunt examinati plures medici qui diuerſimode deponunt & ſunt in diuerſis opinionibus, nam hoc caſu iudicatur contra percuſſorem,& ſic in duriorem partem. Ita nota.dixit Bal.in c.1.in princ.in 6.colum. quib. cau.feu. amit. & Do. Feli.referens Bal.in c.præsbyterum. in 1.col. in fi.de homici. & Domi.Cataldinus in ſuo tract. ſyndi in ver.287.incip. Adde ꝙ quando.pro quo mihi videtur tex.formalis in c. ſignificaſti.el.2.in §.fi.de homi.& illud dictum Bal. etiam refert & ſequitur Dom.Barth. Cępo. in conſil. ſuo. 62. incipien. Magnifice.in vlti.colum. licet nemo ad hoc alleget illum tex.in d.c.ſignificaſti [Adde tamen quod contrariũ tenet Bal. in conſilio ſuo 195.incip. An vulnus, in 1. volumi.in duobus locis illius conſilij, & Raph.Cu.conſilio.134.incip. Viſis.in 2. columna,ante med.& Soci.in conſil.138.incip. Primo aſpectu.in 3.colmnna,ſed cum Bal. tenet Flo.in l. ſi vulneratus.ff. ad leg.Aquil.] Alius caſus videlicet,quando reperitur confeſſio rei

272 In hac inclita ac regia ciuitate Bononiæ mihi patria amęniſſima, hactenus fuerunt, & de præſenti ſunt, aliqui procuratores doctiſſimi in vtraque cenſura, qui non dubitant cum quocunque peritiſſimo viro allegationes iuris oretenus, & etiam in ſcriptis facere. Adeo quod ſi vera loqui fas eſt aliqui procuratores huius ciuitatis ſunt Doctores aliquorum Doctorum, aliquarum ciuitatum Italiæ, & aliarum prouinciarum, & inter alios eſt hic ſer Melchion de Zanitis procurator, vir profecto magnæ practicæ & ſcientiæ, qui proximis diebus elapſis allegando in quadam cauſa dixit ſing. verbum quod non memini ab alio nec Doctore, nec procuratore viuo audiuiſſe, videlicet, Tu ſcis quod ſi deduco vnam cauſam in libello, & poſtea probo de alia ſuccūbā l. habebat. in prin. ff de inſti. & habetur in l. 1. ff. ſi men. fal. mo. dixe. per Bar. in l. 1. in prin. in 2. col. in ver. veniamus ad cauſam. ff. de eden. & per Inn. in c. ex parte de priuileg. hoc tamen limitatur ſingulariter, niſi cauſa ipſa eſſet cognoſcenda de æquitate vel ſola facti veritate inſpecta, nam tali caſu, licet actor in libello deduxerit vnam cauſam & probauerit de alia cauſa, debebit obtinere, ad quod allegauit Bart. hoc expreſſe dicentem ſi eius verba recte ponderentur in l. Aemilius. in 2. col ff. de mino. & Do. Alex. hoc idem clarius dicentem in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. in 5. col. ff de ver. obli. nō tamen allegat Bar. in d. l. Aemilius. ſed allegat hoc voluiſſe Do. Ant. in conſ. ſuo inci. Viſo dicto puncto. & Io. And. in addi. Spe. in tit. de act. & peti. in §. ſequitur. ſuper verſi. hoc quoque. & Bar. in trac. ſuo ad reprimendum. in verbo, ſine figura, & alios de quibus ibi per eum, quæ doctrina eſt nota. non fallor. & eam addere poteris ad materiam clauſulæ, ſola facti veritate inſpecta, de qua per Doc. in clem. ſæpe. de verb. ſigni. vbi per Lanfran. in 2. colum. & per Imo. in c. dilecti. de iudi. & per Bal. in l. nemo. C. de ſen. & in c. 1. §. inueſtitura de noua for. fidel. & per Bar. in trac. ad reprimendum. in verbo, ſummarie. & per Bart. in repe. l. ne quicquam. in §. plane. ff. de offi. proconſu. & in l. iudices. C. de iudi. & per Lud. Rom. in conſ. ſuo 20. incipien. Viſo puncto. in 2. colum. & in conſilio 59. incipien In caſu propoſito. ante fi. [Vide omnino Domi. Philipp Decium in conſilio 11. incipien. quoniam. in vlti. colum. & Alexan. in conſilio 114. incipien. viſo proceſſu. & in vlti. colum. in 6. volum. & Socy. in conſi. 105. incipiē. viſis teſtibus. in vlti. colum. in fi. in 4. volum.]

273 Notiſſimum eſt in iure quod vnus teſtis dōponens de re ipſa de qua agitur, facit ſemiplenam probationem, vt voluit Bar. & alij in l. admonendi ff. de iureiur. & in l. bonæ fidei. C. eo. tit. cum ſimi. Et habens vnum teſtem, & ſic ſemiplenam probationem poteſt petere a iudice ſibi deferri iuramentū in ſupplementum probationis, & iudex tenetur illud ſibi deferre regulariter, vt tenent omnes ſcribētes in dictis iuribus. Attamen teneas menti ꝙ iſtud non procedit nec locum habet in illo qui pro ſe examinaſſet vnum teſtem qui eſſet ſpurius, quoniam non deferretur ſibi iuramentum in ſupplemētum. & ratio eſt, quia ſpurius cenſetur infamis, & eius fides non facit ſemiplenam probationem. Ita dixit Lud. Rom. in d. l. admonendi. quod dictum ibi refert & ſequitur Domi. Ioan. Baptiſta de Caccialupis, in 17. char. in 1. colum. verſicu. 15. fallit. ad quod allegat etiam Azo. in ſumma in tit. de natura. liber. & Bal. in l. 1. C. de iure aureo annulo. & alios de quibus ibi per eum. Et ſubdit ipſe Do. Ioan. Baptiſta, vbi ſ. in ver. 26. eadem ratione idem eſſe in ſpurio petente ſibi deferri iuramentum quando probauit per vnum teſtem, quia in hoc iuramento ſibi deferendo fungitur vice teſtis & tanquam infami tale iuramentum non eſt ſibi deferendum, & allegat ea quæ dixi in dicta repetitione dictę l. in 12. fallentia. [Vide Domi. Philip. Decium in conſi. 37. incipien. in cauſa. in 4. colum. circa princip.] & ſubdit poſtea ipſe in verſicu. 27. ibi ſequen. quòd eadem ratione idem erit in fœneratore, cum ipſe ſit infamis, vt in l. improbum. C. de infami. [& ibi vide Pau. de Caſt. & Alex. in conſi. 93. incip. repetitus, in 1. colum. in 6. vol.] Et per Cyn. in l. ſi quis ad declinandum. C. de epiſco. & cleri. & in l. 1. C. dę ſum. trin. & fide catho. & in l. Caſſius ff. de ſenato. Et ideo conſequenter dicit ꝙ ſi vnus teſtis erat fœnerator quem ego produxi, vel ego qui volo iurare ſum fœnerator non deferretur mihi iuramentum. Ita dixit in indiuiduo dixiſſe Bal. in l. qui accuſare. C. de eden. quod dictum ſecundum eum ſequuntur ibi Moder. & in d. l. admonendi. Pro quo dicit benefacere q.p. dixit Matthę. in no. ſuo 50. & D. An. in c. Raynutius. de teſta. vbi dicunt ꝙ inſtituto fœneratore videtur inſtituta turpis perſona, ad finem vt teſtamentum fratrum poſſit expugnari per fratrem præteritū, de quo in l. fratres. C. de inoffi. teſta. Ego autem ſupradicta de ſpurio ampliabam vno modo, poſtea limitabam aliquibus modis. & primo ampliabam procedere ſuperius dicta nedū in ſpurio merè & de facto ſpurio, ſed etiam in ſpurio legitimato, quia ſpurius etiam ſi ſit legitimatus eſt infamis. Bal. in l. generaliter. C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſub condit. fact. pro quo facit quod voluit idem Bal. in c. fi. in 2. col. de tranſla. epi. vbi dixit ꝙ ſpurius legitimus eſt aſſimilatus homini medicato a morbo remanente aliqua cicatrice, & facit etiam gl. no. in c. conſtituit. 17. q. 4. quæ voluit ꝙ infamia remanet apud infamem extincta cauſa infamiæ. Ideo dicit ꝙ Iudæus in caſu in quo non poteſt eſſe teſtis cōtra Chriſtianum non poterit etiam eſſe teſtis contra eum ſi efficiatur Chriſtianus & ſic poſt baptiſmum, quem tex. & glo. allegauit pro ſingu. Ludo. Ro. in ſingulari ſuo 697. incip. Veniamus ad lucrum panis. Et facit glo. not. in l. qui cum vno. in §. ignominia. ff. de re mili. quæ dixit ꝙ periurus etiam poſt peractam pœnitentiam non poterit eſſe teſtis ſicut nec antea poterat. quam glo. ad hoc allegat Bal. in l. Lucius. in fi. ff. de infami. & facit etiam, nam inimicus etiam poſt pacem factam non poteſt eſſe teſtis cōtra illum cum quo habebat inimicitiam. Ita dixit D. Alex in cōſ. ſuo 99. inci. In cauſa inquiſitionis pro quo allegat bonū tex. in c. accuſatores, el 1. 3. q. 5. de quibus latius dixi ſ. in ſing. 507. inci. Priuilegium dignitatis. vbi videas. Limito tamea prædicta de ſpurio non procedere, nec locum habere in ſpurio, alias bonæ conditionis vitæ & famæ, nam propter bonitatē & legalitatem perſonæ receditur a regulis iuris communis, per glo. ſingu. in l. Titio fundus. ff. de conditio. & demonſtr. de quo late dixi forte vltra omnes in l. 1. §. ad quęſtionem. poſt princip. ff de quæſtioni. & in repeti. mea l. fina. C. de probatio. in 3. char. Limito etiam iſtud non procedere in ſpurio effecto religioſo, nam ſi talis deponit pro aliquo facit ſemiplenam probationem, adeo ꝙ poterit deferri iuramentum parti pro qua depoſuit. Ad quod dicendum moueor ex no. doctrina Guliel. de Cun. in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. quem ibi refert & ſequitur Bal. vbi ſingu. dixit ꝙ per ingreſſum religionis filius ſpurius efficitur legitimus. quod dictum refert etiā & ſequitur Ludouic. Roma. in repeti. authen. ſimiliter. in 7. priuilegio. C. ad l. fal. & Domi. Fely. in c. teſtimonium in 11. col. in ſi. extra de teſti. & in c. ex tuę. de ſimo. ī 1. col. circa me. de quo dicto feci mentionem in repe. mea rub. ff. de fideiuſ. in 12. q. loquendo de dignitate ordinis clericatus. Moueor & pręterea per ſingulare verbum Io. de Imo. in c. cum R. de offic. deleg. vbi dixit ꝙ licet frater non poſſit eſſe teſtis pro fratre, vt in l. parentes. C. de teſti. cum ſimi. tamen iſtud fallit in fratre religioſo. nam talis frater admittitur ad teſtificandum pro fratre, quod dictum refert & ſequitur Barba. in dicto ca. cum R. canonicus in 5. col. de quo dixi ſimiliter in d. mea repe. rub. de fideiuſ. vbi ſ. Et pro hac limitatione faciūt optime quamplura per me accumulata circa dignitatē clericatus ſeu religionis in d. rub. in 12. q. quę videas. Limito ēt prędicta de ſpurio nō habere locum in ſpurio nobili & magnę cōdōnis & excellentię, vt puta in filijs ſpurijs principū vel regū, & ſimiliū. nā tales propter dignitatem & nobilitatem perſonarū ſuarū faciēt ſemiplenā probationē ex dicto ſuo, adeo qđ poterit deueniri ad declarationē iurī in ſupplementū probationis. Ad quod dicendū moueor, primo per text. in c. nobiliſſimus. 97. diſ. vbi creditur verbo ſimplici legati ſine oſtenſione literarum de ſua legatione propter nobilitatem perſonæ ſuæ. Et illum tex. ad hoc allegauit Ange. in l. quęcunque. § fina. ff. de publica. Moueor etiam per text. not. in l. filiusfamil. ff. de dona. in §. nonnunquam. vbi habetur is prohibitio donationis factæ regulariter filijsfam. non extenditur ad filiosfam. ſenatoris vel alterius dignitatis, & hoc propter dignitatem perſonæ. quem tex. ad hoc multum notat Ang. in l. obligatione generali. & ibi dixi legendo. ff. de pig. pro quo facit ſing. verbum Pau. de Caſt. quod retuli. ſ. in ſin. 114 inci. vulgatū & tritū eſt. quod nō refero breuitatis cā. de

quo etiam feci mētionem in l. 1. §. ad queſtionem, circa me. ff. de queſtio. Et facit optime no. verbum Bal. in l. exemplo. in fi. C. de prob. vbi dixit, quidam Card. tanquā legatus de latere aſſerit ſe habere certas ſpeciales commiſſiones, puta ad legitimandum vel reſtituendum famæ, & ꝓceſſit ad executionē illarum, tamē literæ apoſtolicæ de mādato nō apparēt, & iō reuocatī in dubio qđ factū eſt. querit quid iuris? in quo ipſe Bal. reſpōdet ꝙ ſi publice fecit hmōi actus nō ſemel ſed pluries, præſumitur ꝙ habeat mandatū quod aſſerit & valēt geſta, nō rōne cōis erroris, ſed rōne pſumptæ veritatis & aſſertione talis & tāti viri, allegat no. in c. cū ex literis. de reſti. in integ. in nouel. qđ dicit eſſe mēti tenendū, ꝓ quo faciūt optime dicta per Sal. in l. 1. ff. de mā. princi. & facit quod voluit D. Fely. in c. quia veriſimile. in prin. vlti. col. de præſum. vbi no. dixit ꝙ licet nō credatī teſti deponēti nō veriſimile per illū tex, & q̄ ibi habentī, tamē hoc nō ꝓcedit in teſtibus valde dignis, quia tales teſtes tantum probant quantum teſtes alias idonei cū fama, qđ dicit eſſe ſing. not. [Vide Iaſ. in l. iubemus. in 2. & 3. col. C. de iud.] Quibus ēt addi pōt dictum Alb. de Roſ. in l. addictos. C. de epiſc. audientia. Et Bal. in l. addictos. C. de appella. quos refert & ſequitur D. Barth. Cep. in caute. ſuis, caut. 2. nā tu ſcis quod eximens de manibus familiæ aliquem reum criminis ꝙ punitur crimine legis Iuliæ maieſt. & ſic pena mortis, vt dixit Bar. in l. cuiuſq;. ff. ad l. Iul. maieſ. & eadem pena punitī qua veniebat puniendus ille exemptus, vt hī in l. 1. C. de his qui latro. occulta. quem tex. ad hoc alleg. Bar. in l ſi quis in fi. ff. ne quis eum. de quo latius per Alex. in conſ. ſuo 35. incip. viſo themate. in 2. col. 2. vol. Sed hoc fallit in Cardinali, nam quando reus criminis ducitī ad iuſtitiā & obuiat alicui Cardinali, tunc ipſe Cardinalis pōt illū reū auferre de manibus familiæ, & familia nō dēt ſibi facere aliquā reſiſtentiā, ſed ob reuerētiam ipſius Cardinalis eū ſibi tradere. [Idē dixit Bal. in reper. ſuo in ver. priuilegium. circa fi. & Iaſ. in rub. C. ne lice. potē. Ita dicit Alb. in d. l. addictos. ſe audiuiſſe in Romana Curia, licet hoc de iure non reperiatī cautū. qđ dictum ibi refert Pau. de Ca. in fi. dicens ꝙ iſtud dictū eſt vbicūq; diuulgatum. Ex quo dicit ꝙ tpe quo erat Curia Romana Florentiæ cauebant rectores & Cardinales non ire per loca per quæ criminoſi ducebantī. Et ſic per iſta limitabā dicta de ſpurio nō habere locū in ſpurio nobiliſſimo, & digniſſimo, ꝓ quib. optime faciūt q̄ dixi de teſtibus legaliſſimis in l. 1. §. ſi quis vltro. poſt prin. ff. de queſtio. Potes ēt limitare prędicta nō habere locū vbi nō poſſet alia probatio haberi. nā tunc admitterētī ipſe ſpurius ꝑ ea q̄ dixi in repe. mea l. fi. C. de prob. in 5. char. circa prin. & s̄. in ſing. 73. inci. plures. Vltimo circa hanc materiam ſpurietatis ſcias ꝙ ſi aliquis notarius ſpurius, fuit notarius alicuius cauſæ ſcripſit proceſſum, & fuit rogatus de geſtis in cauſa a partibus & a iudice. & iſta fecit ad banchū iuris tanquam notarius banchi publici, ꝙ talis proceſſus non valet, ſed corruit & non facit probationem. Ita multum notanter dixit D. Ale. in conſ. ſuo 80. inci. examinato proceſſu. in 1. col. in 2. vol. ad quod adducit Bar. hoc in terminis dicentē in l. eadē. ante fi. ff. ad l. Iul. repetū. vbi dicit ꝙ infamis & ſic ſpurius non poterit exercere aliquod officiū publicū puta ꝙ eſſet notarius ad bāchum iuris. & alle. no. in l. 2. ff. de his qui no. infa. de quo latius per D. Alex. in d. conſ. ſuo, qđ profecto eſt ſingulare verbum, quia poterit facere corruere infinitos proceſſus factos per notarios ſpurios ad banchum iuris. Ego in officijs quæ fere per totam Italiam habui ſemper ad bāchū meum iuris vnum, & quādoq; duos notarios ſpurios habui qui erant rogati de oīb. ꝓceſſib. agitatis corā me & iudicib. ſeu aſſeſſorib. meis, & partes ſꝑ tacuerūt. Ego quoq; tacui ne repellendo eos facerem eis iniuriam dicendo eos eſſe ſpurios & ſic infames: nam, vt s̄. in prin. dixi, ſpurij ſunt infames infamia facti, vt etiā dixit Bal. in c. 1. §. naturales. in 2. col. ſi de feu. fue. contro. & D. Alex. in conſ. ſuo 2. inci. viſis codicillis. in 4. col. in 1. vol. vbi ad hoc alleg. Azo. in ſumma. C. de infa. circa prin. & idem dixit ipſe D. Ale. in conſ. 25. inci. Circa primū dubium. in 3. col. in eo. vol. & in conſ. 67. inci. Cōſideratis &c. in 7. col. in eo. vol. & in conſ. 94. inci. Conſideratis &c. in 4. colum. in eo. vol. & in conſi. 80. incip. Examinato proceſſu. in 1. col. in 2. vol. Teneas etiam menti in hac materia delationis iuramenti ꝙ periuro non deferetur iuramentum in ſupplementum probationis, ſecundum Doc. in c. in c. fi. de iureiur. quos refert Soci. in conſ. 136. inci. Præſtantiſſime. in pen. col. pro quibus facit regula, ſemel malus, cum ſimi. & faciūt quæ late dixi in l. maritus. in 6. & 7. colum. ff. de quæſtioni. Tene menti prædicta, quia facient tibi honorem, & fructum dabunt in tempore opportuno, & forte iſta alibi reducta non inuenies, ni fallor.

274 Licet regulariter ea q̄ ſunt nulla nō ſint in cōſideratione, & aliqd nō operentī, vt habetī in l. 4. §. condēnatū. ff. de re iu. & in l. nō putauit. in §. nō q̄uis. ff. de bo. poſ. ꝯtab & in l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. cum multis ſimi. [Vide Iaſ. in l. licet. C. de ꝓcur. & ꝙ nulla & inualida ſint in conſideratione & operentur vide Lud. Rom. in conſi. 483. incip. Saluatoris ſuffragio. in 2. col. verſi. 3. quia videmus &c. vide infra in ſing. 431. inci. dixi tibi &c. & vide omnino Alex. in conſi. 183. inci. in cauſa & lite. in 3. col. in 6. vol. Abb. in conſi. 38. incip. in quæſtione &c. in 2. col. in verſi. nec obſtat ꝙ dictus &c. in 3. vol.] Attamen teneas menti perpetuo vnum caſum in quo nullum & inualidum operatur magnum effectum. Nam ad hoc vt tertius cōparens merito ſit audiendus tanquā ſua interſit, ſufficit quod de iure ſuo doceat apparenter, licet excipiatur vel replicetur de nullitate ipſius iuris ſui, vnde ſufficit probare ſe electum licet ſtatim dicatur electionem nullam, vel non canonicam. Ita ſing. dixit Inn. in c. veniens. el 2. ſuper verſi. intentionem. de teſti. ex quo dicto dicit ibi Cardi. ꝙ cum quidam fratres venirent vt tertij, & probaſſent in primo congreſſu de quadam vnione, debuerunt audiri, licet ſtatim diceretur inualida. Et ita dicit obtinuiſſe Florentiæ claudendo per illud ora allegantium, quod dictum dicit ipſe eſſe ſignandum cū centum manibns. Quod dictum & omnia quaſi ſupradicta ponit D. Fely. in c. cum ſuper. in 7. col. verſi. ad hoc vt tertius. de re iudi. ad quod etiam alleg. D. Cardi. in conſ. ſuo 70. incip. In cauſa fratrum omnium ſanctorum. vbi loquitur in materia, non tamē allegat dictū Inn. & alia etiam adducit ibi D. Fely. pro hoc dicto de quibus ibi per eum. Sed latius etiam iſta ponit ipſe D. Fel. in d. c. veniens. el 2. de teſt. in 5. col. in ver. quinta conclu. vbi dicit ꝙ dictum Inn. ſequitur Spe. in ti. de. off. iudi. in §. poſtremo. & Bar. in l. a diuo Pio in §. ſi ſuper reb. ff. de re iud. & Car. in cle. 1. de re iud. Et ibi ēt ipſe D. Fely. ampliat doctrinam Innoc. & ſequacium, quem vide. Teneas menti prædicta ad impedien. execu. ſententiarum, quoniam poteſt ſæpius occurrere in facto vt ſuperioribus diebus occurrit dū ego eſſem iudex mercantiæ hic Bononiæ. [Et adde hic ꝙ licet confeſſio facta coram iudice incompetentiæ regulariter non noceat, vt habetur in l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. om. iud. tamen talis confeſſio facta coram incompetenti operatur ꝙ confitens talis non poterit variare coram competenti. ita dixit Inn. in c. per inquiſitionem. de elec. quem refert & ſequitur Ang. in l. quæro. in §. ſeruum. ff. de ædil. edic. & vide omnino not. verbum Alex. in conſi. 459. incip. in cauſa &c. in vltimis verbis.]

275 Statui omnino te docere ſingulare verbum paucis, crede mihi notum, per quod poteris immenſum honorem & gloriam, necnon magnas pecuniæ quantitates conſequi. Ideo attende, Nam ſi iudex maleficiorum format contra furē inquiſitionē de furto dicens in ea inter cætera ꝙ ipſe fur acceſſit tali tpe ad domum talis, puta Titij, & furto ſubtraxit veſtē vel pecuniā, vel aliquid aliud quod pertinebat ad ipſum Titium, certe hoc caſu nō procedit ipſa inquiſitio ſed corruit, ſed neceſſe eſt vt dicat ꝙ talis res furata pertinebat ad Titiū iure dominij vel quaſi, alias ſi ſimpliciter diceret ꝙ ad Titiū pertinebat non procedit inquiſito vel accuſatio, quoniā illud verbū pertinere, latiſſime ſumitī & ēt cōprehēdit eū cui debetur actione perſonali, vt habetur in l. verbū pertinere. ff. de ver. ſig. & ideo non cōpeteret accuſatio, vel inquiſitio ꝓ furto, & ſic debet ſequi abſolutio. Ita ſingu. & mirabiliter dixit D. Maria. Soci. in conſ. ſuo 6. inci. Omnipotens Deus. aliter inci. Viſis & diligenter. in 2. col. vbi dicit ꝙ ita ſing. conſuluit Bar. in conſ. ſuo. 154. inci. vī dicēdum dictos accuſatos. & hoc per no. in l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtō lib. eſſe iuſ. fue. & per Cy. in l. ſi abducta. C. de fur. [Et pro hac parte faciunt quæ dixit Ang. de Are in trac. malefi. in verbo, & veſtem celeſtem. in pe. col. in ver. & aduertas bene quia in inquiſitione &c. vbi omnino vide. & Iaſ. in l. licet inter priuatos. nu. 15. C. de pac.] Tene menti rogo, quia poteris euadere mille inquiſiſitos vel accuſatos de furto a pena mortis. nam ſępenumero in accuſationibus vel inquiſitionibus de furto omittuntur illa verba, iure dominij vel quaſi, vt docet experientia. Vide tamen dictum Ang. in l. 1. §. interdictum. ff. ſi pars hæred. petatī. qđ vī deſtruere prędictā doctrinā, ſi bene ponderetī, & vide quæ dixi in practica mea cauſarum criminaliū in illo dubio, videlicet an ſit neceſſe ꝙ ante omnia cōſtet iudici inquirēti de nomine offenſi, vbi plura adduxi. & vide ēt omnino Ang. in l. falſus. in §. qui alienum. in ver. in tex. ibi nihil &c. ff. de fur. & vide ēt de iſto verbo, pertinere, Abb. poſt D. Ant. in c. 1. in 4. col. de cauſa poſ. & proprie. & in c. cum contingat. in prin. de decimis. & vide D. Fel. in c. inter dilectos in 2. col. de fi. inſtru. vbi plura dicit de hoc verbo,

276 Parū & nihil ęqparantī. c. licet cauſam. §. quaquā. in verbo, nulla vel modica. extra de prob. & probatur Inſt. de l. Fal. circa prin. in ver. ꝓ nullo aut minimo lucro &c. [Vide Barb. in cōſ.

74. inci.

64.incipien.ſcripſit &c.in 1.col.in 4.vol.& omnino Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.in 2.col.ff.de vſucapio. & Iaſ.omnino in l.ſciendum.in 3.& 4.colum. ff. qui ſatiſ. cog. vbi adhuc plura no.dicta in hac materia, ꝙ parum, vel nihil, æquiparantur.] pro quo facit glo.in §.pe.in Authen. de inſtru. cau. & fide.in verbo,inter quos &c.quæ dixit ꝙ parum ſcire, & nihil ſcire, æquiparantur.Et ideo dixit Lud.Roma.in ſing. ſuo 33.incip. Hodie quidam. ꝙ ſtatutum prohibens alienare domum in forenſem non habet locum in parua domo. ad quod allegat tex.quem dicit ſing.in l.ſenatus.in §.Marcellus. ff.de lega. 1.vbi hoc etiam ſentit Ang.& dixit Bal.in c. cum te.de re iudi.ꝙ officialis pro minimo non eſt ſindicandus.allegat.l.quãuis.ff.de cond.& demon.& l. cui dens ff. de ædil: edicto. pro quo facit.l. ſcio. ff.de in integ.reſtitutione.& l.omnino.ff.de impenſis.& l.res bona fide.ff.de contrahen.emptio.Pro quibus etiam facit,nam paruum vulnuſculum non eſt in conſideratione,vt eſt tex.in l.1.in §.proinde.ff.de ædil.edicto.adeo ꝙ ſtatutum puniens vulnerantem non comprehendit faciẽtem vulnuſculum ſeu paruam cutis ſciſſuram, ſecũdum Bal. in l.fi.C.de edi.act.in 1.col vbi etiam ſubdit ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ ſindici teneantur denunciare percuſſiones ſanguinolẽtas non tenentur denunciare,vbi eſt leuiſſima cutis ſciſſura, & allegat dictam l.cui dens.& dictũ.§.proinde.quem tex. dicti §.etiam ponderauit Ang.& Lud.Ro.in l.1.§. excuſantur. ff.ad Syl.Pro quibus facit gl.not.in c.cum illorum.in verbo, ſanguinis.de ſent.excom.& in cle.ne Romani.in §.fi.in verſi. effundendis,de elec.& in c.placuit.el 2.18.diſt.& facit.l.quæſitum.ff.de re iudi.vbi dicitur ꝙ appellatione febris non venit leuis febricula.Et dixit Bal.in l.ſi quis in hoc genus. in l. fi.C. de epiſ. & cle. quod ſi ſtatutum vel lex punit offendentem clericum,comprehendit ſolum ei inferentem atrocem iniuriam,non autem leuem. & poſſem adducere forte ducentum dicta in hoc propoſito quæ alias cumulaui ad materiã d.l.quæſitum.quæ omitto breuitatis cauſa. Attamen ſcias ꝙ inter alios caſus qui poſſent adduci in quibus etiam parum ſeu modicum eſt in conſideratione & multum operatur. eſt vnus caſus multum nota. videlicet ꝙ licet res inter alios acta.tertio præiudicet,vt in toto titu. C. res int.ali.acta & habetur.in capitu. penult.de re iudi.cum ſimi. attamen ſententia inter alios lata contra tertium operatur qualequale præiudicium,& ſic modicum præiudicium,vt habetur in l.a ſententia.& in l.ſæpe.de re iudi. Et iſtud qualequale præiudiciũ operatur maximum & mirabilem effectum, nam æquipollet ſemiplenæ probationi habili ad deferendum ſacramentum in defectum ſemiplenæ probationis. Ita multum ſing. dixit D.Anto.in c.pe.in 4.col.de re iudi.& dicit quod hoc tenet Bar.in l.admonendi.in 14.colum.verſi. quæro quid ſi dicta teſtium.ff.de iureiur.vbi dixit ꝙ ſi dicta teſtium ſint recepta inter alias perſonas faciũt quo ad alios ſemiplenam probationem, quod dicit eſſe verum ſi tales teſtes nunc examinari non poſſunt,alias ſibi imputaretur cur de nouo non faceret eos examinari,quod dictum etiã ponit D.Ant.& Abb. in c.fi.de iureiur.& D.Alex.in repe.d.l.ſæpe.in 18.col.in prin. de re iudic. vbi dicit tene menti iſtud dictum obſecro, quia eſt de pane lucrando. & iſtud dictum etiam refert ipſe Do. Alex.in l.ſi duo patroni.in princi.ff.de iureiur.vbi etiam ponit de iſto qualiquali præiudicio,& in d.l.admonendi.in pe. col.verſi,quærit etiam Barto.hic,quid ſi dicta teſtium.[Vide infra in ſing.371.incip.teſtis de auditis &c.]Item pro iſtis etiã faciunt optime dicta per Ang in l.2.in fi.C.de edendo.vbi dicit ꝙ ſententia lata inter alias perſonas facit qualequale præiudicium quo ad ſemiplenam probationem inter alias perſonas.faciunt etiam dicta per Bal.in d.l.ſi duo patroni.& prædictam doctrinam D.Ant.in d.c.penul.de re iudi.refert Do. Fel.ibi.in 1.col.& in c.cum dilecti.in vlt.col.de accuſa.Dom. Abb.in dicto c.penul.reputat hoc dictum nota.tamen dicit eſſe relinquendum iudicis arbitrio,qui arbitrari debet ſecũdum quod ſententia tangit ius abſentium. allegat aliqua de quibus ibi per eum,de quo latius per Domi. Alex.& D.Fely. in dictis locis ſuperius alleg.

277 Licet ſupra in ſingu.88.incip. ſtante ſtatuto.plura dixerim circa materiam recurſus ad ſuperiorem,vt ibi patet.Attamẽ nuperrime in eadem materia capias aliud notabile verbum ſucci plenum,videlicet,Tu ſcis ꝙ exceptio non nume.pecu. non poteſt opponi poſt biennium,vt eſt text.in l.in contractibus.in §.illo.C.de non numera.pecu.attamen poterit creditor poſt biennium implorare officium iudicis,ſecundum Bal.in l.illicitas.in princip. ff de offic.præſidis. Quod dictum reputat ſingul.Belencinus in capitu. fina. de ſolutio. in apoſtillis.& ratio eſſe poteſt quia prohibitus excipere non prohibetur iudicis officium implorare, ſecundum Barto. in l.1. §.& parui.in 2.colum.ff.quod vi aut clam.& dixi in d. ſingu. 88.Item ſcias etiam quòd licet poſt biennium non poſſit opponi dicta exceptio, tamen bene poteſt opponi exceptio doli,quia dolo & fraude petit vel dicit ſolutam pecuniam non numeratam.Ita ſingu.dixit Hoſtien.in capitu. ſi cautio. de fide inſtrumen.quod dictum refert & ſequitur Barba. in conſilio ſuo 18.incipien. Præclare ſcribitur.in vlti. colum. in 2. volum. ſuorum conſiliorum. Vbi dicit quòd iſtud dictum ſequuntur omnes Docto.[An autem de iure canonico poſſit perpetuo opponi exceptio non numera.pecun. vide Iaſ.in l.cum quis,in penulti. colum.C.de iur. & fac. igno. & in l.qui pecuniam.in prima colum. ff. ſi cert. peta.] Tene menti, quia ſæpe practicatur materia iſta non numeratæ pecuniæ.

278 Habens duos reos vel plures obligatos inſolidum pro vno debito poteſt conuenire quem vult pro toto debito, vt habetur in leg. duos reos. in principio & in leg. reos §.fi.ff.de fideiuſ.& in §.plures. Inſti. de fideiuſ. Hoc tamen limita & reſtringe,ꝙ tali caſu non poterit vnus ſolus compelli niſi primo etiam alij fuerint requiſiti ſeu interpellati & fuerint in mora.Ita notanter dixit Pau.de Caſt. in l.in executione.circa prin.ff.de duo.reis vbi pro hoc alleg.bonum tex. in l.fideicommiſſa.in §.pen.ff.de leg.3.quem tex. dicit ſe alibi neſcire.& idem dixit D.Alex.in l.2.in §.& harum. poſt princ. ff.de verb.obli.& hoc etiam ipſe ſentit in eadem.l.in §.ex his. pro quibus faciunt dicta per Abb.in cap.cum deputari.in 5. colum. de iudic. Tene menti quoniam eſt quotidianum & plures errant in hoc.

279 Dixi tibi ſuperius in ſing.248.incip. Conditio &c. plura in materia mulierum.Et inter cætera dixi ꝙ licet mulier carcerari non poſſit pro debito, tamen hoc fallit in muliere meretrice,quia talis mulier meretrix poterit pro debito carcerari,& allegaui Docto.hoc tenentes in pluribus locis. Quod tamen tibi limitaui niſi talis meretrix ſit maritata,quia tunc incarcerari non poterit.ad quod allegaui Ioan.And.in addi. Spe.in ti.de iniurijs & damno dato.& alios de quibus ibi videas. Sed nuperrime dico ꝙ iſta limitatio Io.An.& aliorum volentium ꝙ meretrix maritata non poſſit carcerari eſt limitanda & reſtringenda niſi maritus talis mulieris meretricis ſit leno vel infamis.nam tunc coniugium non obſtaret quin talis meretrix non poſſet carcerari pro debito.ita dixit D.Io.Bap.de ſancto Seuerino in tractatu ſuo de debitoribus ſuſpectis & fugitiuis.in 13.col.poſt me.pro quo allegat in ar. quæ habentur in l.ſi adulterium.C.de adul.& in auth.ſed nouo iure.eo.titu.Tu vltra eum dicas ꝙ pro hac limitatione & doctrina facit optime in ar.& quæ ibi habentur per Doct.in l.in arenam.C.de inoffi. teſta.Tene menti,quia hoc faciliter iſtis temporibus poteſt euenire in facto pluribus modis.

280 Licet quis poſſit agere ad declarationem iuris ſui quando dubitat moleſtari,vt habetur in l.diffamari.C.de inge.manu. & in l.ſi duo patroni.in prin.vbi gl.no ff.de iureiu & in l.Aurelius.§.centũ.ff.de lib.leg.Et hr̄ plene & magiſtraliter ꝑ Ange.Are.in rub.Inſti.de exce.in 18.col.ver Secundo fallit.& in eadẽ rub.in 28.col.ver.quarto aduertendũ &c.Attamẽ tene mẽti ꝙ ſi ego eſſem in poſſeſſione alicuius rei,in qua nõ haberẽ ius & dubitarẽ in ea moleſtari a te, quẽ ẽt ſcio nullum ius habere in eadẽ re non poſſum agere ad declarãdũ te nullum ius habere in illa re,ſed tũc demũ poſſum agere quãdo p̄tendo me ius habere vt illud declaret.ita ſing.dixit Inn.in c. Abbate.poſt prin.in 1.col.de ver.ſig.qđ dictũ ꝓ valde no.refert & ſequit̄ Pau.de Ca.in l.ſi contẽdat.ff.de fideiuſ.Et idem Pau.de Ca.exclamat illud dictũ in l.ſi finita.§. elegãter. ff.de dã.infe.ad limitationẽ d. l.ſi cõtẽdat. qđ eſt multũ no.ad limitationẽ dictorũ iuriũ,ſecundũ D.Alex.in d.§. elegãter. in 11. col.& D.Fel.in c.olim.in 6.col de reſc.quẽ vide.Itẽ ſcias etiã ꝙ ſi quis poſſideat rẽ quã tñ reſtituturus eſt nõ pōt denegare reſtitutionẽ,opponẽdo exceptionẽ de iure tertij. ita no. dixit D Alex.in l.ſi patroni.in §.qui fideicõmiſſariã. in 3.col. ff.ad Tre.vbi ad hoc allegat gl.quã dicit ſingularẽ,in l.his cõiter.§.1.ff.fam.erc.& Bar.in l.fi.ff.pro hærede. & Bal. & Mod. in l.ſi aliena.ff.ſolu.matrimo. & idem dixit Ludo. Roma.in conſi.ſuo 347.incip.quo ad articulum. circa med.vbi etiam allegat D.de Rota hoc tenẽtes.Teneas menti quia vere ſunt duo no.dicta in iure & non parui ponderis.

281 Socius tenetur de culpa & negligentia, vt habetur in l. cum duobus.in §. venit. & ibi Barto. ff. pro ſocio. & in l. ſocius ſocium.eodem titu.Et ideo teneas menti quòd ſi aliqui contraxerunt ſocietatem inſimul & propoſuerunt vnum ex eis negotiationi, quòd ſi ille neglexit exigere a debitoribus ſocietatis cum poſſet, & illi debitores effecti ſunt non ſoluendo ꝙ ille tenetur de negligentia cõmiſſa in exigẽdo, adeo qđ in diuiſione ſocietatis tales debitores inhabiles imputabuntur in partẽ ipſius ſocij negligẽtis exigere dum erãt

ſoluendo.ita ſing.dixit Pau.de Ca.in l.ſi fideiuſſor. ff.de fide-
iuſ.Et vere non eſt adhuc annus quod ego vidi hoc in facto
inter duos macellatores ſocios in arte macellariæ, inter quos
ita iudicatum fuit Bononiæ.

282 Creditor volens facere capere & carcerari debitorem
ſuum tanquam ſuſpectum de fuga debet oſtendere iudici
ſaltem ſummarie ſe eſſe creditorem illius quem capi petit
in tanta quantitate,puta in centum.Item quod poſt tempus
celebrati contractus debitor deteriorauit conditionem ſuã,
Item debet probare quod debitor non poſſidet immobi-
lia,& ſi mobilia,non tamen ſufficientia ad quantitatem de-
biti.Item debet dicere ipſum ſuſpectum de fuga & hoc pro
babitur per iuramentum ipſius creditoris, & hoc facto iu-
dex debet dare licentiam capiendi debitorem fugitiuum,
alias iſtis non præcedentibus talis debitor capi non poteſt,
& ſi eſſet captus tanquam male captus deberet relaxari,ſecũ
dum Ang.& alios in l.nemo carcerem.C.de exacto. tribu.li.
11.& Bar.& alios in l.ait prætor.in §. ſi debitorem. ff. quæ in
frau.cred.& in l.ſi is a quo,ff.vt in poſ. lega. & in l. ſi credito-
res.ff.de priuileg.cre.& per Bal.in l. conſentaneum. in 6.col.
C.quomodo & quando iud.& per Pau.de Caſt. in conſ.ſuo
39.inci.In cauſa capturæ,& in conſ.ibi ſequenti,inci. Pro ple
niori &c.Et ideo dixit Ang. multum no.in l. ſi arbitro.in §.
fi.ff.qui ſatiſda.cog.quod imperiti aſſeſſores ſequentes impe
ritos aduocatos immediate oſtenſo inſtrumento debiti &
præſtito iuramento de ſuſpicione & fuga conſueuerunt cõ
cedere familiam,& capi facere talem debitorem & male fa-
ciunt,ſecundum eum ibi,& refert infinitis vicibus practicaſ-
ſe hoc non valere,ſed imo requiruntur illa quatuor quæ ſu-
pra dixi.de quo etiam articulo habetur per Doctores in l.fi.
C.de ferijs.& per Bal.in l.apertiſſimi.C. de iudic. & per om-
nes in l.2.ff.ſolu.matrimo.& per Do.Anto.in ca. fina.de fe-
rijs.& per Imo.in c quemadmodum.de iureiuran. & in cap.
propter. de loca.in 3.nota. & per Docto. Inſtitu. de actio.in
princip.& in l.ſi fideiuſſor. §. ſi ff.qui ſatiſdare cogan. & late
per Do.Ioan.Bapti.de Sancto Seuerino in tracta.ſuo de de-
bito.ſuſpec.& fugi.per totum.maxime in verſic.Sexto prin-
cipaliter quæritur . Teneas tamen menti ad reſtrictionem
prædictorũ ſingulare verbum,videlicet quod licet , vt ſupra
dixi,prædicta quatuor requirantur ad hoc vt creditor poſſit
habere licẽtiam capiendi debitorem ſuum ſuſpectum , alias
non poſſit capi.Attamen propter publicam vtilitatem pote
rit capi & carcerari talis debitor ſuſpectus de fuga præſtito
ſolo iuramento de ſuſpicione etiã nõ facta fide aliter quod
cauſa ſuſpicionis de nouo ſuperuenerit,nec aliter probatis il
lis quatuor de quibus ſupra.Ita ſing.dixit Pau.de Caſt.in l.iu-
ſto.in prin ff.de vſucapio.vbi etiam ſubdit ꝙ ſi prædictis nõ
probatis contra capturam opponatur ꝙ non valeat,quod
non debebit admitti querela propter frequentem vſum, &
ne multæ capturæ irritentur.arg. illius tex. pro quo dicto fa-
cit optime quod voluit ipſe Pau.de Caſt.in dicto conſil.ſuo
39.inci.In cauſa capturæ.in finalib.verbis.Tene mẽti quia eſt
doctrina not & lucroſa ad ſuſtinendum capturam non rite
factam, quam communiter ignorant procuratores. [Vide
Iaſ.Inſti.de act in prin.in 14.col.in fi.& in l.ſi ab arbitro.in 2.
& 3.col.ff.qui ſatiſd.cog.]

283 Lapſus termini præcludit viam contumaci.l.mancipiorũ.
& ibi Bar.ff.de optio.leg.l diffamari C.de ingenuis manu.l.ſi
eo tempore.C.de remiſ pig.l.ſi ea quæ.C.qui accuſ.non poſ.
c.licet cauſam.in princi.extra de probatio.gloſ.in cle.ſæpe.in
verbo,non obſtante.extra de verb.ſigni.cum ſimi & ideo ſi
alicui datus eſt terminus ad probandum ſi non probauerit
in illo termino non admittetur vlterius ad probandum , vt
in dictis iuribus . Quod tamen limita & intellige eſſe verum
ſi iudex interlocutus fuit terminum fore lapſum & per con
ſequens amplius audiri non debere,alias autem ante dictam
interlocutoriam poterit talis contumax probare non obſtã
te lapſu termini.Ita ſingu.dixit Ange.& Imo.in l quandiu.la
grande.in 1.col.ff.de acqui.hæredi.ad quod allegat Innoc.in
c.lator.qui filij ſint legi.& idem dixit Ange.in §.idem iuris.in
pe.colum.Inſtit.de exceptio.vbi ad hoc allegat Innocen.in c.
cum in tua.extra qui matri.accuſ.poſſ.& idem dixit Bal.in au
then.ad hæc.in penul.colum.verſi.Quæro ſi ego.C.de vſuris.
& Ang.in l.Papinianus. in §.ſi quis poſt.ff.de inofficio.teſta-
men.& Domi.Fran.de Aret.in c.licet in beato Petro.in 5.co
lum.in fi.extra de accuſ.licet non alleget Ang. de Are.vbi ſu
pra.& ſubdit Ange.in d.§ idem iuris.ꝙ procuratores debẽt
aduertere,quia quando parti aduerſæ labitur tempus ſeu ter
minus quod accuſent contumaciam aduerſarij & faciant e-
tiam per iudicem interloqui terminum fore lapſum,& am
plius in illo actu non fore audiendum.& dicit quòd non ſuf
ficit ſolummodo accuſare contumaciam nihil probantis vel
nihil facientis in termino.quod dicit Ange.nunquam exeat
mentem tuam, quia quotidianum . Idem dixit Dominus
Bartholo.Cæpo.in caute. ſua 167. incipien. Vt quis poſt ter-
minum.vbi ſolum allegat Ange. in l. quandiu. & Innocen.
in dicto capitu.lator.Et iſtud dictum videtur extendere An
ge.in dicto §.idem iuris,ad exceptionem non numer. pecu.
vt poſſit opponi etiam poſt biennium niſi fuerit interlocu-
tum per iudicem vlterius partem non eſſe audiendam per
prædicta.[Vide quæ dixi in repe.mea. rubr. ff. de fideiuſſo.in
64.colum.circa medium.in verſicu. adducit etiam ad prædi-
cta & c.] Et vide etiam Ange. de Aretio in §.appellantur.in
2.colum.in fi. Inſtitu. de excep.& ad prædictam regulam, vi-
delicet quòd lapſus termini præcludit viam contumaci,ſcias
quòd illa regula non habet locum in iudice contumace:nã
ſi ſtatutum imponat pœnam iudici non expedienti cauſam
intra menſem ſi iudex ipſe non expedierit dictam cauſam
intra menſem lapſus dicti termini , & per conſequens con-
tumacia ipſius iudicis non præcludit viam ipſi iudici, nec eũ
excludit à cognitione & pronũciatione ipſius cauſæ.Ita no.
dixit Iacob.de Are.& Oldra.Cyn. Bar.& Bal. in l. properan-
dum.in princip.C.de iud.& eſt tex.& ibi Bal.& alij in l.1.in fi.
C.vt omnes cauſæ tam ciuiles quam criminales.& Bal.in l ſci
re oportet.§.conſequens.ff.de excuſa.tuto.& voluit Io.And.
in additio. Specu. in titu.de iudi.delega. in §. reſtat. verſicu.
Quod & inſtituto-alias in verſicu.Quid ſi ſtatuto. de quo la-
te per Pau.de Caſt.in conſil ſuo 326.incipien. Videtur dicen
dum,quaſi per totum.& Ludoui.Roma. in conſ. 425. inci-
pien. Quo ad primum, in fine, & in conſilio ſuo 437. incip.
In propoſito caſu.in 2.colum.de quo etiam per Dominum
Fely.in capitu. ex parte.el 2. in vlti. colum. de reſcrip. & per
Dominum Marianum Socy.in repeti. capitu. venerabilis.in
5.char.in 1.colum.de iudic. [Adde etiam prædictis quòd ſi
ſtatutum dicit quòd contumax habeatur pro confeſſo, re-
quiritur ſuper hoc interlocutoria iudicis, alias talis contu-
max etiam elapſo termino comparendi non habetur pro
confeſſo. ita ſingulariter dixit Pau. de Caſt. in ſuo conſilio
33.incipien.ſuper 1.in 2.colum. in verſicu. ſecundo quando
loquitur &c. Et circa materiam huius tracta. vide Bal. in l.ſi
ea.in penulti. colum. in verſicu. denuo glo. C. qui accuſa.
non poſſ.]Et prædictis adde Bal.in conſilio ſuo 216.incipien.
Punctus ſuper quo.in 4.volum.vbi dicit quòd probatio po-
teſt fieri etiam poſt terminum conuentionalem . ad quod
inter cætera allegat gloſſ.pro vnica & ſingu.in Authen.vt ſi-
ne prohibitione matres debitrices & creditrices. in §. quia
vero. de qua gloſ. latius locutus ſum in repeti.mea rubri. C.
de proba. poſt princi. in materia probationis quæ fit per te-
ſtes.& vide etiam Bal.in conſilio ſuo 316.incipien Præſuppo
ſito ſtatuto,circa finem.in dicto 4. volu. vbi dicit quòd poſt
terminum ſtatutarium aſſignatum ad probandum poteſt
fieri probatio per inſtrumenta publica,quæ omnia non tra-
das obliuioni,& quia ſunt multum frequentia & quotidia-
na,& multi etiam literati circa prædicta decipiuntur . Et in
materia ſupradicta adde Oldra.in conſilio 3. incipien. Cum
cauſa.vbi conſuluit quòd poſt terminum peremptorium
exceptiones peremptoriæ non admittuntur quamuis offera
tur iuramentum de noua notitia ipſarum, quod dictum re-
fert & ſequitur Domi. Fely.in capitu licet cauſam. in 12.co-
lum.de proba.vbi ponit plures caſus no.in quibus valet pro
batio facta poſt terminum,quem omnino vide.[Et vide eũ
dem Domi. Felyn. in capitulo paſtoralis,in duodecima co-
lum.poſt med de excep.]

284 Tolle moras,ſemper nocuit differre paratis . Ita dixit Lu-
canus in primo. pro quo dicto capias ſingulare verbum.
Nam tu ſcis quòd vna ex prioribus & potiſſimis cauſis ad ca
piendum debitorem poſt contractum , vt voluit Barto. in l.
finali.C.de ſponſal. & habetur in capitulo, paſtoralis. de ex-
cept & in l.ſecunda.C.de conſor. eiuſdem lit. & in l. ita de-
mum C.de procura.& in l.Pomponius. §.ratihab. ff. de pro-
cura. & in capitulo,præſentium. de teſti libro ſexto. in qui-
bus iuribus habetur quòd paria ſunt quid de nouo emerge
re vel de nouo ad notitiam peruenire , & probat tex. in di-
cta l.finali.C.de ſponſa.& in l.ſi ab arbitro.ff. qui ſatiſdare co
gan. quinimo ſi ſtatutum diceret quòd ratione ſuſpicionis
creditor poſſit facere capi debitorem, debet illud ſtatu-
tum intelligi vt locum habeat quando ſuſpicio ſuperuenit
de nouo poſt contractum debitum , & non aliter , vt per
Barto.in dicta l.finali.C.de ſponſa. Teneas tamen menti per
petuo quod licet dicta cauſa ſuſpicionis emerſerit poſt con
tractum debitum,ſi tamen poſtquam creditori hoc notum
fuit ipſe tacuit per multum tempus antequam petierit di-
ctam licentiam faciendi eum capi,ſibi imputetur, quia non
poterit poſtea facere eũ capi Ita ſing.dixit Ang.in l.ſi ab ar-
bitro.

bitro.§.fi.ff.qui ſatiſda.cogan.ad quod allegat tex.in l.ſi credi-
tores.ff.de priuileg.credit.quod dictum pro valde not. refert
& ſequitur D.Io.Bapt.de Caccialupis in tractatu ſuo de debi.
ſuſpec.& fugi.in 15.col.poſt prin.quod dicit procedere quaſi
videatur propter illam taciturnitatem eius perſonam appro
baſſe licet ſuſpectam,quod dicit etiam fuiſſe de mente Iaco.
Butrig.in d.l.ſi creditores.& D.Mariani Socy. in commento
ſuo de dilationibus.in 41.char.in 1.col.arg.20.q.28.verſi. Ter-
tio exigitur quod dicit eſſe perpetuo menti tenendum.Quę
rit poſtea ibi quantum iſtud ſit multum temporis quo pa-
tiendo quis ſibi præiudicat.& dicit quod Azo dixit quinquē
nium,argum.l.1.§.quod dictum eſt.ff.de ſepara.ſed in l. ſi cre
ditor.tenet qđ ſit arbitrio iudicis,vt in l.1.in fi. ff. de iure deli-
beran.& faciunt ad prædicta quæ dixi ſupra in ſing. 77. incip.
Patientia.& in ſing.262.inc. Quod potui nolui. & facit opti-
me quod dixit Rapha.Cuma.in conſi.ſuo 92.incip.Viſo ſub-
ſcripto caſu.in 1.col.vbi dixit q; ſi mulier ſteterit per decem
annos ꝙ non petijt dotem poſtquam maritus cœpit verge-
re ad inopiam eſt excluſa tali caſu à petitione,& exactione di
ctæ dotis. pro quibus faciunt optime quæ dixi in conſi.meo
incip.Domine Deus omnipotens qui cæcum illuminaſti.cir
ca medium.vbi omnino videas.& vide Bald.in conſi. ſuo 37.
incip. Quidam tabellio. ante fi.in 3.vol.vbi dixit ꝙ ſi accuſa-
tor multum ſtetit ad accuſandum eius accuſatio redditur ſu
ſpecta,quod nota. [Pro quo facit tex.in c.1.in ver.quia ſi pro
clamare uoluit cur tandiu tacuit &c.de frigi.& malefic.& vi-
de quæ dixi in l.patre vel marito.in 16 col.de quæſtionib. &
vide Iaſo.in §.fuerat.in 5.col.Inſti.de actio.& in l.1.in 6. colu.
ver.Item pro exceſſione.C.qui admi. & vide ſupra in ſingu-
lari 281.incip.Socius &c. Item adde ꝙ violentia per lapſum
longi temporis præſumitur conuerſa in confeſſum, ſecun-
dum Specu.in titu.de præſum.in §.ſpecies.in verſicu.neceſſa-
ria &c. Et pro iſtis faciunt dicta per Alex.in conſi.115.inc. vi-
ſa &c. in 1.colum.ad fin.in 7.volum.]

285 Multi ſunt qui abſolute dicunt quod ſi teſtes inſtrumen-
tarij contradicunt inſtrumento, ꝙ tunc tale inſtrumentum
redditur ſuſpectum & eius fides annihilatur, vt de materia
plene habetur per glo.& Doct.in l.1.in §.ſi quis neget.ff.quē-
ad teſtam.aper.& per Innoc.Io.And.& alios. in c. cum Ioan-
nes. de fi. inſtrum.& per Spec. in tit.de inſtrum.edi §. reſtat.
in 2.colum.verſic. Sed quæro quot teſtes præiudicent inſtru
mento,&c.& per Cy.Bal.Sal.& alios,in l.in exercēdis.C.de fi.
inſtrum.& per Alex. in conſi.ſuo 77.incip.In cauſa accuſatio
nis.in 2.colum.in 1.vol.& in conſi.129. incip. Viſo proceſſu.
in vlt.col.in 2.volum.& ibi in conſi.221.incip. Viſa facti nar-
ratione,&c.in 5.col & in conſi.256.incip Ponderatis verbis.
in pen.colum.& in conſi.387. incip. Viſis & ponderatis.in 2.
col.& in conſi.240.incip. Ponderatis his. in antepen.colu. &
per Ludo.Roma.in conſi.ſuo 340. incip.Circa primum. cir-
ca fi.& per Io.de Ana.in conſi.ſuo 97.incip. in cauſa iſta. poſt
princ.& ibi latius in addi.& per Ange.in conſi.ſuo 169.incip.
ſuper puncto ſupraſcripto. in vlt.colum. & per Pe.de Anch.
in conſil.ſuo 207.incip.ſuper primo. in 2.col.verſ.ſuper quar
to. Sed tu iſtam generalitatem & abſolutum ſermonem re-
ſtringe & intellige eſſe verum quando teſtes inſtrumentarij
neceſſarij ad actum factum in ipſo inſtrumento contradi-
cunt inſtrumento. nam tunc vacillat ipſum inſtrumentum,
& eius fides annihilatur.Secus eſt quando aliqui teſtes inſtru
mentarij ꝯdicunt inſtrumento,attamē remanēt firmi tot te
ſtes pro ipſo inſtrumēto qui ſufficiunt ad validitatem ipſius
inſtrumenti. Nam tunc non obſtante contradictione illo-
rum non vacillat inſtrumentum nec eius fides annihilatur.
Ita not.dixit glo.fi.in fi.in d.l.1.§.ſi quis neget.ff.quemadmo-
dum teſtam.ape.quam ibi ſumme ad hoc no.Barto.vbi dicit
quòd hoc idem voluit Innoc.in dicto c.cum Ioannes. & ibi
Io.An.& Iac.de Aretio & Cy.in l.in exercendis. C. de fide in-
ſtrum. Et ideo dixit multum egregie Pau. de Caſt.in l.hære-
des palam,in princ.in 2.col.ff.de teſtam. quod ſi aliqua cauſa
teſtes dixerunt vera eſſe contenta in capitulo ſeu articulo in
terrogati, quibus præſentibus illud factum fuerit,dicunt,præ
ſente Titio & Seio, poſtea Titius & Seius interrogati dicūt
ſe nihil ſcire,quod tamen per hoc non vitiatur dictum illo-
rum ſi ſunt in ſufficienti numero ad probandum, quod di-
cit ibi Pau.de Caſt. habuiſſe de facto,quia in quodam inſtru-
mento erant deſcripti ſex vel ſeptem teſtes cum ſufficerent
duo vel tres & duo interrogati reſponderunt ſe non inter-
ueniſſe in illo contractu,alij vero erant mortui, quærebatur
an ex hoc inſtrumentum redderetur vitioſum? & videbatur
quod ſic, quia ſufficit quod vnus ex teſtibus deſcriptis in in-
ſtrumento contradicat ei vt reddat ipſum ſuſpectum, ut no.
in l.1.in fi.ff.quemadmo.teſtam. aper. per Barto. & per Inn.
in d.c.cum Ioannes. Contrarium tamen dicit Pau.de Ca. ibi
ſe dixiſſe, quia hoc eſt verum quando non ſunt deſcripti plu
res teſtes in ipſo inſtrumento quàm ſint neceſſarij,alias ſi re
manent neceſſarij qui non contradicunt non videtur noce-
re cōtradictio aliorum ſupernumerariorum vt ibi, quod di-
cit ipſe fore menti tenendum. Ego etiam aliàs de hoc dicto
Pau.de Caſt. feci mentionem in l. vnius facinoris. in fi. in 1.
char.ff.de quæſtioni. in examinatione illius materiæ, videli-
cet ꝙ quando actus poteſt fieri ſine certa ſolemnitate ſi in-
teruenlat illa ſolemnitas minus legitime non vitiatur actus.
vbi videas,quia ibi plura notabilia dicta poſui in illa materia.

186 Capias vnam cauteſam pro iuuenibus philocaptis vt mul-
ti modernis temporibus inſano ac cæco carnali amore dedi
ti inueniuntur,quorum vita deteſtabilis vt communiter di-
gnoſcitur peſſimum finem habere ſolet. Aliquādo iuuenes
vt eorum voti compotes fiant ſecreto modo tempore no-
cturno intrant domum amaſię ſuę: & quādoq;, vt ego alias
vidi,ab affinibus ipſius mulieris ibidem in domo ſecum re-
periuntur in actibus venereis, qui ex metu vel ex perſuaſio-
nibus aut blāditijs perueniunt ad actum deſponſandi ipſam
amaſiam ſuam per verba de præſenti,& deinde ad carnalem
copulam. Et ſic ſępiſſime hoc modo accipiunt aliquam in
vxorem ſibi domique ſuæ indignam. Pro quibus cautela eſt
vt poſſit eam deſponſare per verba de pręſenti,& rem ſecum
habere,& tamen non valeat matrimonium,& eam non te-
neatur ducere in vxorem. Nam quando eam deſponſat de-
bet dicere ipſe vir ipſi mulieri, & affinibus ſuis ibi exiſtenti-
bus hæc verba,videlicet, Ego te deſponſo & te volo habere
in vxorem meam cū hoc quod tu eris bona, & fidelis vxor
mihi, & honeſtè uiues,nec cum aliquo facies vt feciſti mecū
& caſu quo vnquam aliquam inhoneſtatem facies cū alio,
nolo vlterius obligatus eſſe te habere & tenere in vxorem &
pro vxore,tunc ſi ipſa mulier expreſſe conſentiat tali prote-
ſtationi quod veriſimiliter faciet,quoniam ipſa nec affines
ſui huic dicto cōtradicerēt,nec ipſa videretur velle meretrica
ri, imo affirmabunt audacter prædicta. Et hoc facto ipſe iu-
uenis poterit eam deſponſare,& millies habere rem ſecum,
nec tamen per hoc erit eius vxor,ſed imo poterit aliam du-
cere ad libitum ſuum. [Vide in Sylua nuptiali in 9.char.in 3.
colum.vbi late ponitur hæc materia.] & ita colligitur ex di-
ctis Domini Abba.in c.fi.in 1.nota.extra de conditio. appo-
ſitis.vbi per illum tex.dicit quod aliquis habens ſuſpicionem
de futura incontinentia mulieris contraxit ſecum matrimo
niū ſub conditione qđ ſi committeret adulteriū,liceret ſibi
recedere à matrimonio, & aliam ducere, quòd tunc nō eſt
inter eos contractum matrimonium. Et hoc propter con-
ditionem reſulutiuam in ipſo matrimonio appoſitam, ꝙ
idem operatur quod conditio ſuſpenſiua, vt ibi colligitur.
Tene menti quia eſt no.cautela ad quam etiam periti non
animaduertunt. Et quia occultor alienæ laudis furi par eſt vt
dixit Bal. in præludijs feudorum & ne ex lana vel ſerico alie-
no conſiciam mihi veſtem,fateor me hanc cautelam,& do-
ctrinam habuiſſe ab excellentiſſimo V.I.Monarcha, & vero
iuris illuminatore mihi maiore plurimum honoran.D. An-
tonio de Burgos Hiſpano, quem amare,colere, & venerari
me cogit, & vrget immenſa eius ſcientia bonitas & integri
tas. Et vt ipſe mihi retulit hāc cautelam legendo ipſe expreſ-
ſit in c.fi.de precarijs.& in c.illo vos.de pign. vbi tractatur de
conditione reſolutiua contractus.Tene menti iterum,quia
no.eſt & poſſet tibi conferre decus,& lucrum. In contrariū
tamen multum faciunt dicta per Bal.in l.ſi quis ita. ff. de hæ-
redi.inſtit.quem omnino vide.

287 Tetigi tibi alias remiſſiue tamen ſupra in ſing.176.inc. vo-
luntas,& propoſitum. an delictum commiſſum ſine dolo
puniatur, & quomodo. Sed nunc dico tibi in eadem mate
ria vnum verbum notabile,& ſingulariſſimum Do. Card. in
clem.1.in 39.quæſtione,de priuilegijs. vbi refert ſe conſuluiſ
ſe, quod illa clauſula puniens aliquem præſumentem, & ſic
notans dolum,& temeritatem,non ligat hominem ſimpli-
cem contrauenientem ſine dolo, vel præſumptione quia
ceſſat reſpectus quem lex conſiderauit.quod dictum refert,
& ſequitur Do.Fely.in c.quoniam contra.in 5.col.de proba.
vbi dixit quod non legit alibi tam notabile verbum in mate
ria ſua. Poſtea ſubdit,quod prius iſtud conſuluit Io Cal. in
titu de ſenten.excommu.in conſi.4.inc. Sacerdos parochia-
lis.vbi late conſuluit,quòd non faciens in contemptum non
incurrit pœnam legis quæ vtitur verbis denotātibus dolum.
Pro quo facit etiam quod uoluit Dom.Alex.in l.fi. ff. qui ſa-
tiſda.cogan. vbi dicit,quod periurium non committitur ſi-
ne dolo.de quibus latius dixi in l.de minore.in prin.ff.de qō-
nibus.in quæſtione illa,videlicet, quod ſtatutum dicens, ꝙ
occidens occidatur,intelligitur dummodo doloſe occide-
rit,vbi videas.Et facit no. verbum Bal. in authen.hodie.in 2.
col.

colu.C.de app.vbi dixit,quod ſi procurator bona fide ceſſauit appellare,quia putabat ſententiam iuſtam, vt in dubio præſumitur,tunc dominus non poteſt appellare, nec habere regreſſum contra procuratorem,etiam ſi eſt ſoluendo, ſecundum Bal.ibi.quod dictum reputat mirabile Dom.Fely.in ca. 1.in 5.col verſi.pulchre etiam. extra vt lite non conteſta. dicens,quia illa bona fides eſt potius quædam negligentia, vel ſimplicitas inexcuſabilis,nam non poterat errare appellãdo, licet non teneretur proſequi iuxta.l.inuitus. C. de procura. quod tamen ibi relinquit cogitandum D. Fely. tene menti prædicta.

288 Dixi tibi ſupra in ſing.267.incip.dubia probatio.quod dubia probatio non releuat probantem, quod maxime procedit in criminalibus in quibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores,vt in l.fi.C.de probatio. & habetur in l. abſentem.ff.de pœnis,cum ſim.Attamen teneas menti ſing. verbum,videlicet, quod ſi duo rixarunt adinuicem in qua rixa vnus percutitur ſeu vulneratur ab alio: teſtes autem examinati ſuper hoc dicunt,quod non viderunt quando fuit facta talis percuſſio ſeu tale vulnus, ſed viderunt eos inuicem rixantes,& quod ſtatim dimiſſa rixa dicunt quod viderunt illum eſſe percuſſum & vulneratum,certe ex hoc reſultat indicium indubitatum,quod ille vulnerauit illum,ex quo poterit deueniri ad condemnationem. Ita ſingulariter dixit Saly. in d.l.fi.C.de probatio.quod dictum refert,& ſequitur Socy. in conſi.54.incip.Viſis teſtibus.in penul. colum. in 3. volum. & eum etiam refert & ſequitur D.Fran.Bra.in tracta. ſuo de indicijs & tortura,in 5.charta.in 3.col. pro quo faciunt dicta p eum ibi in ſequenti col.de quo latius dixi in rep.mea rubr. C.de proba. in quæſtione illa, an ex præſumptione violenta poſſit perueniri ad ſententiam diffinitiuam. & in l.repe.ff.de quæſtionibus. [Vide tamen Ange.in l.ſi quis alieni.C.ad leg. Iul.maieſt.] Teneas menti hoc dictum,quia ſepiſſime occurrit in facto,& ego pluries eum vidi in contingentia.

229 Dolus futurus nunquam intelligitur remiſſus.l.ſi vnus.§.illud nulla.ff.de pact.l.conuenire ff.de pact.dota. l. ita demum. ff.de arbitr.habetur per Bar.in l.Aurelius.in §.Caius.ff.de libe. lega.& in l.ſi quis cum aliter.ff.de verbo.oblig.& in l.tres fratres.ff.de pact.& in l.quidam decedens.ff.de admini.tut.& in l.in cõmodato.in princ.ff.commo.& per Bal.in l.1.in fi.C. de vſufru. Et ideo ſcias,quod licet quando iudex eſſet datus de conſenſu partium cum clauſula,appellatione remota, tunc ex nulla cauſa poſſet appellari cum cenſeatur partes renunciaſſe appellationi. l.fi.de temp.app. & fuit hoc not. verbum Bal. in l 2.in fi.verbis.C.de app.quod etiam voluit D. Ant.in c.paſtoralis.& ibi D.Abb.in 4.col.de appel. Attamen ſi iudex fuit in dolo vel in lata culpa poterit appellari non obſtante, quod dicta clauſula appellatione remota, fuerit appoſita de conſenſu partium. Ita ſingulariter dixit Bal.in c.vt debitus.in 2.colum.de appel.quod dictum refert,& multum magnificit D.Philip.Fran.de Peru.in dicto c.paſtoralis.in 8.col. verſi. 44.operatur.de app.& circa hanc clauſulam appellatione remota,ſubdit ipſe D.Philip.ibi in verſic.ſeq.quod quando ipſa clauſula eſt appoſita in ſtatutis cenſetur omnis appellatio ꝓhibita quo ad omnem effectum niſi propter dolum iudicis, vel partis.& allegat Bal.in c.paſtoralis.§. fi.circa fi.de offi.;dele. & D.Ant.in d.c.paſtoralis.de appel.limitantem illum text. ibi procedere quando appellatio eſt remota per reſcriptum. ſi autem eſt remota ex priuilegio perſonæ aut à ſtatuto, vel ex conuentione partium aut propter contumaciam, vel quia appellatio ſit deſerta cenſetur tunc remota appellatio quo ad omnem defectum,nec poſſet dictis caſibus reuocari grauamen per ſuperiorem,nec habet tunc locum tex.in d.c.paſtoralis de app. quod dicit ibi D.Philip.Fran.eſſe menti tenẽdum.pro quo etiã allegat no.verbum Ang.in l. eos. in princ. C.de appe.dicens ꝙ quando ſtatutum prohibet appellationem vel recurſum, tunc intelligitur ſublatus omnis modus, & omnis regreſſus cõtra ſententiam,quod eſt ſingulare verbum perpetuo cordi tenendum, quia hoc vidi alias pluries in facto & maxime proximis ſuperioribus diebus hic Bononiæ in ardua facti-q̃one.de quo etiam vide no.verba Socy.in conſi.ſuo 242.incip.circa primum. & iſta addere poteris his quæ dixi ſupra in ſing.88.inc.ſtante ſtatuto.

290 Confeſſio procuratoris vera & non ficta præiudicat domino.c.ſuborta.de re iud.glo.in c.1.in fi.& ibi Doct. vt li. nõ conteſta.& habetur in c. de poſtu.præla.per gl.ibi in verbo, negauit,& per Imo.in c.in præſentia.in 1. colum. de renunc. & habetur per omnes ſcribentes in c.fi.de confeſ. & per Bal. & Ange. in l.non abſtulit.C.de dona.Bar.in auth. hoc ius porrectum.in 2 col.ver.quæro qualiter hoc probabit. & ibi Bal. in 5.col.verſi.Tertio quando eſt procurator.C.de ſac. ſanct. eccle.Bal.in l.ad hæc.C.de quadrien.præſcrip. & habetur per Specu.in tit.de procura.§.vt autem.verſi.cæterum.& ver. ſequen.& in tit.de confeſſis.§.nunc videndum.verſic.Sed nunquid confeſſio procuratoris.& in §.poſtremo.ver.ſi vero fit per procuratorem.Iſtud tamen limita non habere locum in appellatione vel quo ad appellationem. quoniam licet alias propria confeſſio domini poſſit eum repellere ab appellando,tamen nunquam confeſſio procuratoris etiam vera præiudicat domino quod appellare non poſſit. ita ſing. dixit D. Anto.in c.cum ſpeciali.in §.fi.de appel.per no.in c.per inquiſitionem.de elec.quod dictum ſequitur Imo.in d.c. ſpeciali. in 5.col. Et idem voluit D.Ant.in d.ca.1. & ibi etiam Abb. vt lite non conteſt.& Cy.in l. .C.de confeſ. quos ad hoc refert &ſequitur D.Fely in d.c.1.in pen.col.ver. Quarta declaratio. vt li. non conteſt.& idem firmat Philip.Fran.in d.c.cum ſpeciali.in §.fi.in pen.col.vbi ſubdit ꝙ pro hoc dicto benefacit, quia licet alias vera confeſſio ipſius domini in vno iudicio noceat ſibi in alio,tamen ſecus eſt in confeſſione procuratoris,quia facta in vno iudicio nunquam præiudicat domino in alio iudicio.ſingulare dictum fuit Compoſtella.& Io.An. in d.c.per inquiſitionem.de elec.quos ibi ſequitur Abb. in 6. col.in fi.& ibi poſuit rationem. Tene menti prædictam doctrinam, nam prima fronte forte quilibet diceret contrariũ cum habeamus,quòd negligentia vel contumacia procuratoris in non appellando præiudicat domino, vt habetur in c.ſunt quorum.2.q.7.& in l.1.ff.quando app.ſit. Et de prædicta doctrina D.Ant.& ſequacium.in d.ca.cum ſpeciali. vide etiam D.Alex.in l.creditor.in §.iuſſus.ff.de app.& in l.1.in §.ſi aduerſus.ff.quando app.ſit.

291 Præſcriptio interrumpitur per citationem etiam ſi citatio ſit vnica & non peremptoria,ſecundum Io.And.& alios per illum tex.in c.propoſuiſti. de fo.compe.& in c.licet. de offic. deleg.& in c.venerabilis.& in c.cum plures.eo.tit.lib.6. & voluit Ang.in l.ad peremptorium.ff.de iudi.& Bar.in l.ex diuo in prin.in 1.col.& ibi Ale.in 5.col.ff.de eo per quem factum erit.& Alex.poſt Bal.in l.accuſaturus.ff.de adul.hoc tamen intellige per citationem validam & legitimam, alias per citationem inualidam & minus legitimam non interrumpitur præſcriptio,nec perpetuatur ſeu præoccupatur iuriſdictio,ſecundum Doct.in dictis locis. Pro quibus facit ca.bonæ.el 2. de elec.& ibi glo.& hoc etiam voluit Bar.in d.l. accuſaturus. & in auth.offeratur.circa fi.& ibi Bald.in c.1. de lit. conteſta. Quinimo teneas menti quod non ſolum requiritur ꝙ citatio in caſib. prædictis ſit valida,& legitima. Sed etiam ſi fuit valida à principio & poſtea fuit circũducta,puta quia pars ad cuius petitionem emanauit citatio non comparuit in termino illius citationis, vt habetur in l.poſt edictum.§.circuncunducto.ff.de iudic.& in ca.1.de dolo & cont. in 6. aut quia forte non fuit accuſata contumacia ipſius citati, vt habetur in l.properandum.in §.1.in verbo, incuſante.C.de iudi.& plene per Bar.in l.ſi finita.§.Iulianus.circa princ.ff.de dam.infec. quomocũq; citatio fuerit circũducta,nunquam ex ea interrumpitur præſcriptio,nec inducitur litis pendentia. ita ſing. dixit Bal.in d.l.fi.ff.de eo per quem factum erit.Et idem dixit Bal.in d.auth. offeratur. quando citatio foret facta tempore feriato,aut ſi eſſet defectus perſonæ citatæ, vt quia eſſet minor, quòd his caſibus non inducitur per citationem litis pẽdentia,vel interruptio præſcriptionis. & iſtud dictum Bal.in d.l.fi.refert & ſequitur eum exclamando D.Philip.Fran. in c. vt debitus.in 5.col.verſi. Tertia concluſio.de app. vbi ſubdit etiam vnum eſſe no.circa hanc materiam quod dicit Bar. in l.accuſaturus.videlicet ꝙ eo caſu quo per citationem interrumpitur præſcriptio tunc non curatur an libellus fuerit male formatus,dummodo citatio fuerit legitime facta, de quo latius ibi.

292 Nihil eſt tam graue & periculoſum quàm litigare ſub ſuſpecto iudice.c.quod ſuſpecti.3.q 5.c. ſecundo requiris.in fi. de appella.l.apertiſſimi.C.de iudi.cum ſim.Et propter hoc videretur quòd princeps non poſſit cauſam committere recuſatione remota,quia eſſet tollere defenſionem,cum recuſatio iudicis videatur de iure naturali,vt probatur in d. c. quia ſuſpecti.Ea vero quæ ſunt de iure naturali ſine cauſa per principem tolli non poſſunt,vt habetur in clem.paſtoralis. de re iudi.& Inſti.de iure naturali.§.ſed & naturalia.& per Inno.in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.& dixi in conſi.meo incip.In cauſa magiſtri Ioan.Ferrarienſis.in 8 char. Et in hac opinione,videlicet quòd princeps non poſſit committere cauſam recuſatione remota,reſidet Abb.in c.ad hęc.extra de reſcrip. dicens de hoc eſſe ibi gl.ſing.& idem etiam tenet in ca. cum inter. de excep.& Gemi.in c.iudex ab apoſtolica de offi.dele. in 6.adducens etiam glo.quæ ſecundum eum hoc voluit. in c.ſi quis in quacunq;.2.q.6. Sed contrarium tenet Spe.in tit. de recuſa.§.1.ver.quid ſi cauſa.& Lappus.in d.c.iudex ab apoſtolica.

ſtolica.& Bal.in l.fi.C.de ſenten.& interlocu.om.iud.& Ang. & Imo. in l. 1.in §.interdum. ff. à quibus appel. non licet. & Inno.in c.tranſmiſſa.de foro competen.vbi concludunt, ꝙ princeps poſſit tollere recuſationē, cum poſſit tollere appellationem, vt habetur in d.§.interdum.& in c.paſtoralis.de appel.& in l.1.C.de ſenten.præfec. præto. de quo etiam aliquid per D.Philip.in c.1.in prin.de reſcrip. Tu dicas, ꝙ ſi princeps committit etiam ex certa ſcientia cauſam notoriè ſuſpecto licet valeat commiſſio, per hoc tamen nunquam intelligitur tollere exceptionem recuſationis, quia non obſtante, ꝙ cauſa ſit commiſſa per principem iudici notoriè ſuſpecto, & ex certa ſcientia principis, tamen intelligitur ſaluum & reſeruatum parti ius recuſationis, & iſtud eſt quod voluit glo. in d.c.ad hæc.& idem tenuit Inno.in d.c.tranſmiſſa. pro quibus etiam facit tex.in c.2.& ibi Abb.vt li. non conteſta.in 1. col. Ita dixit D.Philip.de Fran.de Peru.ponens quaſi omnia prædicta in c.poſtremo.in 3.col.de appel.vbi etiam ſubdit in 3.col.ibi quod quādo princeps committit cauſam etiam notoriè ſuſpecto cum clauſula, non obſtante exceptione recuſationis, quia videtur tunc vti plenitudine poteſtatis, tali caſu recuſatio ſublata eſt, quia hoc modo tolli poteſt quod dicit ſingu.voluiſſe Innoc. in d.c. ex tranſmiſſa.quem ſequitur Hoſt.in d.c.cum inter.& glo.in d.l.apertiſſimi.in ver.recuſare.C.de iudi.& Bar.in l.fi.C.de ſenten. Et ſubdit etiam quod ſi princeps ſimpliciter committit cauſam recuſatione remota debet intelligi de friuola, non autem de graui, & iuſta ſuſpicione. ad quod alleg. Specu.in d.tit.de recuſa.§ 1.ver. quid ſi ſit cauſa. de quo latius per ipſum D.Phil.Franc.in d.c.poſtremo.ad quæ etiam vide omnino ibi reuerendiſſimum D.Cardin. Alex.not loquentem more ſolito. Tene menti prædicta quia ſunt multum quotidiana.

293 Statutum tollens omnes exceptiones nunquam tollit exceptiones peruenientes ab alio ſtatuto, ſecundum Bart. in l. 1.in §.& parui.circa me.ver. vtrum poſſit opponi.ff. quod vi aut clam.& Bar.in l.prætor.in §.eritque hæc differentia. circa fi. ff.vi bo.rap.& D.Ant.in c.item cum quis.de reſtitu.ſpol. & Ioan.de Imo.in c.ex parte.el ſecondo. de offi. deleg. & in l.fi. ff.a quibus app.non licet.& D.Alex.in conſi.ſuo 145. incipiē. Viſo.&c.in fi.verbis, in 5.vol.& in conſi.301. incip. viſis, in penul.col.& Pet.de Anch.in conſi.ſuo 222.incip.diſcutiendum in fi.verbis & Do.Fran.de Aret.in conſilio ſuo.106. incip.In præſenti dubitatione.in tertio dubio. Et ideo tene menti ꝑpetuo notabile, & ſingulare verbum Barbatij in c.j. in penul. char.extra de reſcrip.vbi dixit, quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd iudex teneatur ſeruare certam formam in ferendo banno cōtra delinquentes, alio ſtatuto cauetur, quòd poteſtas ſi ceperit bannitum intra terminum trium dierum debeat facere illum decapitari nulla exceptione, vel defenſione audita, vel admiſſa. modo poteſtas banniuit quendam ad pœnam capitis, quòd in banno ferendo non ſeruauit formam ſtatuti, quibus ſtantibus poſt certum tempus captus eſt ille bannitus per poteſtatem qui elapſis tribus diebus vult facere illum decapitari, an poſſit? & dicit quod non. ad quod allegat Io.And.in addi.Spec.in titu.de ſenten.§. poſtremo.in addi.incip. Contrarium vide. vbi refert antiquos dicentes, ſtatutum in loco dat certam formam ſententiandi. Aliud ſtatutum dicit, quòd ſententiæ intra certum terminū mandentur executioni non obſtante aliquo alio ſtatuto, an hoc caſu ſententia in qua conſtat nō fuiſſe ſeruatam formā primi ſtatuti mandetur executioni? & dicit quod non, quia illa clauſula appoſita in vltimo ſtatuto non impedit vnū ſtatutum limitari, & ſuppleri per aliud. [Vide Pet de Ancha.in repe.c.canonum ſtatuta. in 79 col.ver.hic etiam quæro. extra de conſtit.] Item allegat etiam Io.And.in additio. Spę.in tit.de ſententia.in §.vt autem.in addi.incip.Ad hęc & ea quę. vbi refert antiquos dicere, ſtatuto cauetur, quod minor non poſſit obligari ex præcepto ſine certa ſolennitate. alio ſtatuto cauetur, quod contra præceptum nihil poſſit opponi quin mandetur executioni. Modo minor obligauit ſe ſine ſolemnitate ſtatuti, opponitur quod non valet obligatio, replicatur quod nihil poteſt opponi in executione. Dicit Ioan. And.ibi quod poterit oppon. ſolemnitas alterius ſtatuti, qa vnum ſtatutum limitatur per aliud. Item allegat etiam Bald. in l.1.in pen.colum.C.ne liceat in vna eademque cauſa. tertio prouoc.vbi dixit, ſtatuto cauetur, quod ſententia feratur de conſilio antiquorum.alio ſtatuto cauetur, quod ſentētia ſtatim executioni mandetur.dicit ibi Bal.quod niſi appareat quòd lata fuerit de conſilio antiquorum non mandabitur executioni, quia vnum ſtatutum limitatur per aliud. Item allegat ipſe Barb. plures & plures alias doctrinas notabiles pro hac parte, quas breuitatis cauſa omitto referens me ad eum ibi. Et vltra adducta per Barba.ad hoc vbi ſupra. Adde Bal. in addi.Specu.in tit.de execu.ſententiæ.in pen.colum.verſi.bannum.vbi dicit quod cauti debent eſſe aſſeſſores quando ſtatutum dat formam qualiter procedatur ad banniendum aliquem, quod illam formam ſeruent, alias bannum, & quicqd fundatur ſuper eo eſt nullum ipſo iure. Item ſubdit ibi in principio illius verſiculi, quod bannum generale uel ſpeciale inordinatè, vel ſine cauſa factum, vel datum alicui non habet vim legis vel ſententiæ.allegat hoc voluiſſe Dy.in l.4 in §. condemnatum.ff de re iudicata. ſiue ſit datum, ſeu latum interlocutorie ſiue diffinitiue. Et vide Alb.de Roſate in 4.parte ſtatu.in quæſtione 73.incip. Sed quid ſi ſtatuto caueatur. vbi poſt plura argumenta pro & contra tenet cum And. & ſequac. ſcilicet quod talis bannitus non poſſit decapitari ſed quod tale bannum ſit nullum. Et idem dixit Albe.Gādi. in ſuo tractatu maleficiorum.ſub rubrica de multis quæſtionibus dependentibus à ſtatuto.in 6.colum.verſic.Item pone contineri.& vide ēt notabile verbum Ang.in l.ſed ſi in lege. in §.perinde.ff.de pet.hære.& Bal.in l.Labeo.la 2.in §.hæc aūt clauſula.ff.de arbitris.& Bald.in c.ad hæc.el 2.in fi.de appel. & in c.1.poſt glo.ibi extra de reſcriptis. poſt principium.& Bal. in c.2.in fi.verbis, de exceptio.vbi in prædictis locis ponuntur not.dicta in propoſito. Et vide etiam Barba.in c.cauſam quę. in 8.char.de reſcript.vbi refert quaſi omnia per eum dicta in d.c.1.de reſcrip. Tene menti prædicta, quia temporib. meis nedum ſemel, ſed vt ita dicam millies vidi prædicta in practica.& nuperrime conſului pro Petro Antonio de Ferneſio qui erat bannitus, & fuit captus, & eum euaſi à pœna mortis & conſilium meum fuit ſubſcriptum quaſi ab omnibus Doct.huius ciuitatis.

294 Odia reſtringi, & fauores conuenit ampliare, vt in regula odia.de reg.iur.in 6.cum ſim.ibi in glo.allegatis. Et ideo teneas menti, quòd licet extra territorium iudicis impune nō pareatur, quia iuriſdictio iudicis non extenditur extra territorium. Iſtud fallit in fauorabilibus, nam ſi ſtatutum iudicis dat pręmium occidenti bannitum compræhendit etiam occidentem bannitum extra territorium ipſius iudicis, vt dixi ſupra in ſingu.incipien. Vidiſti anno præterito. Secus autem eſt in odioſis.& ideo dixit ſing.Io.de Im.in conſi.ſuo 30 inc. in caſu præmiſſo.in fi.verbis. quod vbi per ſtatutum imponitur pro delicto aliqua pœna ſpecialis, tale ſtatutum non extēditur ad delictum commiſſum per ſubditum extra territorium. quod dicit voluiſſe Barto.in l.1.C.de ſum.Trin.& fide catho. [Vide in ſimili D Ant.in c.propoſuiſti.in 2.col.de fo. compe.& Catal.in tract.ſyndi.in ver.553.incip. Adde & tene menti perpetuo &c.Ludo.Bolo.conſi.57.in 2.col. poſt me.] quod vere eſt notabile verbum. Et vide circa prædicta not. verba Ang.in l.hæres abſens.§.1.circa fi. ver. vltimo circa iſtū articulum &c.ff.de iudic.

295 Clauſula, appellatione remota, eſt magnæ importantiæ, de qua habetur per Doct.in l j.§.fi.ff.à quibus appella.non licet. & in c.paſtoralis.& in c.ſuper quæſtionum.§.porro.& §.ſi vero duo.de offic.deleg.& per Io.And.& Hoſt.in c.vt debitus. de appell.& per Hoſt.in ſumma in titu.de appel.in §.ſi.& per cano.in c.paſtoralis.de appell.& per Bal.in addi. Specu. in ti. de app.circa princ.verſi.clauſula appellatione remota.& per Bald.Saly.& alios. in l.fi.C.de appel.& per Bal.in l.2.C.de app. per D.Philip.de Peruſio.in d.c.paſtoralis.in 10.col. verſic.17. operatur.& per Franc.de Are.in conſi.ſuo 106.incip.in præſenti.in vlt.colum.ſed circa ipſam clauſulam aliqua ſcias vtilia, & quotidiana valde. Et primo quod inferior à principe non poteſt apponere clauſulam appellatione remota, quia eſt caſus reſeruatus principi.tex.eſt not. in d.l.1.in tantum, quod dixit Specu.in tit.de legato.§.nunc oſtendendum.ver. 14 quod etiam legatus de latere non poteſt apponere clauſulam appellatione remota, niſi hoc haberet ex ſpeciali cōmiſſione Papæ.& ita etiam voluit gl.in c.tranſlationem.extra de offic.deleg.in glo.magna.in fi.pro quo bene facit glo. quæ reputatur ſingu.in c.fi.in verbo, figura.de hęre.in 6. quæ voluit, quòd legatus de latere non poſſit committere cauſas ſimpliciter ſummariè, &c. quod etiam ſequitur Bal. in l.2.C. de appella.dicens prædicta procedere, etiam ſi Papa conceſſiſſet legationem cum clauſula omni appellatione remota, quia licet dicta clauſula operetur quo ad ſententias ferēdas per eum, non tamen poterit ipſe legatus concedere hoc ſuo delegato.pro quo eſt tex.in c.ſuper quæſtionum. in prin. & in §.ſi uero duo.de offic.deleg.& ſubdit Bal. quod licet princeps, vel Papa committat alicui vniuerſitatem cauſarum cū plena, & omnimoda poteſtate, non tamen per hoc intelligitur conceſſa poteſtas ſubdelegandi cum dicta clauſula. ita dixit Bal.in l.2.de appell cuius dicta refert; & ſequitur Ioan. de Imo. in dicta l.1.ff à quibus appel. non licet. in 25.& 26. col.quæ omnia ſunt menti tenenda ſecundum D. Philip.

Fran.

Franc. de Peruſio, in dicto capitu. paſtoralis in 11.colum. verſicu. Secundo quæritur. Facit etiam, nam legatus non committit cauſam ſublato iuris ordine, ſecundum D. Abb. in capitu. primo, de reſcript. quem refert, & ſequitur ibi Dom. Fely. in prima colum. verſicu. legatus, &c. vbi ad prædicta adducit plura, & plura ſingularia dicta, quem omnino videas. Secundo ſcias, quod virtus huius clauſulæ appel. remota, extenditur ſolum ad partes nominatas in reſcripto, non autem ad præiudicium alterius tertij. vnde omnes alij quorum intereſt poterunt comparere, & opponere coram iudice delegato, & ſi grauatur poterunt appellare, quia quo ad eos intelligitur remota appellatio, quia non ſunt nominati in reſcripto. ita dixit Dom. Philip. Francus de Peruſio in dicto capitu. paſtoralis. de appell. in 15. colum verſicu. ſeptimo quæritur. vbi dicit, quod de hoc eſt tex. ſingul. in ca. ſuper eo. ſupra de offic. deleg. vbi hoc tenent Doct. & idem voluit Barto in dicta l. ff. à quibus appel. non lic. & dicit Do. Philip. Francus, vbi ſupra, quod prædicta inducit Abb. ad ſtatuta remouentia appellationem in executionibus ſententiarum, & inſtrumentorum, quia non includit tertios comparentes pro ſuo intereſſe, ſed ſolum nominatos in ſententijs, vel in inſtrumentis, quod dicit eſſe menti tenendum. Et ex prædictis inferri poteſt ſecundum eum, quod licet cauſa ſit deleg. ta per principem appellatione remota, & legatus à principe poſſit alteri ſubdelegare l. prima. C. qui pro ſua iuriſdict. capitu paſtoralis. in prin. de offi. deleg. Et licet eadem debeant ſeruari, & interuenire in ſubdelegato, quæ in ipſo delegato, vt in capitu. ſtatutum. §. in nullo quoque. de reſcri. in 6. Et licet alias ſubdelegatus teneatur ſeruare formam, & ordinem datum in reſcripto ipſi delegato. capitu. venerabilis. de offic. dele. tamen hæc omnia procedunt præterquam in clauſula, appel. remota, quia poſita in reſcripto reſpicit ipſum delegatum, vnde ipſe non poterit ſubdelegare cum dicta clauſula, vnde à ſententia ſubdelegati poterit appellari. tex. eſt not. in dicto c. ſuper quæſtionũ. §. ſi vero. de offi. dele. hoc tamen fallit ſecundum Dom. Philip. Franc. vbi ſupra, in caſu no. dicti capitu. paſtoralis. §. fina. vbi delegatus poteſt ſubdelegare cum clauſula appellatione remota, & ratio ibi patet ſecundum eum, de quibus latius per eum ibi, vbi plura ſingularia ponit in materia iſtius clauſulæ appellatione remota, forte per tres chartas, ideo videas eum ibi. [De hac clauſula vide Dom. Paridem de Puteo, in tracta. ſuo ſyndic. in 8. char. in 2. colum.] Tene menti prædicta, & ea non ſpernas, quia ſunt quotidiana, & de pane quærendo, & non ſunt vulgaria.

296 Alias practicaui vnum in cauſa propria de quo conſequutus fui vtilitatem, & honorem, quod te uolo docere, videlicet, quod iuriſdictio delegati poteſt præueniri per ordinariũ dummodo literæ delegatoriæ non fuerint primo præſentatæ iudici delegato. Ex quo ſequitur, quòd ſi citatus coram iudice ordinario excipit, quod Papa vel princeps primo illam cauſam alteri commiſerat non auditur, & imputet ſibi ipſe impetrans quare litteras prius iudici delegato non præſentauit. ita de hoc eſt tex. in capitu. vt debitus. & ibi ſcribentes. de appell. & hoc ibi ponit, vt ſupra, Dom. Philipp. Franc. de Peruſio, in 3. colum. verſicu. quinto not. &c. Et dicit quod ratio fuit fauor ordinariæ iuriſdictionis, quæ eſt fauorabilis, & largo modo adiuuanda, & interpretanda, ſed iuriſdictio delegata eſt extraordinaria, vt extra de tranſact. capitu de cætero, & velut odioſa eſt reſtringenda. Ita dixit glo. not. in verſiculo, volumus. in clemen. fina. de offic. ordi. & in capitulo primo. in verbo, proceſſus in fi. de reſcrip. in ſexto. Limitat tamen ſupradicta niſi impetrans fuiſſet impeditus per aduerſarium contra quem impetrauit, vt ſi aduerſarius præueniret impetrantem coram iudice ordinario, tunc enim eius dolus non debet ei patrocinari, vt in capitulo ex tenore. extra de reſcriptis. pro quo etiam dicit fore bonum text. in l. quamuis. ff. de bon. authen. iud. poſſ. Tene menti, quia ibi etiam poſſet occurrere in facto vt mihi euenit.

297 Teſtes de nouo reperti admittuntur etiam extra tempus probatorium, & poſt concluſum in cauſa. Ita volunt Doct. omnes in capitu. præſentium. per illum text. extra de teſtib. & facit optime tex. in capitu. vt circa. §. alioquin. de elec. in 6. & text. in capitu. nulli. circa fi. eo. titu. & lib. & faciunt quę habentur. in capit. innotuit. de elect. & faciunt quæ dicuntur à Barto. in l. admonendi. in ſecunda colum. vbi etiam per alios ff. de iureiuran. vbi volunt, quòd inſtrumenta de nouo reperta poſſint produci etiam poſt concluſionem in cauſa, de quo aliquid ſupra, in ſingu. 229. incip. ſententia. & habetur per Dom. Fely. in capitu. ſuborta. in penul. & antepenul. colum. de re iud. Scias tamen quod ſi iudex dedit licentiam Titio producendi teſtes poſt concluſum in cauſa cum conditione ſi iurauerit eos ſibi nouiter notos. Et poſtea probetur eos ante fuiſſe ſibi notos, examinatio corruit, quia in dicta conditione ſi iurauerit eos ſibi nouiter notos, ſubintelligitur alia conditio tacite, uidelicet & ita ſit. Ita ſingul. multum dixit Pau. de Caſt. in l. cum patruo. C. communia vtri. iud. propter gl. ſecundã ibi, quod dictum refert & multum exclamat Dom. Fely. in capitu. paſtoralis. in 12. columna, in princip. de excepti. de quo dicto ſecundum eum nunquam ſis oblitus. Tene menti, quia poterit tibi ſeruire ad multa.

298 Remotum à veriſimili dicitur quædam falſitatis imago, ſecundum Bald. in l. prima, in tertia colum. C. de ſeruis fug. Et veriſimilitudo eſt magnæ importantiæ, vt late dixi in l. 1. in princip. ff. de quæſtio. & in repe. mea rubr. C. de prob. in materia veriſimilitudinis, & ideo teneas menti notabile verbum, videlicet quod licet alias quando teſtis dicit vnum cũ iuramento aliud ſine iuramento, quod ſtatur dicto eius cũ iuramento ſecundum Abba. in capitulo, per tuas. de proba. quòd etiam voluit Bal. in l. fin. C. de re iudi. Attamen quando pro primo dicto ſine iuramento ſunt præſumptiones, & pro ſecundo cum iuramento non ſunt præſumptiones, tũc ſtatur primo dicto ſine iuramento. Ita ſingulariter dixit Bal. & Abb. in dicto capitu. per tuas. per illum tex. de proba. quod dictum pro valde not. refert & ſequitur Dom. Barth. Socy. in conſi. ſuo 253. incipien. In cauſa domini Ioan. Fran. &c. in ſecunda colum. Et illud etiam refert, & ſequitur celeberrimus iuris interpres Dom. Vlpianus de Zannis in commento ſuo Inſtitu de iuſtit. & iure. in §. his ergo, &c. in 44 colum. verſicu. hoc tamen limita. vbi etiam alleg. Ange. hoc tenentem. in l. fin. in prima colum. C. de quæſtio. licet Ang. ibi non loquatur in dicto iuramento. & allegat etiam Barb. referentem & ſequentem prædictam doctrinam in aliquibus ſuis cõſilijs, de quibus ibi per eum, vbi late examinat materiam variationis teſtium.

299 Aduertas ad vnum in quo vidi quamplures errare. Nam tu ſcis quod iuramentum firmat contractum minoris alias inualidum, vt habetur late in authen ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. & in l ſi quis maior C. de tranſact. & in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſ. & in capitulo, cum contingat. de iureiuran. & in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. cum ſi. Sed tu diſtinguas, quod aut loquimur in iuramento minoris aſſertorio aut in iuramẽto confirmatorio. Si loquimur in iuramento aſſertorio appoſito in contractu per minorem, vt quia aſſerit ſe maiorem, de quo in l. ſi in alterius. C. ſi min. ſe maio. dixe. tunc ipſe minor prætextu talis iuramenti ſolũ excluditur à beneficio reſtitutionis in integrum, non autem excluditur à beneficio nullitatis allegandæ. Ita ſingulariter dixit Ioan. And. in addi. Specu. in titu de ſenten. §. vt autem. circa princip. in addit. incipien. Ad hæc & ea quæ præmiſſa ſunt, quod dictum refert & ſequitur Ludo. Roma. in conſi. ſuo 12. incipien. Viſo facto propoſito, &c. in vlt. colum. dicens hoc dictum eſſe ſingulare, & illud alibi neſcire. Et illud dictum etiam pro valde not. refert & approbat Pau. de Caſt. in d. l. ſi in alterius. quã legit cum. l. 1. illius titu. & illud etiam refert & ſequitur Dom. Bartho. Socy. in conſil. ſuo 61. incip. In præſenti conſultatione &c. in 3. colum. vbi plura allegat, & dicit ſe alias late pro hac parte cõſuluiſſe. & dictam doctrinam Ioan. And. etiam refert & approbat idem D Barth. Soc. in conſil. ſuo 66. inc. Fruſtra. in 8. col. ſi autem loqueremur in iuramento confirmatorio non poſſet tunc allegare nullitatem ipſius contractus, ſed ab ea excluderetur ſecundum Docto. in dictis locis. Tene menti, quia vere eſt not. verbum in practica.

300 Prorogatio intelligitur fieri cum omnibus qualitatibus rei prorogatæ. l. lecta. ff. ſi certum peta. l. ſi manente. ff. de precar. habetur in l. ſecunda. in §. ſed ſi iudex. ff. de iud. & habetur per Barto. & alios in l. ſecunda. in §. & poſt operis. & ibi per Alexand. in 3. colum. ff. de oper. no. nuncia. & per Do. Anto. & alios in capitulo, præterea. el ſecondo, extra de app. & per Bald. in capitulo primo, poſt princip. de mut. peti. vbi dicit, quod ſi aliquid ſubſtantiale mutaretur non diceretur prorogatio. alleg. not. in capitulo, hi qui. de pręben. in 6. Sed aduerte quia hæc regula limitatur aliquibus modis. Et primo limitatur in iuramento. Nam ſi factum eſt compromiſſum cum appoſitione certi termini, & cum iuramento de non ueniendo contra. & poſtea intra dictum terminum fuit dictũ cõpromiſſum, progatũ facta prius narratione cõtentorũ, in primo compromiſſo, & non ſpecialiter de aliquo iuramento niſi adiuncto verbo, &c. An tali caſu iuramentum intelligatur eſſe repetitum & prorogatum. Ita quod ſi ueniatur contra laudum latum poſt terminum primi compromiſſi contraueniens poſſit dici periurus, ſeu poſſit per cenſuram

ram

ſuram eccleſiaſticam cogi ad obſeruationem iuramenti? in quo dicas, quod non erit periurus nec dicetur prorogatum iuramentum. Ita ſingulariter dixit Bal.in no.conſil.ſuo 368. incipien. Quæritur ſi factum fuit compromiſſum.in 3.volu. & allegat ad hoc plura, & reſpondet ad ea quæ adduci poſſent in contrarium. Limita etiam dictam regulam nõ procedere in pœna, nam ſi prorogatum eſt compromiſſum non intelligitur prorogata pœna. Ita no.dixit Bal.in l.penul. §.vxor.ff.ſolu.matr.per l.ſi ſeruus ea.l.ff.de ſer.expor.Pro quo facit dictum eiuſdem Bal.in l.ſi a te.C.de pact. inter empt. & vendito. vbi dicit, quod illud quod dicitur, quòd prorogatio termini intelligitur facta cum omnib. ſuis qualitatib. eſt verum in fauorabilibus, ſecus autem in odioſis, & ibi ponit notabile exemplum de prorogatione officij poteſtatis quem vide, licet contra prædicta faciant adducta per Dom. Bartho.Cœpo.in conſi.ſuo 8.incipien. dicendum. Teneas menti quia iſtę ſunt notabiles limitationes, quæ ſæpius occurrere poſſunt in facto, & afferre poſſunt decus,& lucrum. Et circa prædicta videas etiam Bal.in l.etiam.in fine.C. de iure dot. & Barto.Alexand.& alios,in l.item quæritur. in §. qui impleto.ff.loca.& Pau.de Ca. in l.ſi procurator. C.de procurat.& Specu. in titu.de procur.§.ratione autem. in 4. colum. in verſicu. Sed vltra ea, &c. Et in hac materia prorogationis teneas menti, quod eadem ſolemnitas requiritur in prorogatione compromiſſi quæ requiritur in primo compromiſſo faciendo. Ita dixit Bal.in conſi.ſuo 388. incipien. Viſo ſtatuto.in 2. volum. Et ſic per iſta cum adiutorio beatiſſimæ virginis Mariæ expedita ſunt ſingularia 300. quæ alias vobis pollicitus ſum componere,& vobis tradere,quę non tędeat vos ſæpe reuidere, quoniam ex ipſis non fallor eueniente opportunitate reportabitis emolumẽtum,honorem, & gloriam, & forte ſæpius eritis mei præceptoris veſtri memores.

SINGVLARIA NOVA HIPPOLYTI DE MARSILIIS BONONIENSIS I.V.D.

Vltra alia 300. Singularia iam in lucem edita.

301 DIxi tibi aliàs ſatis plenè, & forte vltra omnes,in l. fi. in 5. colum.cum quatuor colum.ibi ſeq. ff.de quæſtio.quòd mors omnia ſoluit, ad quod adduxi plura iura, & doctrinas. do tamẽ nunc tibi caſum in quo mors non tollit omnia, ſed imo poſt mortem illud quod ante fuit remanet in viridi,prout erat ante mortem, qui caſus eſt ſi Papa delegauit cauſam vni ſub nomine proprio qui delegatus poſtea eſt mortuus, tali caſu ordinarius loci poſt mortem ipſius delegati non poterit ſe intromittere de illa cauſa, Ita ſingu.dixit Bal.in l.ſi vt proponis. la 1. in penul.colum.C.quomodo & quando iud.vbi dixit,ꝙ licet delegatus ſit mortuus,& delegatio ſit cõſumpta: tamen in tali caſu ſolus Papa habet de illa cauſa cognoſcere, & diſponere, alleg. hoc voluiſſe Archid.in §.is ita.28.quæſt.9. in apoſtilla quæ incipit,adde ibi &c.& dicit,quod cauſa quæ ſemel intrat in curia Romana, nunquam exit de curia, niſi princeps eam deleget alteri, vel remittat cauſam ad ipſum ordinarium, quod dicit Bal.eſſe not.& adducit illum tex.ad hoc, quod dictum ſequitur ibi Saly.& Ioan.de Imo.in l.ſi expreſſum.in vlt.colum.in princ. ff. de appell. & Iaſ.in l.1.in 17. colum.ver.contra tamen.ff.de offic.eius.& in l. more. in vlti. colum.ff.de iuriſd.omn.iud. Item iſtud dictum refert & ſequitur Dom.Phil.de Franchis de Peruſio,in c.vt noſtrum. in pen colum. extra de appell.vbi dicit,quòd pro hoc dicto eſt tex.ſingu.in c.paſtoralis,§.1.de offi.ord,vbi ſi Papa cauſam ſpectantem ad ordinarium alteri delegauit, & delegatus proceſſit in cauſa,& in contumaciam partis miſit in poſſeſſionẽ vel excommunicauit, licet poſtea delegatus moriatur non tamen poteſt ordinarius ſe de illa cauſa intromittere, nec abſoluere excommunicatum,cum abſolutio ſpectet ad Papam delegantem, nec poterit per ordinarium recuperare poſſeſſionem amiſſam, quia ex quo Papa ſemel illam cauſam delegauit non redit vlterius poteſtas ad ordinarium.Ita eſt tex. ibi ſingularis,pro quo dicit facere in ſimili, quia quãdo Papa ſemel reſeruauit ſibi collationem alicuius beneficij, non redit poteſtas conferendi ad ordinarium quouſq; prouiſio illius beneficij virtute reſeru atlonis habuit effectũ, de quo per Innocen.& Ioan.And. in c inter dilectos. de exceſſ. præla.& per glo. & Docto.in c.ſi eo tempore.de elec.in 6.& in cap.cum Vintonienſis. de elec.refert poſtea D. Fely. vbi ſupra Saly. in d.l.ſi vt proponis.reſtringere & limitare dictum Bal. procedere quando delegatus deceſſit re non integra, aliàs ſi re integra videtur, quòd redeat poteſtas ad ordinarium,per id quod habetur in d.l.ſi vt proponis.Sed in hoc dicit Innocen. ſecundum eum in d. l. ſi expreſſim, in fi. eſſe ſeruandum ſtylum curiæ, quando de illo conſtaret, vt in ca. quã graui.de cri.fal.& in c.cum M.& in c. ex literis. de conſt. ſed ceſſante ſtylo iuriſdictio delegati Papæ poteſt præueniri ab ordinario re integra antequàm litteræ ſint præſentatę iudici delegato. vnde ſi citatus coram ordinario excipit, quòd Papa primo illam cauſam delegauit alteri, & commiſit non auditur: imputet enim ſibi impetrans ex quo prius delegato literas non præſentauit, etiam ſi fuit impeditus quòd prę ſentare non potuiſſet:quanto magis ſi re integra deceſſerit, & de iſtis dicit eſſe tex.in c.vt debitus.eo.titu.de appell. Quæ omnia ſunt menti tenenda ſecundum Dom.Philip.in d.c. vt noſtrum,&c. Ad quæ etiam vide vnum verbum per Soc. in conſi.ſuo 39.incip.capio primum,&c.in prin.5.col. in 4. vol. & vide etiam Socy.limitantem hanc materiam.in conſi.ſuo 83.inc.pro clariori,&c.in 3.col.in d 4 vol.

302 Mater ſi non petierit intra annum tutorem dari filijs ſuis priuatur ſucceſſione ipſorum, l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tertul. l.ſciant.C.de legi.hæred. habetur in authen.matri & auię. C. quando mul. offic. tut.fungi pot. & habetur de materia per Io.de Ana. in conſi.ſuo 45. incipien. viſis his &c. & per Lud. Roma.in conſi.207. incipien.ſi volumus &c.& in conſi. ſuo 279.incipien. viſis &c. hoc tamen limita non habere locum quando filius habet multa debita, & propter hoc mater noluit petere tutorem vt filius remaneret indefenſus, & ſic nõ poſſet condemnari, & contra eum non agi ſeu aliquid fieri tanquam indefenſo.nam hoc caſu excuſatur mater,nec perdit ſucceſſionem filij. Caſus eſt ſingu.in l.2.§. ego etiam. ff. ad Tertul.quem tex. ad hoc dicit ſingu. & notandum perpetuo Dom. Alexand.in authen. ceſſante. C. de legi. hæred.&

Ludo. Roma. in ſingu. ſuo 106. incip. ſecundo quæritur, &c. quod dicit eſſe not.

303 Filiorum appellatione regulariter continentur nepotes ex filijs. l. filij. & l. iuſta. & l. liberorum. ff. de verbo. ſign. habetur per ſcribentes. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. & in l. cum amiſ. ff. de condi. & demonſtr. & in l. filium habeo. ff. ad Macedo. & l. Lucius. la 2. ff. de hæred. inſtit. cum ſimi. Aliqui tamen ſunt caſus in quibus dicti nepotes non continentur. Vnus caſus eſt quando filij vocantur cum aliqua qualitate quæ non erat in nepote, nam tunc appellatione filij, non cõpræhenditur nepos. l. fina. C. de natu. lib. & no. Bart. in d. l. liberorum. in 5. colu. in verſi. ſecundo quæritur quando verbum filij &c. & in l. fi. C. de primi. dot. & voluit Alexan. in conſi. ſuo 348. incipien. ponderatis verbis teſtamenti præſentis nobilis viri. in 2. colum. vbi refert prædicta, & alij plures caſus in quibus non veniunt nepotes appellatione filiorum ponuntur per Bertha. in ſuo repertorio, in verbo, filiorum appellatione. in 21. ver. vbi latiſſime loquitur, & circa hanc materiam teneas menti vnum perpetua memoria dignum, quod ſi ſtatutum dixit quòd extantibus filijs maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant, quòd tale ſtatutum etiam habet locum ſi extant nepotes ex filijs. Ita no. dixit Rapha. Fulgo. in conſi. ſuo 78. incip. ſuppoſito ſtatuto. in 2. colum. & Socy. in conſi. ſuo 14. incip. ſequendo ordinem &c. in verſi. quarto prædicta concluſio, &c. De quo tamen vide Do. Philip. Decium in conſi. ſuo 87. inci. pro reſolutione &c. in pen. colum. vbi alleg. Bal. in contrarium in conſi. ſuo 30. in 3. vol. & vide etiam D. Fran. de Are. in conſi. ſuo 164. incip. diligenter. in 4. col. in ver. nec videtur obſtare. de qua materia vide etiam Alex. in conſilio 128. incip. conſideratis, &c. in eo. volum. & Dom. Philip. Decium in conſi. ſuo 95. in 3. 4. & 5. colum. & Franc. de Aret. in conſi. ſuo 46. incip. reſpondendo &c. & Iaſ. in l. de quibus. in 5. 6. & 7. colum. ff. de legi. & in l. 2. in §. prætor ait. in 2. colu. ff. de in ius vocan. & an tale ſtatutum habeat locum in filiabus monialibus, vide Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 337. incipien. primum dubium de quo quæritur, &c. in 2. & 3. colum. & Socy. conſi. 81. incipien. in præſenti conſultatione. in 4. & 5. colum. &c. & latius per Dom. Rochum Cur. in cap. fina. in 119. & 120. colum. de conſue. Item an dictum ſtatutum habeat locum in filio ſpurio legitimato, vide Raph. Fulg. conſi. 62. incip. ſtante ſtatuto &c.

304 Animaduertant creditores habentes debitores captos & carceratos quando tales debitores carcerati volunt exire carceres præſtando fideiuſſorem. Nam ſi tales fideiuſſores promittunt ſoluere creditori omne id, & totum quod apparebit ipſum debitorem carceratum ſibi debere facta ratione, vel calculo, tunc cautus ſit ipſe creditor, vt faciat rationem ſiue calculum cum ipſo debitore viuente, nam ſi moreretur talis debitor antequam eſſet factus calculus fideiuſſor non teneretur ſed eſſet liberatus. Caſus eſt ſingul. quem ibi ad hoc ſummè not. Pau. de Caſt. & Dom. Alex. in l. qui Romæ. in §. Augerius. ff. de verb. obliga. & Iaſ. in l. ſi ego. in 3. colum. poſt me. ff. ſi cer. pet. quod eſt ſummè no. qui tex. etiam multum facit contra regulam illam, videlicet quòd hæres, & defunctus cenſentur vna, & eadem perſona. de qua habetur in Authen. de iureiu. à mori. præſti. in prin. de quo latè per Soc. in conſi. ſuo 24. incipien. præſens conſultatio, &c. in 2. colu. in 3. volum. & per Alexan. in conſil. 18. incipien. attentis narratis. in vlt. colum. in 5. volum. & vide quæ dixi ſupra in ſing. 59. incipien. obligatio, &c. & vide Bal. in l. diem proferre. in §. 1. ff. de arbitr.

305 Iudex maleficiorum non ſemper poteſt inquirere de delicto etiam ſtante ſtatuto, quòd de quolibet crimine poſſit inquirere. nam non poterit inquirere de crimine, ſeu de delicto commiſſo niſi primo citetur offenſus, & intelligatur ab eo an velit accuſare delinquentem. Ita dicit glo. ſingu. in c. presbyter ſi à plebe. 2. q. 4. quam glo. ad hoc dicit ſingu. Bal. in l. ſenatus. C. qui accuſ. non poſſ. dicens quod ratio eſt quia præferendus eſt ille qui maius ius habet, & melius fundamẽtum. ad quod etiam alle. quæ habentur in ſimili, in l. 1. §. denunciari. ff. de ven. inſpi. & in l. ſi tamen. ff. de lega. 2. & in l. neceſſario. ff. de in diem addic. & in l. quamuis indubitati. C. de adul. & in l. 2. §. fi. ff. de adul. Item hanc partem per illam glo. firmauit Dom. Bartho. Cœpo. in cautela ſua 27. incip. tu ſcis, &c. vbi alleg. tenuiſſe Lud. Rom. in ſuis ſingu. & idem tenuit Ange. in Authen. de tempo. non ſolu. pecu. in princ. & in rep. l. ſi vacantia. in 3. col. C. de bo. vac. lib. 12. & Do. Alex. in l. 2. §. ſi publico. in 1. apoſtil. ff. de adul. & Dom. Amedeus Iuſtinus in tract. ſuo ſynd. in 3. char. in 3. colum. poſt me. de quo latius loquutus ſum in practica mea cauſarum criminalium. in 17. char. poſt me. vbi videas.

306 Materia carcerati, an, & quando poſſit contrahere, vel cũ carcerante vel cum alio, plene traditur à ſcribentibus in l. quoniam in carcerem. & in l. metum. §. ſed licet. ff. quod met. cau. & in l. qui neq;. ff. de verbo. ſign. & habetur per Ang. in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribu. lib. 10. & in ſua diſputatio. incip. renouata guerra. & habetur per Bal. in l. vnica. in 3. char. C. de conſeſ. & per eum in l. ab eo. C. quomo. & quando iud. in penul. colum. & per Ange. de Are. in tractatu ſuo maleficiorum. in verbo, qui iudex dictum Caium detineri, & carcerari fecit, &c. in vlt. colum. in ver. an autem carceratus &c. & ibi in addi. & per Bal. in rubr. C. de reſcin. vend. circa fi. & per Do. Abb. in c. accedens. de procur. & per D. Fely. in c. innouamus. de treu. & pa. & per Bar. in tract. de carce. circa fi. & per D. Card. Ale. in c. ſuper eo. el 2. in 2. colum. in fi. de appel. ſcias tamen in hac materia not. & ſingulare verbum videlicet, quòd ſi aliquis tyrannus vult extorquere pecuniam ab vno ſubdito ſuo qui non habet pecunias ad manum facit ipſum carcerari, qui carceratus ſi vult exire carceres compellitur facere venditionem cuiuſdam poſſeſſionis ſuæ cuidam alij pecunioſo qui libenter emit, & credit emere ſecurè poſtquam ipſe non committit violentiam, & ſoluit pecuniam illi carcerato, vel alteri recipienti pro eo, & poſtea tyrannus aufert ab eis tales pecunias hoc caſu ipſe compulſus vendere, vtrum poterit recuperare ab illo emptore poſſeſſionem ſuam etiam non reſtituto ſibi precio per eum exburſato ab ipſo venditore. Ita ſingulariter dixit Pau. de Caſt. in l. non intereſt. in 1. colum. C. quod met. cau. vbi dicit ſe alias pro hac parte conſuluiſſe, & fundat ſe quia dictum precium non eſt conuerſum in vtilitatem ipſius venditoris, & ibi ipſe reſpondet ad aliqua contraria quæ adduci poſſent contra hanc ſuam doctrinam, de quo ibi latius per eum. Pro quo facit, nam carceratus præſumitur ſoluere per metum, ita dixit Cy. in l. 2. C. quod met. cau. & Bald. in l. falſus. in pen. colum. C. de fur. Tene perpetuo menti, quia iam à decem annis citra hic caſus euenit millies in Italia, & maxime in hac dirupta, dilaniata, lacerata, & conquaſſata, ciuitate Bononiæ mihi patria miſeranda.

307 Bona delinquentis confiſcata, & fiſco applicata poſſunt per fiſcum vendicari, vt habetur in l. in metallum. & in l. ſi vt proponis. & in l. fina. & in authen. bona damnatorum. C. de bo. dam. quod tamen intellige verum eſſe, & locum habere ſi intra quinquennium dicta bona, ſunt petita, & vendicata à fiſco, ſecus autem poſt quinq; annos, nam ſi elapſi ſint quinq; anni à die publicationis, vel cõfiſcationis in quibus fiſcus non petit dicta bona, vlterius non poteſt illa petere nec conſequi. Ita dixit Bar. & Bal. in l. commiſſa. ff. de pub. quos refert & ſequitur Barb. in conſi. ſuo 70. incip. vbi Chriſtus, &c. in 4. colum. in 4. volum. vbi etiam pro hoc adducit ea quæ habentur in l. 2. C. de apoſta. & glo. in l. manichæos. C. de hære. & manich. Item adducit etiam bonum tex. ad hoc in l. 2. C. de vectig. & commiſ. vbi dicit tex. quod in bonis delatis fiſco propter vectig. non ſolutum præſcribitur ſpatio quinque annorum. de quo latius per eum in d. conſi. & per Alexan. in conſil. 26. incip. ponderatis. in 2. colum. in 6. vol. & vide Barto. & Bald. in d. l. 2. C. de vectiga. vbi per illum text. ſoluunt not. quæſtionem. & Bal. in l. 3. C. ſi propter public. pen. & in conſilio ſuo 308. incipien. quidam Lucanus, &c. ante fi. in 3. volum.

308 Dicunt Doct. in l. generaliter. in §. cum autem, per illum text. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub condi. fac. & in l. legem Iuliam. ſimiliter per illum tex. C. de indic. viduit. quod vnum relatiuum præſuppponit ſeu dat intelligere aliud. & ideo ſi dicimus, talis res non eſt ſua, puta, Titij, præſupponimus illam eſſe alienam. ex quo inferunt Doct. quod ſtante ſtatuto, quod ſi quis per vim arripuerit filium non ſuum, capite puniatur: quod ſi quis rapuerit filium carentem patre, & ſic non alienum, non incidit in pœnam ſtatuti. Ita ſingu. dixit Iaco. But. Saly. & Alex. in d. l. generaliter. in d. §. cum autem. quam doctrinam pro not. refert & ſequitur Iaſ. in d. l. legem Iuliam. C. de indic. vidui. tol. in 4. colum. in verſicu. ſecundo principaliter. quam doctrinam teneas menti, quia prima fronte videretur dicendum contrarium, quia omnino iſte rapiens delinquit, & dat operam rei illicitæ, ex quo videretur puniendus.

309 Habuiſti à me plura notabilia dicta in materia confeſſionis in ſingularibus meis quampluribus præcedentibus, ſed vltra illa accipe nuper not. verbum in ipſa materia confeſſionis, videlicet quòd confeſſio facta coram duobus ex tribus iudicibus non valet vt confeſſio iudicialis, & ideo ſi tres ſunt iudices delegati ſimpliciter ſine clauſula, & ſi non omnes, &c. Et confeſſio fiat coram duobus non valebit vt confeſſio iudicialis. ita ſingu. dixit Abb. in c. olim ex litteris. in fi. de reſcrip. quod dicit eſſe ſingu. no. & alleg. iura de quibus ibi

ibi per eum.& voluit Dom. Alex.in conſi.ſuo 39.incip.ex allegatis,&c. in 2.colum.in 7.volum.& an citatus à duobus ex tribus iudicibus teneatur comparere vide Abb. in cap. prudentiam. de offic. deleg. & vide Bald.in addit.Specu.in tit.de cita. in 3.colum.in verſicu.ſi ſunt tres iudices &c.& vide quę dixi ego in repetitio.mea.l.de vnoquoque. ff.de re iudica. in 28 char. verſicu. Item circa prædictam materiam commiſſionis citationis.

310 Credo te ſcire,quod confeſſio extraiudicialis facit indiciū ad torturam ſecundum glo.ab omnibus approbatam in l.capite quinto.ff.de adult.de qua ſatis ample loquutus ſum adducendo plures Docto.eam approbantes,in princ.in 9.col.ff. de quæſtio.& de ea loquitur Ange.ponendo plures effectus confeſſionis extraiudicialis in l 1.ff.de confeſ. attamen ſi tu habes clientulum torquendum vigore talis confeſſionis, ſi vis conſulere ſaluti ſuæ, & obuiare,ſeu impedire torturam, ſis cautus vt facias, quod talis clientulus tuus reuocet illam ſuam confeſſionem extraiudicialem, quod facere poterit, & ſic impediet torturam,nec debebit probare errorem dictæ confeſſionis, quia illa non tenuit quo ad aliquod præiudicium indicij, ſed ſolum quo ad præiudicium facti. ita dixit Bal.in l.vnica.in penul.colum.C.de confeſ. quod dictum pro not. refert,& ſequitur Dom.Fely.in cap.olim ex litteris.in 3. colum.verſic.ſecundus,&c.de reſcrip.vbi latiſſime, & copioſe examinat hanc materiam,videlicet quando confeſſio extraiudicialis faciat indicium ad torturā, & ibi in materia iſta vide Dom.Petr.Philip.Cor.in conſi.ſuo 204.incip.pro deciſione.in 4.colum.in princ.in 1.vol.& in conſi.17. incip.licet moris,&c.in 2.volum.

311 Citatus in cauſis ciuilibus licet teneatur comparere per ſe vel per procuratorem, vt in l.fin.cum materia ſua.C.de procu. Attamen ſi citatus timet inferri vim nedum perſonæ,ſed etiam cauſæ non tenetur comparere etiam per procuratorem. Ita dixit Ange.in l.2.in §.quod diximus. poſt med.ff.ſi qs cau. quem refert,& ſequitur D.Fely.in c.accedens.el 2.in 3.colum.verſicu.ſecunda concluſio, &c. extra vt li.non conteſta. & ſcias quod quamuis locus ſit ſecurus citato, tamen ſi ipſe citatus non habet ibi, vbi citatur bonum ſtatum,puta ſi citatur Guelphus vbi regnant Ghibelini,non tenetur comparere, ſecundum glo. in cap.ſtatutum.§.1.in verſic.non audens.de reſcrip.in 6. & ideo dixit Ange.in d.l 2.in §.quod diximus. quod exititij terrarum non tenētur comparere in loco à quo ſunt expulſi.quod dictum refert & ſequitur eū ampliando Do.Fely.in d.c.accedens,in 6.col.verſ. nona concluſio,&c.& de materia iſta habetur etiam per Card.Alex. poſt alios, in c.ex parte tua.de appel.

312 Illi qui non poſſunt diſponere non poſſunt pœnam adijcere diſpoſitioni, vt habetur in l.Seius & Augerius.ff.ad leg. Falc.& in l.quod de bonis.eo.ti.& ideo ſicut priores, vt ſunt antiani non poſſunt conſtituere, vel auferre ſalarium Doctoribus, ita non poſſunt imponere legem pœnalem cōſeruatori,vel depoſitario,ne ipſis Doctoribus ſoluant. ita ad litteram dixit Bal.in addi.Specu.in titu.de conſti.in vlt.additio. Pro quo optime faciunt dicta per Alex.in conſi.ſuo 324 ſecundum ordinem meum,quod conſilium eſt primum tertij volum & incip.viſo proceſſu &c.in 3.char.& 1. colu. poſt med.quod eſt no.a Docto.Bononien.quibus quandoq; ſequeſtratur pars ſalarij ſui in manibus depoſitarij ab antianis, vel ab alio magiſtratu non habente poteſtatem conſtituendi, vel auferendi eis ſalarium, quoniam talis ſequeſtratio eſt nulla, & inualida per prædicta. pro quo faciunt optime dicta per Dom. Philip. Decium in conſilio 231.incipien. viſo. in 3. colum.

313 Diligenter aduertant recipientes fideiuſſores ad verba appoſita in ipſa fideiuſſione. nam ſi aliquis fideiuſſit, & promiſit ſoluere pro actore talis cauſę, ſi ipſe actor ſuccubuerit in cauſa,an hoc caſu ſi eſt pronunciatum inſtantiam fore peremptam,& condemnatus eſt actor in expenſis teneatur talis fideiuſſor ad ipſas expenſas:dicas,quòd non, ſecundum Bar.multum eleganter loquentem in conſil. ſuo. 272.incip. proponitur,quòd quidam,in 2.vol. quem videas, quod eſt no. verbum, cuius cōtrariū prima fronte videretur dicendū.

314 Prohibitio alienationis facta heredi per teſtatorem, vel talis prohibitio facta in alia diſpoſitione,licet diſpliceat ſępè illi cui facta eſt talis prohibitio, tamen quandoque talis prohibitio eſt ſummę vtilitatis, & emolumenti, nā ſi ex forma legis, vel ſtatuti bona ipſius ꝓhibiti alienare ex aliqua cauſa deberent confiſcari talia bona prohibita alienari nō poterunt confiſcari, eo quia res prohibita alienari non poteſt deuenire in fiſcum, ita dixit Bart.in l.Imperator.ff. de fideicom. liber.quem refert,& ſequitur Alex.in conſil.23.incip. opportune conſideratis.in 3.col.in 1. volu.& Ludo. Roma.in l. ſi conſtante.in.§.fi.ff.ſolu.ma & Ange.de Are.in trac.ſuo maleſic.in verbo, & eius bona publicamus.in 3.char. ver & noquòd facta dicta publicatione &c.& Soci.in conſi.ſuo 21.incip.premittenda &c in 4.col.in 4.vol.& idem voluit Bart. in l.ſi quis in tātam.in.3.col.verſi. quæro an dominus teneatur. C.vnde vi.vbi dixit,quòd quando alienatio eſt prohibita fauore alterius,tunc etiā quis delinquendo non alienat. quod dictum refert,& ſequitur do.Franci.de Are.in conſi.ſuo 14. incip.viſo,& diligenter.in 6 col Pro prædictis etiam facit nā iura quæ non poſſunt in extraneum hæredem tranſire non poſſunt etiam tranſire in fiſcum, qui habetur loco extranei hæredis.l.iura libertorum.& ibi Barto.ff.de iure patro.l.eorū. ff.ad leg.Iul.maieſta.& voluit Alexan.in d.conſi.23.incip. opportune conſideratis. in 3.colum.in 1.volum.vbi etiam allegat alia iura ad hoc.& Socy. in d.conſi in 3.colum.in fi.Item ad prædicta facit etiam,nam in generali alienatione, vel obligatione non veniunt ea quæ ſunt ſub pœna prohibita alienari,vel obligari, ſecundum Bart.& alios in l. codicillis. in §. inſtituto filio.ff.de leg.2.& in l.obligatione generali.ff.de pigno.& no.Specu.in titu.de pigno §.1.ad fi.in verſi.nunquid, &c.& Bal.in l.1.per illum tex.C.quæ res pign.oblig.poſ.& in l. voluntas.ad fi.C.de fideicom.& in ca. Imperialem.in 1.colu. de prohi.feu.alie.per Fride.& Ange.in Authen.de reſti. & ea quæ parit. in princ.& Alexan. referens prædictos ad hoc in conſi.ſuo 167.incip.requiſitus,&c.in princ.in 3.colum. & in conſi.461.incip. ſuper primo quæſito.in fi 3.colum.& voluit Ludo Roma.in conſi.ſuo 166. incip.viſo diligenter.in 2.col. in verſic.ſecundo probatur.aduertas tamen quia illud quod dixi quod res prohibita alienari non poteſt deuenire in fiſcū propter publicationem bonorum, poteſt limitari,& reſtringi niſi perſonæ ad quas peruenire debet talis res prohibita alienari defeciſſent,quia deficientibus illis perſonis deficit ꝓhibitio alienationis. in l.quoties. & ibi Bal.C.de fideicom.& in l.qui filium.in prin.ff.ad Trebel.& habetur in l. filiusfamilias.in §.diui.ff.de leg.1 & facit.l.adigere.§.quamuis.ff. de iure pat.& c.cum ceſſante.de appel.cum ſim. & ideo defectis illis propter quos erat facta prohibitio alienationis teneo,quod tunc confiſcatis bonis illius prohibiti alienare tranſibunt in fiſcum argum.dictorum iurium,quod eſt multum nota. in hac materia.de qua limitatione vide in argum.dicta per Soc. in conſi ſuo 53.incip.in præſenti conſultatione,&c. in 5.co. ver.præterea dato,&c Limita etiam prædicta non habere locum in dominio vtili,quia res prohibita alienari non poteſt deuenire in fiſcum,eſt verum quo ad dominium directum, ſed ſecus eſt quo ad vtile dominium, quia tunc vtile dominium bene tranſit in fiſcum. ita dixit Egi. Bellame.in conſil. ſuo 23.incipien. quidam baſtardus,&c.in 1. colum. ad quod alleg.plura de quibus ibi per eum.attamen credo,quòd ſi dominus rei uel teſtator prohibuiſſet etiam alienationem vtilis dominij,quòd tunc eodem modo bona prohibita alienari non deuenirent in fiſcum etiam quo ad vtile dominium per iura ſuperius allegata. An autem quando eſt prohibita alienatio ſit prohibita pignoris obligatio,vide Barto.in l.qui habebat.ff.de leg.3.& in l.quorum.ff.de pig.& in l fina. C. de rebus alien. non alie. & Abb. in cap.1.de pign. & circa hanc materiam alienationis prohibitæ, vide Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim. in §.cum ſtipulamur. in antepenul.colum.ff. de verborum obligat.

315 Acceptatio in aliquibus caſibus eſt magni effectus,& importantiæ, vt oſtendi in repetit. mea l. de vnoquoque. ff. de re iudi.in 30.char.in princip. in verſicu. Item vltra præmiſſa ſcias, quòd ſi citatus,&c & in repeti.mea rubr.C.de proba.in 25.colum.verſi.Item ſcias,quòd confeſſio,&c.de quo etiam per Soci. in fallentia.64.in princip.& in fallen.69.in princ. & infra in ſingul.339.incipien. plures,&c. circa me. Sed vltra ea quæ ibi dixi ſcias,quòd licet teſtis examinatus poſſit corrigere dictum ſuum ante aperturam proceſſus, & antequam loquatur cum parte, ſecundum Inn.in cap.cum dilecti.de acc. & gl.in §.illud tantum.in verſi.non habebit.in Authen. de teſti. & Bald.in l.presbyteri.in 1.colum.C.de epiſc.& cler.& voluit Iaſ. in l.quicquid aſtringendæ.in 5.colum.ff.de verb.obli. hoc tamen limita,& intellige niſi talis reſponſio, uel teſtificatio teſtis fuerit per partem acceptata, nam tunc teſtis nō poterit reuocare dictum ſuum niſi probato errore. Ita not. dixit Bal.in l.Gallus.in §.1 ff.de liber.& poſthu.quod dictum refert,& ſequitur D.Alexan.in d.l. quicquid aſtringendæ.& illud etiam refert, & ſequitur Iaſ. ibidem qui dicit,quòd idē voluit Lu. Roma.in l.1.in §.ſi quis ſimpliciter.ff de verb. obl. & in conſ.ſuo 433.incipien.quo ad primum,&c.in fi.& Ale. in conſi.ſuo 90.incipien.fere omnis uis huius,&c.in 1.uol.& in cōſi.ſuo 92.incipien.uiſo,& opportune,&c. in ult colum. in 5.uolum. Tene menti quia ſecundum Dom. Alex. in d.l. quicquid

quicquid aſtringendæ.eſt no.in pract.& ibi dicit Iaſ. ꝙ iſtud eſt dictum famoſum in palatijs. An autem & quando teſtis poſſit corrigere vel emendare dictum ſuum, vide Ale.& Iaſ. in d.l.quicquid aſtringendæ. in vlt.col.

316 Accipe no & vtilem cautelam contra fiſcum ad excludendum eum à bonis banniti, vel deportati ex aliqua cauſa.nam ſi times, ꝙ fiſcus bona tua inuadat ex aliqua cauſa facias donationem cauſa mortis bonorum tuorum vxori tuę. Poſtea ſi contingat, quòd ſis poſitus in banno ęris, & perſonæ, vxor poterit defendere talia bona ſibi donata, ne veniant in fiſcũ. Nam iſte bannitus quo ad ciuitatem ſuam vnde exulat patitur tale exilium, quo maius non reperitur, & ideo talis donatio tanquam ex morte mariti confirmatur: ideo vxor tali caſu poteſt bona defendere à fiſco, dummodo proceſſum ſit ad plenam traditionem, & tamen maritus ita bannitus poſſet dictam donationem reuocare, vt eſt tex.vnicus & ſingularis in iure, in l.ſed ſi mors.ff.de dona.inter vir. & vxo. Ita ad litteram dixit Bal.in l.pen.in 9.colum.in verſi. quæro quidam timens, &c.C.de execu.rei iudi.& ibi ſubdit, quod ſi fieret reuocatio talis donationis ſequuto banno, quod tamen etiam tali caſu fiſcus non habebit bona, ſed imo remanebũt ipſi marito, quia non fuerunt incluſa in confiſcatione, allegat ad hoc. l.ſi deportati ſeruo.ff.de leg.3.& hanc doctrinam & cautelam refert, & ſequitur Iaſ.in l.ſi ſtipulatus fuerim. in §.cum ſtipulamur. in penul.colum.ff.de verbo.oblig.& dicit quòd idem tenet Bal. in d.l.ſed ſi mors.ff.de dona.inter vir.& vxo. Pro quo etiam alleg.l res vxoris.C.eo.Item ſubdit etiam Iaſ. & dicit, quòd hanc doctrinam Bal. refert, & ſequitur pro ſingulari Pau. de Caſt. in l. poſt contractum. in fi. ff. de dona.tu dicas, ꝙ illam etiam refert, & ſequitur Ale.in d. l. ſed ſi mors. & idem tenet Bar.in d.l.res vxoris. vide tamen in materia Ang.in Auth.de trien.& ſemiſ.in §.illud quoq;. in prin. & tex.in l. 1.& ibi Doct.C.de iu. fiſ. lib.10.& Iaſ.in §.item ſi qs in fraudem.in 15.col.Inſti.de act.

317 Filiorum appellatione compræhenduntur maſculi, & fœminæ.l.ſi ita ſcriptum. in princ.& ibi Bar.ff.de lega.2.& in l.ſi quis ita.in princ ff.de teſtam. tute.& in l.qui duos.ff.de leg.3. voluit Bal. in l.1.C.de legi hæred.Bal.& Alexan.in l. ſed ſi hac §.liberos.ff.de in ius vocan.Pau.de Caſt. in conſi.356.& in cõſil.355.& in conſi.77. Iſtud tamen intellige verum eſſe, & locum habere in materia fauorabili, ſecus autem in odioſa, vt in l.1.§.ſed ſi incertum.ff.de ven. in poſſ.mit. & voluit Bar. in d.l.ſi ita ſcriptum. Item iſtud eſt verum niſi ex coniecturis colligatur mens teſtatoris contraria, vt ſi teſtator plus affectionis habuit ad maſculos, quàm ad fœminas ſecundũ Bal. in conſi. ſuo incip. In Chriſti nomine, amen. Quia allegationes.&c.& Alex. in l.Gallus.in §.quidam recte. in vlt. colum. ff.de libe.& poſth.& Socy.in conſi.49. incip. Capio primum &c. in 5. colum & in conſi.36. incip. recte, & mature, &c.circa fi. Item etiam intellige prædicta eſſe vera niſi ſtatutum ſit in loco, quod extantibus agnatis fęmina non ſuccedat. Quia tunc inſtitutio filiorum facta à patre, intelligitur ſecundum mentem ſtatuti, videlicet de maſculis tantum, non ſi ſit facta ab extraneo. Ita no.dixit Pet.de Anchar.in l.tres fratres.ff. de pact.quem refert & ſequitur Alex.in l.Gallus.in §.quidam recte. in fi. ff.de lib.& poſthum.& in conſi.ſuo 359. incip. viſo teſtamento, &c.in 1.colum.& in conſi.396. incip. circa hanc dubitationem. in 12. colum.de quo etiam per Soc.in conſi. 36.incip.recte, & mature, &c.in fi.& in conſi.49 incip.Capio primum, &c.in 5.colum.& per eundem Socy.in conſi.51.incip.viſa facti narratione.in 6.& 7.colum.in 4. volum. & per eundem Socy.in conſi.73.incip.capiendo, &c.in 3.colum. in fi in eo.4.volum.& in l.hæredes mei.in §.cum ita ff.ad Treb. in vlt.char.in vlt.q.& Decium in conſi.219. incip. in cauſa. in fi.4.colum.& in conſi.316.incip.in caſu.in pen. colum. Ad quæ vide etiam dicta per Iaſ.in l.2.in 73.colum. poſt med. C. de iure emphy.& dicta per Pau.de Caſt. in conſi.ſuo 79.inci. caſus iſte frequenter contingit.& per Dom.Ant.in conſ.ſuo 1.incip.viſo puncto, & quæſitis. in 1.colum.& per Bar.in l. vt iureiur.in §.ſi liberi.in 2.col.ff.de oper.liber.an autem appellatione filiorum, veniant nepotes ex filijs, vide Ale.in conſi.17. inc.ponderatis his &c.in 1.& 2.col.in 5.vol.& ibi in conſ. 29. incip.perſpectis.& Raph.Cuma.in conſi.69. incip. Blaſius. in 3.col.verſi.ſupereſt.& Raph.Fulgo.in conſi.78. incip. ſuppoſito ſtatuto.in 1.col.& per D.Philip.Decium in conſi.15.in 1. & 2.col.& ibi in penul.col.

318 Fui rogatus à iudice maleficiorum huius ciuitatis heſterna die vt deberem videre qua pœna ſint puniendi iſti Zuntatores moderni qui vadunt per diuerſas partes, & vendunt aliquam gemmam falſam, & minimi valoris magno precio, fingendo illam fuiſſe derobatam Papæ, vel Imperatori, vel alteri magno Principi? cui reſpondi quod prædicti Zuntatores tanquam fures puniuntur, & etiam acrius, per l.ſacculariij.in prin.ff.de extraor.cri.ibi, plus q̃ fures puniendi ſunt, &c. & oſtendi ſibi D.Io Bapt.de ſancto Seuerino hoc expreſſe tenentem in repe.ſua l.cunctos populos.in 10.cha.in 1.colum. circa prin.C.de ſum.tri.& fide catho. vbi etiam alia iura allegat de iſtis Zuntatoribus.

319 Hora in inſtrumentis, & reſcriptis, vel in ſimilibus eſt maximę importantiæ, & effectus, nam facit quod vnum dicitur prius altero, ſecundum gl.in l.ex pluribus.in fi.ff.de ſolu. quã extollunt Doct.pro ſingulari in pluribus locis, quos refert D.Fely.in cap.paſtoralis.in 3.colum.in verſi.ratione vnius horę. extra de reſcrip.vbi plura ponit circa hanc materiam horę vel certi temporis, circa quam materiam teneas menti, ꝙ ſi collatio beneficij ſit facta a Papa vni & ab ordinario alteri eadem die, quòd hoc caſu collatio Papæ præfertur, ut in cap. ſi à ſede.de præben.in 6.attamen ſi in collatione ordinarij ſit appoſita hora certa collationis factæ, & in collatione Papæ non ſit appoſita hora, præfertur collatio ordinarij collationi Papæ. Ita not.dixit Socy.ex pluribus iuribus, & rationibus in l.1.in 2.colum.ff.ſolu.matr.quem refert, & ſequitur Dom. Philip Decius in conſi.ſuo 169.in ulti.colu.pro quo faciunt optime dicta per Fely.in d.cap.paſtoralis.de reſcrip.in 3.col. Ad quæ vide etiam Soc.in conſil.ſuo 67 incipien.eadem die &c.per totum.

320 Sæpe contingit, quod partes contrahentes vnum fingunt & aliud faciunt, & circumueniunt iudicem ad interponendum decretum ſuum tali contractui, & ideo ſcias, & perpetuo tene menti, quod ſi iudex reperit ſe deceptum in interpoſitione decreti, poteſt proprio motu ex ſuo mero officio illud reuocare. Ita ſingul.dixit Ioan.And.in cap.conſultationibus.de offic.dele. in nouella. quem refert, & ſequitur Bal. in c.1.in 5.colum.in fi de mili.vaſ.l. qui contu. quod eſt not. Et idem etiam videtur velle ipſe Bal. in l.vnica.in 3.col. verſi. ſequitur quartum membrum.de confeſ pro quo faciunt dicta per Innocen.in c dilecto.de verb.ſign. quem refert & ſequitur Lud.Rom.in conſi.ſuo 454.inc.in re præſenti, &c. in 4 col.& faciunt etiam quæ dixi ſupra, in ſingu.18.incip. quotidie, &c.& quæ dixit D.Philip.Decius in conſi.ſuo 180.inci. viſa, &c.in 5 & 6. colum.

321 Credo te ſcire, quòd emptio fundi, vel domus, vel alterius rei rumpit locationem iam factam de ipſo fundo, domo vel alterius rei: adeo quòd ipſe emptor poteſt expellere cõductorem cum non teneatur ſtare tali locationi, niſi aliter ſit conuentum inter ipſum emptorem, & venditorem. Ita probatur in l. emptorem.C.loca.& in l.nihil.§.fina.ff de leg. 1.& in l.qui fundum.ff.loca.& in l.arbores.§ 1.ff. de vſufruc.l. Iulianus §.pen.ff.de act.emp.cum ſimi. Attamen cautela eſt pro conductore, & colono, vel inquilino, vt non poſſit expelli ab emptore fundi, vel domus, vel alterius rei, nam cautela eſt vt talis conductor tempore conductionis per obſeruantiam contractus recipiat obligationem omnium bonorum locationis, quia tunc cum habeat ius in re illa ſibi locata, & obligata pro obſeruatione contractus non poterit expelli per ipſum locatorem, nec etiam per ſingularem ſucceſſorem. Ita dixit Bart.in d.l.emptorem, C.de loca.vbi dicit ſtãte tali obligatione in cõtractu locationis colonus, vel inquilinus poterit dicere emptori, ego habeo ius in re, & ſic nolo inde diſcedere donec mihi ſatiſfiat de pœna, vel de intereſſe meo, cum hæc res iam ſit mihi obligata, & ita dicit ſe iam obtinuiſſe de facto. & ſubdit quod cum caſus occurriſſet fecit facere proteſtationem à conductore emptori, vt diceret ſe detinere rem pro obligatione ſibi facta etiam ideo eum nõ inquietaret, & idem dixit ipſe Bar.in l.1.§.quod ait pretor.ff. de ſuperfic.& in l.ſi creditor.§.fi.ff. de diſtra.pig.& in l.filio. §. ſi vir. ff.ſolu.matr.& in l qui fundum.ff.loca.& in l.ſi ea lege. C.de condict.ob cau.& in l.ſi ita quis.in §.ea lege. ff. de verb. oblig.& idem dixit Abb.in c.fi.ne pręla.uices ſuas. ad quæ in materia uide etiam Barba.in c.propter ſterilitatem. de loca. & in repeti.c.Raynaldus.in Ioannina.in 46.cha.extra de teſta. & Ang.in l.prætor.§.hac actione.circa fi.ff.ui bono.rapto.& Bald.in Margarita ſua, in uerbo, colonus.in uerſi. 2. & Socy. in conſi.ſuo 99.incip.in cauſa eximij, &c. in vlt.colum. ubi uideas. & uide etiam Pau.de Caſt.in l.qui merces.in §.1.ff.loca. & Ioan.de Imo.in l.filiusfamilias.in §.diui.ff.de lega. 1. & in l. qui abſenti.§.1.ad fi.ff.de dona.& omnino uide Iaſ.in l. quoties.in 7 colum.uerſi.undecimo, &c.de rei uend. & uide Iaſ. omnino in §. item ſi quis.in 18.colu.poſt med.Inſtit. de act. & Soci.in conſi.ſuo 29.incip.uiſis duabus, &c.in ulti. colum. circa fi.in 4.uolum.ubi omnino uideas.& in conſi.90. incip. uiſis.in 1.& 2.colum.in d.4.uolum & in conſi.ſuo 17. incip. capio primam.in pen.colum.in 3. uolum. Et ultra prædicta teneas menti, quod non ſolum in caſu prædicto colonus,

uel

vel inquilinus non poteſt expelli ab emptore rei niſi ſibi ſa-
tisfiat,vt dixi . Sed nec etiam conductor qui confecit expen-
ſas vtiles poteſt expelli à ſingulari ſucceſſore, niſi primo ſint
ſibi ſolutę tales expenſæ, etiam ſi talis conductor expellatur
propter penſionem non ſolutam. Ita dixit Socy.in conſ.ſuo
15.incip.viſis prædictis,&c.in 6.col.in fi. vbi ad hoc allegat. l.
dominus.§.1.& l.colonus in prin.ff.loca.& l.pen. eo.tit. Item
alle.etiam.l.colonus.ff.de vi & vi arma.& alia alle.de quib. ibi
per eum. quæ omnia tene menti,quia ſunt quotidiana,& ſę
pe de facto contingunt, & hic & alibi,& vide quæ dixi infrà.
in ſing.548.incip.rei ſuæ,&c.

322 Iuramentum in ſupplementum probationis nō defertur
niſi præcedat ſemiplena probatio, vt plenè tradunt Doct. in
l.in bonæ fidei.C.de reb.cred. & in l.admonendi.ff.de iureiu.
& in l.manifeſtę,eo.titu. de quo etiam dixi ſuprà,in ſing. 83.
inc.in ore vulgi,&c. Scias tamen quod eſt dare caſum in quo
defertur iuramentum nulla pręcedente ſemiplena probatio
ne. Qui caſus eſt ſi facta eſt probatio, quod ego mutuaui ti-
bi pecuniam, non tamen eſt probata quantitas, certe hoc ca
ſu potero petere,quod mihi deferatur iuramentum de quā-
titate, & ſtabitur in hoc iuramento meo. Ita ſingulariter di-
xit Ray.de Forli.in l.1.ff.de in li.iuran.quod dictum pro valde
notabili refert, & ſequitur Dom.Bartholo.Cœpo.in caute-
la ſua 210.incip. aliquis mutuauit. vbi pro hoc dicto allegat
nonnulla iura, & dicit quod Ray.de Forli. in d.l. .credit, ꝙ
poſſit refrenare tale iuramentum iuxta illud, quod videtur
ſibi veriſimile, de quo ibi latius per eum. quod dictum etiā
refert, & ſequitur Dom.Phili. Deci.in conſi.ſuo 146.in 7.co.
vbi dicit,quod hoc etiam videtur voluiſſe Barto.concurren-
tibus alijs coniecturis,in l.admonendi.in 2.col. verſi. quæro
quid ſi teſtis.ff.de iureiur. pro quo dicto ipſe Do. Philippus
dicit, quòd facit text. in l. Titius. & in l. creditor. ff. de actio.
empti. & in l. prædijs. § Titio. ff. de lega. 2.& quod tradidit
Barto.& alij, in l.fina C.de eden. & quod not. Innocen in ſi-
mili in cap. cum clamor. extra de teſti. Tene menti,quia eſt
ſingulare verbum in practica, & multi dicerent contrarium
prima fronte

323 Diuturnitas temporis operatur ꝙ omnia præſumuntur
ſolemniter acta. l. ſi filius. & ibi Doct. C.de peti.hæred.l qui
in aliena.§.ſed ſi non adierit.& ibi Docto.ff.de acquiren. hæ-
redita.& not.Bal.Ange.& Moder.in l.ſciendum.ff.de verbo.
oblig.& Hoſtien.& Ioan. Andr.in c.Albericus. de teſtibus.&
Cy.in l emancipatione.C.de fide inſtrum.de quo etiam per
Pau.de Caſt.in conſil.ſuo 50.incipien. In cauſa quæ vertitur
inter Reuerendiſſimum,&c.in 3.colum.& per Alex.in conſ.
345. incipien. ponderatis.in pen.colum.& in conſi.36 .inci.
viſo. in 3.colum. & per Bal. in c.1.in 6.colum.verſic.quæro ſi
apparet,&c.de mili.vaſal. qui contu.eſt.& per Socy.in conſil.
ſuo 266. incipien. in cauſa, &c. in 16.colum.& per Do. Fely.
in c.illud. in 3.colum.de præſcrip.& per Soc.in conſi.15. inc.
viſis. in penul.colum. & per Alexan. in conſi.79.incipien.cir-
ca primum. in 5. colum.in 1.volum. & ibi in conſi.113. inci.
ſuper primo.in 3.colum. & in conſi.212.incipien.Viſo & op
portune.in 2.colum. & per Barba. in rubri.C.qui admit in 3.
colum. & in rubr. de fide inſtrumen.in 29. charta. in 3. & 4.
colum. & Alex. in conſi.36 .incipien. viſo . in 3. colu. & per
Ludo.Roma. in conſi.ſuo 252. incip.pro deciſione.in 2.col.
& in conſil.275.incipien.quod primum.in 1. colum. & per
Iaſo. in repetitio.l.admonendi. in 9 .colum. de iureiuran.&
per Dominum Philip. Decium in conſil. ſuo 152. incipien.
in cauſa. in vlt. colum.& in conſi.36. in 2. & 3.colum.& vide
infra, in ſingula.476.incip.latè ſatis,&c. Tene tamen menti
perpetuo, quòd mandatum ad vendēdum,emendum,com-
promittendum, vel ad ſimilia, nunquàm præſumitur ex diu
turnitate temporis etiam ex curſu cētum annorum niſi pro-
betur,ſecundum Bal.in l.2. C.ſi ex fal. inſtrum. in verſi.quæro
quid ſi dominus,&c.& Bal.in l.1.C.de reb. alie. non alienan.
quem refert,& ſequitur Alex.in conſi.ſuo 345.incipien.pon
deratis,&c. in pen colum.& in l.ſciendum.ff.de verbo.oblig.
& in l.qui in aliena.in princip.ff.de acquiren.hæredi.quos re-
fert, & ſequitur Dominus Philippus Decius in conſi.ſuo 36.
in 3.colum.in princ. & in conſi.ſuo 42.in 7.colum.verſic.ag-
gredior igitur.& in conſ.199.incip.viſis,&c.in 1.col. & voluit
Socy. in conſi ſuo 80.incipien.in quæſtione,&c.in 2.colum.
in 3.volum.& ibi in conſi.46.incip in cauſa.in 2 col. & Alex.
in conſi.19 .incip.perſpecto.in 2.colum.in 6. volum. & Do.
Philip.Decius in conſi.2 5.incipien. in cauſa. in 1. colu. & in
conſi.297.incip.non patitur.in 2 col.& Alex.in conſi.35.inc.
conſideratis. in 1.col.in 7.volum.& Do.Franciſ.Cur.in conſ.
ſuo 49.incipien.recolendæ memoriæ,&c. in 6. colu. & vide
omnino Dom.Franciſ. Cur. in conſi.ſuo 77. incip.ſuper no-
uitijs. in 2. & 3.colum. vbi tenet contra dictum Bal.& ſequa-
cium, in d.l.2.C.ſi ex fal.inſtrum. Quod eſt not. vide tamen
Dom.Philip.Decium in dicto conſil.ſuo 42.in penu.colum.
circa prin.vbi videtur hoc dictum limitare. Et adde quod ex
diuturnitate temporis non præſumitur, quod in contractu
interuenerit conſenſus propinquorum . Ita dixit Bal. in l. 2.
C.de legiti.hæredi.& Ludo Roma. in l. ſciendum. in 14.col.
ff. de verborum obliga. de quo latius per Alexan. in conſil.
218. incipien. ponderatis.in 2 colum. in 5.vol.& adde etiam
quod iſta exceptio mandati pōt quandocūq; opponi etiam
poſt ſententiam, quia reddit iudicium retro nullum . Ita
dixit Alexand. in conſi. 147. incipien. viſis dubitationibus.
in 1. colum. in 6.volum.

324 Mulier licet in dote confeſſata præferatur creditoribus
probantibus debitum per ſolam confeſſionem, quia in pa-
ri cauſa potior eſt cauſa dotis.l.in ambiguis.ff. de iure dot.&
voluit Bal.in l.aſſiduis.C.qui potio.in pigno.hab.& Docto.in
l. .ff.ſolu.matri.Iſtud eſt verum niſi alij creditores eſſet cre-
ditores ex alia cauſa in qua concluſio efficaciter præiudica-
ret,vt puta ex cauſa depoſiti,quia tales creditores erunt me-
lioris conditionis quam mulier quæ innititur ex ſola con-
cluſione dotis, quia talis confeſſio non reputatur ita efficax,
cùm exceptio non numeratę dotis poſſit opponi vnde non
ſint in pari cauſa,& ſic ceſſat ratio doct. Ita dixit Alexan. in l.
1.in 7 colum.in verſic.circa quod primo adde &c.ff.ſolu.ma
tri.vbi etiam latius loquitur,& idem tenet ibi Do.Franciſ.de
Are.quos refert, & ſequitur Do. Philip. Decius in conſilio
ſuo 96.inc.Viſo puncto &c.in fi.

325 Dixi tibi alias in l.pen. in 3.col.ver.adde D. Paridem &c. ff.
de quæſtio. quod idem operatur potentia in habitu, quod
operatur potentia in actu,de quo ibi late loquutus ſum, &
ad illam materiam tene menti vnum vltra ibi dicta ꝙ ſi ma-
ritus bene & optime verberauit vxorem quia nolebat con
ſentire contractui fiendo, ſi poſtea ex interuallo talis mu-
lier conſentit præſumitur per metum conſenſiſſe, quia do-
nec durabit in matrimonio illius viri ſemꝑ metus ille dura-
bit.ita not. dixit Bart.per illum tex.ff. de condict.ob turpem
cau.quod dictum pro not refert & ſequitur Iaſon in §. qua
drupli.in 10.columna, inſtitu.de actio. vbi allegat Ang.idem
dicentem in l.ad inuidiā.C quod met.ca.hanc tamen doctri-
nam limitat & reſtringit Domi. Anto. in c. cauſam matri-
monij.in 2.columna , de offi. deleg. videlicet niſi quando
ipſa vxor conſenſit, interueniſſent amici ipſius vxoris, quia
tunc videtur quòd ceſſauerit metus.arg.l.tranſactionem.C.
de tranſac.& ibi Bart.& argu. gloſ. & ibi Barto. in l.2.§. quæ
onerandæ.ff.quarum rerum actio non datur. Sed hæc limi-
tatio mihi nō placet modo aliquo ex pluribus maxime ex ra-
tione naturali. Nā ſi mulier cōſentit viro ad faciendā aliquā
obligationem poſtquā ab eo fuit percuſſa,licet ibi ſint ami-
ci,non tamen facit ſponte, nam ſi in præſentia amicorum
contradiceret voluntati, mariti , vt ſibi & perſonæ ſuæ,
nam ſi primo eam percuſſit ſemel ſemotis dictis amicis cā
acrius & durius percuteret, & ideo mihi non placet aliquo
modo limitatio do.Anto.& pro opi.mea cōtra.D.Ant. opti
me faciunt dicta per Do. Alexan. in conſi.291.incip. in cauſa
prædicta.in 4.col.vbi ad hoc alleg.gl.fi.in c.1.quod met. cau-
quæ dicit quòd viuēte viro metus ipſius præſumitur eſſe in
vxore Item adducit etiam glo. in c.accedens. de conuer.cō-
iug.adducit etiam Bar in l.2.C.quòd met.cau.qui dicit quod
ſi aliquis facit aliquid metu tyranni præſumitur durare me-
tus donec viuit tyrannus & adducit etiam Inno. in c. ſuper
hoc.de renun. vbi dicit ꝙ vbi apparent ſigna extrinſeca vio-
lentiæ, & nō poteſt apparere de animo,tunc ex extrinſecis fit
probatio,quaſi dicat,ꝙ ſi apparent acta extrinſeca violentiæ
licet timens violentiam inferri faciat animo læto & iocun-
do præſumitur tamen per metū facere, nec audiretur volēs
probare ꝙ ſponte fecit, & dicit ꝙ tunc non admittitur dire
cta probatio,ſed indirecta.& ibi Dom.Alex.ponit exēpla, &
dicit D.Ale.in d.conſi ꝙ illud dictū Inn. ſequitur Io.And.D.
Ant.& Io.de Imo.in d.c.ſuper hoc.in 18.& 19.col. de renun.
vbi referunt Boatinum dicentem,ꝙ ſi filius in ſtudio renun-
ciat beneficio ſi probat metum fuiſſe illatum à parentib. in
patria propter quem renunciauit non audietur aduerſarius.
ſi dicit ſe velle probare per teſtes, quod libere,& ſponte re-
nunciauit, nam teſtes non poterunt videre metum quē in-
trinſece patiebatur.& idem dicit Abb.ibi referens Io.And.&
Doc.prællegatos.qui dicunt, ꝙ quædam puella rapta,& de-
ſponſata fuit,& poſtea aufugit,& raptor volebat probare, ꝙ
tempore ꝯcti matrimonij puella ridebat, ideo ſponte ꝯxe-
rat,dicit ꝙ non admittitur talis probatio, quia quæcunq; ſi-
gna ſint exteriora demonſtratiua lætitiæ,nullius tamen ſunt
momenti,ex quo apparent ſigna extrinſeca metus,nā animū
intrinſecum nullus mortalis cognoſcere poteſt,& multi ſin-

gunt ridere q timẽt, vnde iura & Docto.volũt ꝙ ſi appareãt ſigna metus non admittatur volens probare per lętitiam metũ eſſe purgatum,quia animus cognoſci non poteſt. Ita dixit Do. Alexan.in d.conſi.91.incip.In cauſa prædicta &c.& in conſ.323.inci.in caſu ſupradicto &c in 3,& 4.col.& pro ſupradictis optime facit tex not in l. nouiſſime, in ver. quid ſi compulſus.ff. quod fal. tuto.autho. per quem tex dicit ibi. Dy.ꝙ idem operatur probabilis ſuſpicio tormẽtorum quod operatur ipſorum illatio,de quo latius per Alexã in d. conſi. 323.in 3.col.& latius per me in l. 1.in princi in 10. col. verſi.alterius inquantum &c.ff. de quæſtio. Tene menti prædicta quæ etiã multũ faciunt ad intellectũ.l.2. C. quod met.cauſa.

326 Pœnitentia in delictis re integra operatur vt ille qui propoſuit delinquere nõ puniatur,quod etiam habet locum in aliquibus criminibus enormibus,vt eſt crimen falſę monetę, nam ille qui propoſuit fabricare falſam monetam, & ad hoc ſe præparauit, ſi ductus pœnitẽtia deſtitit nõ punitur ſecundum Bart.& Doct,in l.qui falſum.ff.de fal. & ego ibi dixi in 11.colum,in prin.de qua pœnitentia habetur per ſcribentes in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſ.& cleri. & in l.1.C. de rap.virgi.in c. ad abolendam.ff. de hæreti. in verſi ſponte recurrere &c. & in l.non prodeſt ff.vi bono,rap.& per gl. in c.apoſtolicos.12.q.2. & in l. qui ea mente. vbi eſt glo. magiſtra.in hac materia pertinẽtiæ.ff.de fur. Teneas tamen menti quòd in cõmittente baratariam non habet locum pœnitentia etiã re integra. Ita dixit Bal. in l.& generaliter. in prin. ff.de calum. quod dicit fuiſſe de facto ſeruatum Florentiæ, quod dictum pro valde not. refert & ſequitur Iaſ. in §. quadrupli.in 12.colum,in fi. verſi. & aduerte &c.Inſti. de act.qđ dicit eſſe bene ſignandum.& ſcias quòd in aliquo delicto nõ habet locum pœnitentia quando imponitur ipſo facto vel committitur ipſo iure. Ita dixit gl.no.in cle.ne in agro in §. quia vero.in verbo, ipſo facto.de ſta. mona. quam gloſ ad hoc dixit ſingularem Alexan. in conſilio ſuo 14.incip. Viſo & conſiderato, in 2. colum. in 2.volu. & Bal. in aut. habita. in vlti.col,C.ne fil.pro patre. & Alexan.in l. qui ea mente.in fi. ff.de fur. & in l.ſi inſulam,in 11.colum,in verſi. vndecimo fallit &c.ff de verb. obliga. & in l. 1.ff. de his qui notan. infa.

327 Exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi ab illo contrahente qui in contractu iurauit habuiſſe & recepiſſe pecuniam,& renũciauit exceptioni non numeratæ pecunię, & ſuper contractu appoſuit iuramentum, ſecundum Bar in l fi,C.de non nume.pæcu.& in l. ſi ex cautione. eo.tit. & voluit Bal.in l.2.in repeti.ff.de iureiur. & Ange & Pau. de Caſt in d.l fi.& in d.l. ſi ex cautione. vbi firmiter tenent, qđ quando eſt renunciatũ prædictæ exceptioni cũ iuramẽto,ꝙ iſto caſu non poteſt opponi dicta exceptio,& idem in ſimili tenuit Pau.de Caſt. in conſilio.ſuo 9.inci. viſo puncto &c. Pro quibus faciunt dicta per Bar.in l fi.C.qui pot.in pig.hab. & per Ang.de Are in §. fuerat.Inſti.de actio.& per Ioan.de Imo.in l.nemo poteſt.ff. de leg.1. & facit not. verbum Bal. in conſilio ſuo 452. incip duo rei &c. in 1.volum. vbi dixit quòd ex confeſſione partis in qua confitetur ſe habuiſſe & recepiſſe cum renunciatione exceptio. non numeratæ pecuniæ,oritur præſumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium niſi per confeſſionem partis aduerſę. auth. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nup. & in Authen.de equa.do. in §.illud conſi. de quibus omnibus plenius dixi in conſ.meo 48.inci.in cauſa & lite &c. in 2. char. ſcias tamen & perpetuo menti habeas quòd etiam in tali caſu poteſt aliquo modo & via ſubueniri tali contrahenti, qui non habuit pecuniam, tamen confeſſus eſt illam habuiſſe & recepiſſe, & renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ cum appoſitione iuramenti &c. Nam remedium eſt quòd quando renunciatum eſt exceptioni non numeratæ pecuniæ,& eſt appoſitum iuramẽtum,hoc caſu poterit opponi exceptio ſimulationis contractus, videlicet ꝙ licet confeſſio fuerit facta de recepto cum renunciatione & iuramento,tamen fuit contractus ſimulatus & non verus ſed fictus,& hoc caſu iuramentum non obſtabit, quia iuramentum interpoſitum ſuper actu ſimulato nõ validat actũ, nec ligat iurantem,vt eſt glo.ſingu.in l.emptione.ad fi. & ibi Bal.C.plus vale.quod agitur. ita dixit Ange. ponens hũc modum in l.1.C. de dote cau. non nume. quam doctrinam & cautelam refert & ſequitur pro ſingula.Do.Iaſ.in §.fuerat.in 20.colum.verſi.illud ſingulariſſimum &c. Inſti.de act.& dicit quòd de veritate glo.d.l.emptione. debemus omnino videre Bal. in l.1.C.de oper.liber.vbi. Bal. idem tenet, videlicet quòd quando interuenit iuramentum ſuper contractu ſimulato quod illud iuramentum non obligat iurantem, & quod non requiritur relaxatio ſiue abſolutio à tali iuramento, & ibi etiam ponit Bal. ad quem ſpectet declarare quòd tale iuramentum non valeat,an ad epiſcopum tantum, an vero etiam ad iudicem ſecularem, & etiam Iaſ. vbi ſupra adducit quamplures Doct. tenentes ꝙ a tali iuramento non requiratur abſolutio ſeu relaxatio. de quibus ibi per eum.

328 Multi ſunt iudices cõmittẽtes errores,& aliquod iniuſtũ, qui poſtea volunt ſe excuſare ſub prætextu mandati ſuperioris,ſed vere talis clypeus ſibi non prodeſt in aliquo, eo quia mandatum ſuperioris factum alicui vt aliquid faciat intelligitur tamen cum cauſę cognitione & ſeruatis ſeruandis, ſecundum Bal.in c.2.in vlti.columna, extra de reſcrip. vbi dixit quòd ſi Papa mandat ſententiam confirmari quòd hoc non intelligitur velo leuato,ſed cauſa cognita,quia iudicium nõ procedit ſine cauſę cognitione. de quo ibi latius per eum. quod dictum pro not.refert & ſequitur Dom.Phili.Deci.in conſil ſuo 175.inci. In cauſa falſitatis &c. in 6.colum.vbi ad hoc etiam alleg. Bar.in l.præſcriptione.C.ſi contra ius vel vtili.publ. ego etiam pro hoc dicto vltra Dom. Philip. adduco Pau.de Caſt.in l.1.C.de execu.rei iudi & Bal. in l.1.in 2.colũ. C.ſi propter publ.penſi. vbi dixit quod data libera poteſtate iudici procedendi prout ſibi videtur,intelligitur tamen iuris ordine ſeruato,& ſeruato ſtatuto & conſuetudine, itẽ ſi alicui iudici ſit datum liberum arbitrium debebit tamen ſeruare ordinem iuris, per id quod dixit Bal. in c.1. in fi. de pa.iura.fir alias,de allodijs. vbi dixit quòd verbum libere, requirit ordinem iuris.ad quod alleg.Bar.in l.alio,in 3.col.in fi. ff.de alimẽ.& cib leg vbi dixit ꝙ verbum,vide,importat arbitrium boni viri,& facit optime tex.in c.1.in verbo, liberam. de offi.ordi.vbi dixit Bal.& Dom.Anto. per illum text. quòd ſi datum eſt liberũ arbitrium, vel libera poteſtas iudici procedendi contra fures, intelligitur tamen præcedẽte diffamatione & ſeruato iuris ordine. & faciunt dicta per Pet. de Ancha in conſi.ſuo 166.incip.viſis diligenter.in 1.colum.& per Albe.de Roſa in 3. parte ſtatutorum.q.57.inci. an poteſtas & ibi in 4.q. antecedentibus. & faciunt dicta per Ang. de Are.in tract. malefic. in verbo, mentitore di mal dadi.in 3. char.in verſi.quæro quæ ſit pœna &c.in fi.& per Soci.in cõſ. ſuo.231.incip.præſentis conſultationis,in 2.col. verſi. confirmatio videtur &c.in 4. volu & per Iaſ. in l.2. in 9. columna, eo.tit.& faciunt dicta per Dom. Catal in tractatu ſuo ſyndicatus in verſi.122. incip.adde quòd vbi iudex ex forma ſtatuti &c.& in verſi.129.incip.adde quod ſi datur arbitrium &c. & per Alexan in conſi. ſuo 66.incip. habita ſuper contentis &c.in 2.colum.in 1.volu.& in cõſi.ſuo 1. incip viſis actis.in 2. colum.2.volu.& Pau de Caſt. in l.certo generi. in §. ſi totus. in fi.ff.de ſerui. ruſti. præd. & Moder.in l milites.C. de teſta. mili.& vide Pau.de Caſt in conſi 262.incip. videtur per prædicta &c.in 1.col,& per Domi. Nicolaum Millum in repertorio ſuo, in litera P.in 3.col.in vlti.nota.

329 Plures ſunt caſus in iure ſparſi in quibus confeſſio nõ nocet confitenti, ſaltem ad plenam probationem faciendam, vel ad imponendam veram pœnam delicti. quos hic ſimul reducere ſtatui.Vnus eſt caſus in quo confeſſio nõ nocet cõfitenti, videlicet quando eſt incidẽter facta & non principaliter de qua dixi in l. 1. in prin.in 15 col verſic. & vltra prædicta &c.ff.de quæſtio.& in d.l.1.§. Diuus Antoninus,in 4.col. verſic. poſſet tamen huic dicto &c. eod tit. in quibus locis poſt lecturam meam impreſſam alia addidi. Pro quo faciũt optime dicta per Abb. in c.& ſi clerici. in prin 2. colum. de iudic.Alius eſt caſus in confeſſione contra quam eſt ſententiatum,de qua dixi in repetitio. mea rubr.C de proba.in 25 columna,in verſic.vltimo circa hanc materiam.& in eadem repeti.in 32 colum verſi.quinimo &c.& in ſingul meo.257 incip.nemo audiendus eſt Alius eſt caſus videlicet, in confeſſione facta calore iracũdiæ,de qua dixi.in d.repeti. mea rub. C.de proba.in 22.col poſt mediũ.ver.Itẽ adde ꝙ requirit &c. de quo etiam latius per Iaſ.in l ſi filiam. in penul. colum C. de inoffi. teſta Alius eſt caſus, videlicet, in confeſſione facta in criminalibus ſub ſpe gratię promiſſę. De qua dixi in ſingulari meo.201.inci in cõfeſſum. & in d. repet. mea rub. C.de proba.in 25.colum.in verſi.Item ſcias quod confeſſio debet eſſe pura &c.& in l 1 in.§. quæſtioni.ante fi.ff.de quæſtio. vbi etiam aliqua addidi poſt impreſſionem ipſius lect. Alius eſt caſus, in confeſſione facta per torturam quando non proceſſerunt legitima indicia, vel fuerunt ſeruata ſeruanda, de qua ſatis dixi in l. 1, in prin.in 6 columna, verſi. primo enim.& in l.pen.in 2.columna,verſi.modo & redeũdo.ff.de quæſtio. Alius eſt caſus, videlicet, in confeſſione impoſſibili,de qua dixi in l. 1. in princ. in 14.columna, verſi. de confeſſione autem impoſſibili,&c.ff.de quæſtio.& in l.fi. in 7.col.in ver.Itẽ etiã adde ꝙ ſi cõfiteor &c eo.tit.& in repe. mea rub.C.de prob.in 23.col.ver.requiritur etiã &c.Alius eſt caſus,vcz, in confeſſione facta ſine cã, ſiue loquamur in ciui

libus

libus,ſiue in criminalibus.de quo dixi in l.1.in §. præterea. in
16 colum.in ver.Item pro prædictis,&c.ff de quæſtio. & in
ſingu.meo 219 incip.obligatio,&c.& in d.repeti.mea rub.C.
de proba.in 17.col.verſi.nam primo, &c. De quo etiam per
Pau.de Caſt.in l.1.ff.de confeſ.in verſi.eſt & alia &c.Alius eſt
etiam caſus,in confeſſione facta, ſed non acceptata per par-
tem,de qua dixi in dicta repe.mea rubr.C.de prob.in 25.col.
in verſi Item ſcias etiam,&c.in repeti.mea.l.de vnoquoq;.in
30.char.de re iudi.& ſ.in ſingul.3 ، 5.incip.acceptatio. Alius
eſt caſus,in confeſſione etiam ſpontanea facta in criminali-
bus,quæ non nocet niſi per ipſum confitentem ſit ſæpius
reiterata,ſecundum Rapha.Cuma.in conſi ſuo 138. inc. hoc
maxime.in 2.col.verſi.quantum ad primum, &c. Ad quod
vide etiam Barba.in conſi.70.in 3.colum.in 4. volum. Alius
eſt caſus,videlicet quando ſunt tres iudices delegati, & con-
feſſio eſt facta ſolum coram duobus ex illis,de qua dixi.ſ. in
ſingulari.309.incip.habuiſti a me,&c.vbi vide. Item alius eſt
caſus,in confeſſione non iurata,quæ non probat nec nocet
confitenti, ſecundum D.Ant.in conſ.ſuo 2،.incip.Viſo pun
cto, & quæſito. in verſic ad ſecundum. Ad quod allegat plu
ra iura de quibus ibi per eum,pro quo faciunt optime,quæ
dixi.ſ.in ſingula.214.incip.ad validitatem,&c. Alius eſt caſus,
videlicet in illo qui confeſſus eſt ſe feciſſe homicidium ad
ſuam defenſionem. de qua dixi in ſingu.meo 185.inc. Con-
feſſio inquiſiti,&c.& in l.repeti.in 7. col. verſicu. quartus eſt
caſus,&c ff.de quæſtio. Item alius eſt caſus, in eo qui confeſ-
ſus eſt ſe commiſiſſe delictum,nam non debet puniri proba
tio,quod illud fuit ab alio commiſſum,etiam ſi contra con-
fitentem fuerit lata ſententia. Ita dixit D.Flor.in l.ait lex.alias
inci.inde Neratius. in §.ſi quis hominem.poſt princ.ff.ad leg.
Aquil.Alius eſt caſus,videlicet,in confeſſione facta coram ta
bellione abſq; præſentia iudicis, vel etiam coram iudice nõ
ſedente pro tribunali, de qua dixi in l.1.in prin in 4. colu. in
verſi.& hanc partem,&c.ff.de quæſtio.& in l.de minore.in §.
plurium. in 2 col.in verſi.& facit glo.&c. De quo etiam per
Alex.in conſi.30.incip.ex allegatis,&c.in 2.col.in 7.vol. Alius
eſt caſus,videlicet,in confeſſione non probata ſeu non veri-
ficata, quæ non nocet confitenti. de qua dixi in l.1. in princ.
in 13 colum.in verſi.& primo ſi confeſſio,&c.& in rep. mea
rubr.C.de proba.in 22.colum.in fi.in verſi.modo vltra prædi
cta, &c. Alius eſt caſus,videlicet in confeſſione non veriſimi
li,quæ non præiudicat confitenti,de qua dixi in l.1.in prin.in
15.colum.ver.quo autem,&c.& in l.de minore.in prin.in 10.
col.in prin.verſi.an hoc habeat locum,&c.ff.de quæſtioni &
in dicta repeti.mea rubri.C.de proba.in 24.colum. ver. Item
& vltra prædicta,&c.vbi late loquutus ſum in materia. Item
alius eſt caſus, in confeſſione facta extra iudicium, quæ non
nocet ad plenam probationem, vt dixit glo.in l.penult.C. de
inter.matri.& in l.quoniam.ff.de infa. & voluit Do. Paris de
Puteo in tracta.ſyndica. in 96. char.in 2.colum.ver.quia com
muniter dicitur,&c. Alius eſt caſus,videlicet in confeſſione
facta per metum.tex.eſt & ibi Bal.& Docto. in l. nec ſi volẽs.
C.de lib.cau.& voluit Bal.in l.2.C.quod met.cauſa. Alius eſt
etiam caſus, videlicet in confeſſione facta extra tempus. Nã
ſi reus confitetur maleficium etiam notorium poſt lapſum
tempus datum ad inquirendum per ſtatutum ex tali confeſ-
ſione non poterit condemnari, de qua confeſſione dixi in
l.1.in prin.in 15.colum.verſicu. adde etiam. ff. de quæſtio. &
vide etiam Do Franc.de Are.in c.cum P.in 6.col.de accu. &
Alex.in l.non tantum.in pen.apoſtil.ff.de appel.& vide tex. in
l.ſi poſtq̃.ff.de fideiuſ.& Bald.in l.querela.C.de fal. ante fin.&
Bal.omnino in l.ſi pœnæ.in fi.ff.de condi. inde.& vide etiam
quæ dixi in ſingu.meo 83.incip.in ore, &c. in vltimis verbis.
Et vide etiam alium caſum quem poſui in l.edita.in prin.in
vlt.colu.in verſi.& teneas menti.ff.de quæſtio.& alios etiam
caſus in quibus non valet confeſſio, vide per me in practica
mea cauſarum criminalium. in 23.24 25.& 26.char.vbi latiſ-
ſime loquutus ſum, & vide omnino Alc.in conſi.30.inci. ex
allegatis,&c.in 2.col in 7.vol. vbi not.loquitur in materia cõ
feſſionis,& inter cætera dicit, quòd cõfeſſio facta coram in-
competenti,non valet etiam nec confeſſio extraiudicialis,
ad quod allegat iura de quibus ibi per eum.Tene menti prę
dictos caſus not.in materia confeſſionis,quos ſimul volui re
ducere,pro minori labore ſtudentium.

330 Si bene ſis memor dixi tibi ſuprà, in ſing.77.incip.patien-
tia, &c. ꝙ patientia cum taciturnitate inducit conſenſum,
ad quo ſibi adduxi plura iura,& doctrinas quibus addere po
tes D.Philip.Decium in conſi.ſuo 66. incip. de duobus. in 6.
col.vbi ponit not.verbum in materia,& Dom.Fran.de Are.
in conſi.ſuo 11. incip.procedendum. in pen.colu.poſt princ.
& Inno.& Ioan.And.in c.illud.de præſump.quos refert,& ſe-
quitur Bal. in l. ſiue poſſidetis.in 4.oppoſi.C de proba. dicta
tamen in dicto meo ſingula.78. Limita, & reſtringe, & di-
cas, quòd patientia cum taciturnitate operatur conſenſum,
hoc tamen fallit in his quæ requirunt ſcripturam,quia in illis
patientia cum taciturnitate,non inducit conſenſum,ita dixit
Iaſ.in l.1.in 18.col.in verſi. Item per prædictam communem
concluſionem,&c.C.de iu.emphyt.& in l.2.in 49.col.eo.titu.
quod eſt no. quæ autem ſunt illa quæ requirunt ſcripturam
vide gl.magiſtram in c.1.in verbo,in ſcriptis.de cenſi.in 6. &
vide glo.& quæ ibi dixi,in l.contrahitur.ff. de pign. & per Iaſ.
in l.cum proponas.in 1.col.C.de pact.

331 Pacem faciens cum aliquo,& promittens eum non offen
dere ſub certa pœna, ſi eum non offendit, ſed offendit con-
ſanguineum ſuum,ita incidit in pœnam,ac ſi offendiſſet eũ.
Ita not.dixit Pet de Ancha.in cap.ſciant cuncti. de elect.in 6.
per text.in c.quicunq;.in ver.in bonis ſuis,vel ſuorum.de ſen.
excom. in 6.& idem dixit Io.And.in regula, fruſtra. de regu.
iur. in Mercuria. quos refert,& ſequitur Iaſ. in l.1.in 1.col.C.
de indic.vidui tol.& in l. de pupillo. in §. ſi quis ipſi prætori.
in 10.col. de ope.no.nuncia.& in l.1.ff. in ius vocan.eant, &c.
vbi latius loquitur in hac materia conſanguinitatis plura no.
dicta adducendo.

332 Credo te ſcire illam regulam tritam, & vulgatam, videli-
cet,quòd qui omne dicit nihil excludit, vt in l.maritus. C. de
procur.& in l.cum prætor.ff. de iudi. cum ſimi. hanc tamen
regulam limita in vno caſu no.videlicet ſi fideiuſſor promi-
ſit ſoluere liberè ſine aliqua exceptione,per hoc tamen non
intelligitur renũciaſſe beneficio de fideiuſſo.quin prius excu
ti debeat principalis debitor,q̃ ipſe fideiuſſor cũ iſtud veniat
ex natura contractus.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.& illa
verba ſine aliqua exceptione,intelliguntur ſolum de friuola.
capitu.ex parte. el 2.de offi.deleg. Ita dixit Ludo. Roma. in
conſi.ſuo 211.incipien.allegationes Doct.&c. in 2.col.quod
dictum refert, & ſequitur Iaſ.in l.1.in 2.colu C.de ſacroſanc.
eccl.pro quibus optime faciunt dicta per Bal. ſuper ſtatut. in
littera O. in verbo, omne.in primo ver. circa me. & faciunt
etiam quæ dixi ſupra, in ſingul.193.incipien.baſtardus,&c.&
faciunt dicta per Socy.in conſi.123.incipien.circa pręſentem
in 4.volum.& idem dixit Iaſ.in l.ſi ita ſtipulatus.in §.poſſum.
circa fi.ff.de verb.oblig.& vide dicta per Iaſ.in §.fuerat. in 19.
colu.inſti.de actio.tene menti quia eſt not.& quotidianum.
& vide de hoc quæ latius dixi in repeti. mea rubri. ff. de fide
iuſ.in 36. quæſtio.

333 Pactum de futura ſucceſſione, vt ſcis, non valet, vt habe-
tur in l. fina.C.de pact.& in l.licet inter priuatos.eo.titu.& in
l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obliga. Scias ta-
men, quod ſi fiat pactum, ſiue conuentio inter aliquos, vi-
delicet, quod altero præmoriente ſine liberis ad ſuperſtites,
& liberos eius bona deferantur, valet tale pactum. Ita not.
dixit Oldr.in conſi.ſuo 139. incip. ad habendum aliqualem
notitiam, &c.& Ioan.And.in addi. Specu. in titu. de inſtru.
edi. in §.porro.circa vlt.colum.& Saly.in l.fin.C. de pac.quos
refert, & ſequitur Alexan.in d.l.licet inter priuatos.in fi.C.de
pact. & Ange. in conſil. 179. incipien. viſis prædictis inſtru-
mentis. & Alexan. in conſi.83. incipien. viſa facti narratione
&c.in 7.colum.in verſi. venio ad ſecundum,&c.in 2 col. vbi
alios allegat tenentes hanc partem. & Iaſ. in l.ſi pater puellę.
C.de inoffic.teſtam.& Alexan.in conſi.ſuo 215.incip.nec ar-
guendi ſumus.in 2.col.& in conſi.24 .incip.ponderatis.in 2.
colum. Contrarium tamen tenuit D.Philip. Decius in conſ.
ſuo 63. in ſi. fretus authoritate Alexan.in conſi.251.inc pon
deratis verbis inſtrumenti, &c. vbi ipſe Alex. ſibi contrarius
tenet,quod tale pactum ſeu conuentio non valeat,& moue
tur pluribus iuribus,& rationibus de quibus ibi per eum.mi
hi autem magis placet prima opi.Oldr.& ſequacium,quę mi
hi videtur æquior,ea potiſſima ratione,quia vt de ſe patet di
cta conuentio ſeu pactum eſt viciſſitudinarium, & iſta viciſ-
ſitudo eſt maximi effectus, nam licet donatio inter virum,
& vxorem conſtante matrimonio ſit inualida, vt in toto ti.
ff.& C.de dona. inter vi.& vxo.tamen donatio reciproca fa-
cta inter coniuges reciprocè hoc modo,videlicet,ꝙ ſi cõtin
gat alterum præmori ſuperſtes habet bona,valet,& tenet ta-
lis donatio. Ita dixit Cy.Bal.& Salyc.quos ibi refert, & ſequi-
tur Iaſ. in dicta l. ſi pater puellæ. C.de inofficio.teſtamen.[&
Socy.in fallen.ſua 104.in primo verſicu.] Pro quo etiam fa-
cit, nam licet aliàs donatio excedens quingentos aureos
debeat inſinuari alias non valet, vt in l.ſancimus.C.de dona.
cum ſimi. tamen donatio viciſſitudinaria non eget inſinua-
tione, ſecundum Ange. in conſi. 169. incipien. viſis prædi-
ctis inſtrumentis. in penul. colum. & voluit glo.& ibi Doct.
in l.Aquilius Regulus.ff.de dona. & Bal.poſt Guil.de Cu.in l.
illud.C.de ſacroſan.eccle.& in l.3.C.qui bo.cede. poſ. & in l.
& ſi mortis.ad fin C.ad leg.Falcid.& in l.fin ff.de exercito.&

Alexan.in dicto conſi.245.in 2.col.& Ioan.And.in addi.Spe. in titu.de inſtru.edi.§.porro.circa vlti.colum.& voluit Iaſ.in d.l.ſi pater puellę vbi etiam adducit alia plura in materia viciſſitudinis.& facit etiam,nam donatio quæ alias poteſt reuocari propter ingratitudinem non poteſt reuocari ſi eſt donatio remuneratoria,ſecundum Ludo.Roma. in conſi. 248.incipien.circa præmiſſam.in fi.&voluit Alexan.in d.conſil.ſuo 216.incip.nec arguendi. in 2.colum. ad quod allegat tex.in l.ſi pater.§.fin.C.de reuo.dona.& ſubdit Domi. Alex. in dicto conſilio,quod licet alias priuilegium exemptionis poſſit reuocari propter ingratitudinem,vt not.Bal. in l.2.C. de libe.& eorum libe.tamen quando eſſet conceſſum in remuneratione nõ poſſet reuocari propter ingratitudinem . ad quod allegat Bal.in l.ſi cum mihi.ff. de dolo. Item ſubdit Alexan.vbi ſupra,quod ſi ſtatuto ciuitatis cauetur,quod quicunque venerit ad habitandum in ciuitatem , & ibi ſteterit per certum tempus ſit exemptus à collectis, quod ſi poſtea ciuitas facit ſtatutum in contrarium in præiudicium illorũ, qui iam venerunt poterunt illi iuuari per exemptionem,vel actionem de dolo,per d.l ſi cum mihi.& dicit Bal.ibi ſe alias conſuluiſſe in ciuitate Senarum,quod priuilegium datum quibuſdam bannitis,quod poſſint ſecure morari in ciuitate eo quia ex eorum opera occuparunt quoddam caſtrum , eſt irreuocabile,per d.l.ſi cum mihi & per gl.in l decurionibus.C.de ſilen.lib.12.quam pro ſingulari allegauit Bal.in c.fi. in prin.quo tempo.miles.& in l.ſi quando.in prin.C.de inoffic.teſtam.& in l.non plures.in fi.C.de ſacroſanct.eccle.Item ſubdit etiam Alexan.vbi ſupra,quod vbicunque lex,vel ſtatutum tranſit in contractum,vel priuilegium non poteſt reuocari,per l.ſicut.C.de act.& obl & per l.perfecta.C de don. quæ ſub modo.& l.2.C.quando lice.ab emp. diſce. ita ſecundum eum dixit Innoc.& alij in c.nouit. de iudi.& Arch.in c. quicunque 11.q.1.& in c.licet canon.de elect.in 6 & domi. Anton.in c.quæ in eccleſiarum. de conſtitu.allegat etiã Bal. in l.ſuæ. de condic.ob cau. vbi dixit, quòd ſi ſtatuto cauetur quod quicunque doctor legat medicinam de mandato habeat à communi centum aureos pro ſalario . Et quidam poſt ſtatutum incępit legere,quod non poterit ſine cauſa caſſari,quia tranſiuit in contractum.Ita reſidet Alexan.in dicto conſ.2 5.incipien.nec arguendi &c.in 2.& 3.colum. &c. Facit etiam ad prædicta,quod voluit Alexand.in conſil. ſuo 270.incipiẽ.viſis inſtrumentis,&c.in 2.colum.vbi dixit,quod donans tenetur de euictione,quando donatio eſt remuneratoria,allegat Bar.in l.Iulianus §.1.ff.de verb.obliga & in l. idemq;.§.fi.& in l.ibi ſequenti.ff.mand.de quo ibi per eum. & faciunt optime dicta per Domi.Barthol. Cœpol.in cautela ſua 13.incip.donatio &c & per Iaſ.in l.petens.in 7.columna,verſic. tertio nota.C.de pact.& per eundem in l.ſi ſtipulatus fuerim,in §.cum ſtipulatus fuerim.in §.cum ſtipulamur. in 2.colum.in verſi.Quarto nota.limita.ff.de verbor. oblig. & faciunt plura valde ſingularia adducta per Iaſonem in materia obligationis antidoralis in l.ſi non ſortem in §.libertus in 4.5.6.& 7.colum.ff.de condict.indeb.Ex iſtis ergo mihi videtur quod in caſu præmiſſo,quod dictum pactum, ſeu conuentio reciproca de ſuccedendo vnus alteri valeat, & teneat non obſtantibus in contrarium adductis, & ita pertranſeo.

334 Pendet nunc de facto in hac ciuitate Bononiæ mihi patria quæſtio talis,videlicet quædam nobilis mulier habebat domum,& veniens ad quandam differẽtiam cum vicino obligauit ſe ſub pęna non facere per ſe,vel per alium feneſtram in quodam pariete, qua obligatione ſtãte dicta mulier alienauit dictam domum.Nunc emptor vult facere feneſtram in illo pariete.Modo dubitatur an illam facere poſſit,& ſi cã facit,an ipſe vel illa mulier cadat in penã permiſſam.In quo videtur primo dicendum,quod non poſſit illam facere ſine incurſu pęnę. Nam res ad quemcunque vadat tranſit cum onere ſuo.l.traditio.ff.de acquir.rerum domi. l. alienatio . ff. de contrahen.emp.l.ſi prædium.C.de euict.l.ſi conuenerit.§. ſi fundus.ff.de pigno.act.l.ſi debitorem.C.de diſtract. pigno. c.cum non ſit.de deci.& c.ex litteris.de pigno. cum ſimi. ergo dicta domus tranſiuit ad illum emptorem cum dicto onere non faciendi feneſtram ſub illa pœna. Cum ergo tranſiuerit cum illo onere non poterit ſine incurſu pœnæ facere dictam feneſtram . Sed contrarium tenuit Specu.dicens ita iudicatum fuiſſe,in titu.de emp.& vẽd. in §.ſciendum.in 13.col.in verſi.ſed pone P.cauit vicino,&c. Et allegat rationem dicens,quod illa promiſſio , ſeu obligatio facta per illam mulierem non fuit ſeruitus ſed obligatio perſonalis. Ideo emptor non tenetur, quia aliud eſt ſeruitus,& aliud eſt obligatio perſonalis. Nam ſeruitus eſt quæ rei annexa,& affixa eſt,adeo quod ab ea nõ ſeparatur etiam ſi per plures manus ambulauerit,ſed perſonalis obligatio pſonam non excedit,vt in l.& in pronunciandi. C. de ſerui. & aqua. Et ad prædicta optimè faciunt dicta per Ang. in l.non ſolum.in §.morte.circa medium.ff.de ope.no.nuncia.& per Bar in l.licitatio.in §.fi.de publi.& per Specu.in tit.de immu. eccle.in fi. [Et vide Lud.Rom.in ſingulari ſuo 70.incip.concedo, &c. Et illud dictum Spec.refert, & ſequitur Cœpo. in tracta.ſuo de ſerui.in 62.rubr.de feneſtra.in penul.colum. in verſi. Item quæri poteſt , &c.vbi etiam ad hoc allegat plura, & vide omnino in ſimili Dom.Philip.Decium in conſi.262. incip. In cauſa , &c. per totum. Item illud dictum Specu. ẽt refert,& ſequitur Dom.Flor. in l.vt pomum.ff.de ſerui.Contrarium tamen tenet Pau.de Caſt.in l.cum fundo.ff.de ſerui. ruſtico. prædio.] Tene menti quia eſt not.deciſio , & forte multi dicerent contrarium .

335 Communiter in ciuitatibus Italiæ ſunt ſtatuta quibus cauetur,quod de litibus ſeu differentijs exiſtentibus inter affines fiat compromiſſum modo pone, quòd vnus ipſorum affinium cedit iura ſua quæ habet cum affine alicui , an ille ceſſionarius teneatur facere compromiſſum prout tenebatur cedens ? in quo dicas quòd ſic, ne reus efficiatur deterioris conditionis per talem ceſſionem. ita no.dixit Bald.& Rapha.Cuma.in l.ſi poſt diuortium.per illum tex.ff ſol. mat. quod dictum refert, & ſequitur D. Philip.Decius in conſil. ſuo 59.incip.licet in caſu propoſito,&c.in 4.colum.quod intelligunt eſſe verum quando ipſe affinis hoc peteret , ſecus vero dicit Bal.eſſe ſi ceſſionarius ipſe ageret, & hoc peteret, quia reus inuitus non cogeretur ad faciendum compromiſſum , cum non videatur tunc eadem ratio , vt ibi , quod eſt ſumme notandum , & vide Bald. in l. prima . C. vbi in rem act.

336 Argumentum à ſolitis validum eſt in iure. l. illud . & ibi Barto ff.de excuſa.tuto.l.2 ff.de ſpon.l. cum de in rem verſo. ff.de vſur l.vel vniuerſorum.ff.de pigno.act.& dixi ſatis plene ſupra,in ſingula.1. Et ideo tene menti , quod ſi fratres ſtant in communione, & maior natu communes redditus recipiebat,& diſtribuebat , & minor natu accepit vxorem, & ſe obligauit ad reſtitutionem dotis,quod reſtitutio dotis debebit fieri de communi patrimonio , quia ſicut cæteri redditus peruenerunt ad manus maioris fratris, ita & illa dos perueniſſe cenſetur ad manus ſuas. Ita ſingula.dixit Bald.in conſi.ſuo 120.incipien. Duo fratres , vnus maior , &c. in 5. volum.quem refert & ſequitur Socy. in conſi. ſuo 46. incip. cum in præſenti. in antepen.colum.vbi etiam aliam rationẽ pro hoc dicto,de quo ibi latius per eum , pro qua doctrina optime faciunt quæ dixit in ſimili Ange.de Are. in §. eſt autem.in 2.col. Inſti.de dona.vbi no.loquitur.& facit etiam qđ voluit Bal.in addi.Specu.in titu.de ſenten.in antepen.colum. verſi. ad mortem. vbi dixit , quod locus à communiter accidentibus facit indicium indubitatum , & faciunt quæ dixi in d.meo ſingu.1 & quæ multum copioſe dixit Iaſ.in l.vt liberis. in 3.& 4.col.C. de collatio.quem vide.& in l.certi condictio. in §.ſi nummos.in 5.col.ff.ſi cer. peta. Contra prædicta tamẽ videtur facere,quod dixit Pau.de Caſt.in l.reos §.cum tabulis.ff.de duob.reis.

337 Sequutis homicidijs,vel vulneribus inter aliquos, vt plurimum lapſu temporis veniunt ad pacem,vel ſaltem ad aliquã treugam temporalem , vt quotidie docet experientia. Ideo ſcias,quod ſi duo fecerunt pacem, & promiſerunt ſibi inuicem de ſe non offendendo ſub certa pœna, tunc ſi vnus primo offendat alium incidit in pœnam : Et tunc alius poſtea poteſt impune illum offendere. Ita dicunt Docto. in l. cum proponas.C.de pac.& Ioan.And.in regula,fruſtra.de reg.iu. in Mercurialib.& in additio.Spec.in tit.de treuga,& pace. in princ.& Pau.de Caſt.in conſi.ſuo 74.incip.quia fruſtra. in 7. colum.in fi.in ver. ſi autem dicti fratres, &c. De quo latius p Iaſ.in d.l.cum proponas.in vlt.colum.vbi extendit iſta etiam ſi in inſtrumento pacis eſſet adiecta clauſula rato,manente pacto,& quod toties pœna committatur quoties contra factum fuerit.ad quæ allegat Bald.Salyc.& Pau.de Caſt.in l.qui fidem. ff de tranſact.& in l.qui ſeruum.ff.de verbor.oblig.& Alexan.in conſi.462.ſecundum ordinem meum, incip. viſo themate ſupraſcripto, & atteſtationibus.in 3.col. [Ad quod etiam vide tu Alex.in conſ.96.incip.viſo,&c.ante fi.in 6.vol.] Et an liceat primo offenſo pœnam petere vltra illud , quod poteſt impune offendere primum offendentem, vide Iaſ.in d.l.cum proponas.in fi & vide omnino quæ ego dixi in practica mea cauſarum criminalium. in 166. char. cum ſequen. Quid autem ſi facio pacem Titio, & ſocijs ſuis,vel adhærentibus,an cenſeatur rupta pax,ſi vnus ſociorum , vel adhærentium offendatur antequam ipſam pacem ratificauerit, vide Barto.in l.ſi vxor.in §.penulti.ff.de adulter.& Bald. in l. finali. in 1.col.

in 1.col.C.ad Macedo.& Pau.de Caſt.in l.bonorum. ante fi-
nem.ff. rem ratam habe. quid autem ſi plures fecerunt pacē
cum pluribus, & promiſerunt quilibet inſolidum ſe inui-
cem non offendere,& vnus offendat,an inſolidum poſſit pe
tere pœnam, & quilibet teneatur inſolidum tanquam duo
rei? vide Bar.in l.fi. in 2.q.ff.de duob.re Bar. in auth. hoc ita.
in 3.q.C.de duob.re.Bar.& Pau.de Caſt in l.ſi id quod.ff.de
duob.reis.Bal.in l.2.C de libe.& eo.libe.circa med.Ange.in l.
ſi ſeruus.§.plurium.ff. ſi quis cau. & an inferens metū dicatur
rumpere pacem? dicas quod ſic,ſecundum Ang.in l. ſi cum
exceptione.§.ſatis.ff.quod met.cau.de quo etiam dixi in l.1.
in prin.in 10.col.in fi.ff.de queſtio.

338 Extant ſtatuta per totam fere Italiam quibus cauetur, ꝙ
de damno dato ſtetur ſacramento damnum paſſi, certe tale
ſtatutum intelligitur, quod ſtetur ſacramento damnum paſ
ſi quo ad æſtimationem damni,non autem quo ad damnū,
& ideo paſſus damnum debebit primo probare damnum
eſſe datum,alias non poterit conſequi æſtimationem dam-
ni ex iuramento, ita no.dixit Bart.in l. Diuus Traianus. ff. de
teſtam.mili.quem ibi ſequūtur Doct.& eum refert,& ſequi-
tur Dom.Philip Decius in conſi.ſuo 83.incip. In cauſa accu-
ſationis, &c.in 2.colum.vbi latius loquitur. & pro iſtis facit
optime illud, quod ego late dixi in l.1.in prin.in 2 col. verſi.
vlterius ſcias,&c.ff.de quæſtioni.& quæ dixit Gandi.in tracta.
ſuo malefic.ſub rubr. de præſumpt.& indicijs indubitatis. in
2.col.in ver.item lex præſumit. & ſcias etiam,ꝙ ſtante prædi-
cto ſtatuto,quod de damno dato ſtetur ſacramento damnū
paſſi,ꝙ hoc caſu non ſtabitur ſacramento damnum paſſi, ſi
alius quàm ille qui dedit damnum tenetur emendare,vtpu
ta,ſi ſtatutum dicit, ꝙ villa teneatur emendare damnum da
tum,nam hoc caſu licet extet ſtatutum, quòd de damno da-
to ſtetur ſacramento damnum paſſi,tamen paſſus damnum
debebit probare plene de damno ſuo,aliter, q̃ per ſuum iu-
ramentum.Ita no.dixit Cy.& Bal.poſt eum in l.ſi quando. C.
vnde vi.&Bar.in l.ne quid.ff.de incen.rui.naufrag.& in l.1.cir
ca fi.ff.fur.aduer.nau. Idem dixit Bal. in l.nummis. ff. de in lit.
iur & D.Ant.in c.fi.in 3.col ver. prædicta faciunt ad quæſtio-
nem,&c.quod me.cau & Barba.in conſi.ſuo 76.incipien. Sa-
pienter.in 5 colum.in fi.in 4.volum.vbi alle.alios plures Do-
cto.tenentes hanc partem, tene menti, quia iſta quotidie
contingunt in facto.

339 Cui non conueniunt verba legis,non conuenit eius diſpo
ſitio l 4.§.toties.ff.de dam.infec.l hos accuſare.§.omnibus. ff.
de accu.l.ita autem.in prin.ff.de admi.tut. Et ideo teneas mē-
ti,quod ſi ſtatutum dicit,quod turbans aliquem in poſſeſſio
ne ſua puniatur pœna centum, & ablata reſtituat,tunc ſi ali-
quis turbat aliquem in poſſeſſione ſua, & nihil auferat, non
incurrit pœnam dicti ſtatuti, quia non poteſt verificari per
omnia, ſcilicet quo ad reſtitutionem. Ita colligitur ex glo.
not.in l.mancipia C.de ſer.fugi. quam glo.ad hoc pro no.re-
fert, & ſequitur D.Fely.in c.nonnulli.in 36.colu.ver. amplia,
&c.de reſcrip. & Ludo.Roma. in ſingul.ſuo 496.incip.ſtatu-
tum puniens,&c.& Socy.in conſi.ſuo 71 incip.ſuper.q. in fi.
1.colum.& in conſi ſuo 76.incip.viſa facti contingentia &c.
in prin.4.col & ibi in conſi.104.incip.viſis &c.in 5.col.in fi.&
in eod.volum. in conſi.119. incip. præſupponitur. in vlt. col.
[Et in conſ.32.incipien.ſuper quæſtionibus. ante fi.in 3.vol.]
& Dec.in conſi.233.incip.viſo.in pen.colum.& in conſi.269.
incip.viſis.in pen.colum. in fi.& in conſi.275. incip. viſo te-
nore in vlt.colum.& in conſi.290.incip.domina Blaſia, &c.
in 3. col.& in conſi.29 . incip. viſis in pen.colum. in fi. & in
conſi.317. incip. viſis, &c. in 1.colum.& in conſi.327. incip.
viſo in 6.volum.in vlt.colum. [Et Do.Philip Decius in conſ.
ſuo 90.in 2.col.& in conſi. 37. in fi. penul. colum. & faciunt
dicta per eundem Dom.Philip.in conſi.ſuo 71.incip.In caſu.
in pe.colum] Et idem dixit Iaſ.in l.1.in 2 col.ff de iuſt.& iu.
pro quibus faciunt dicta per ipſum in illa.l.1.in fi.3.col.de iu.
& iu. Et facit optime, quod voluit Bar.in conſi.ſuo 67.inci.
quod miniſter fratrum de pœnitentia,&c. Vbi dicit, quod
ſtatutum loquens de pęna imponenda non habenti pacem
ab offenſo,non habet locum vbi non eſt offenſus,à quo pax
haberi poſſit,quod dictum refert,& ſequitur D.Fely. in d.ca.
nonnulli.in 35.col.& ibi dicit,quod hoc dictum etiam refert
& ſequitur Flo.de ſancto Petro in l.2 C.de reb.cred.& Ioan.
de Ana.in c.2.in 14.col.extra de maledic.Et vide plura notabi
lia dicta ad hoc propoſitum quæ adducit Dom Fely.in d.ca.
nonnulli.in 35.& 36.colum.de reſcrip.& vide D.Lau. Calca.
in conſi.ſuo 74.incipien pro dictis filiabus, &c. in 4. colu.&
Alex. in l.1.in 1.colum.ff.de acquir. poſſeſſ.& Ang.in l.ſi quis
id quod.in prin.in verſi.ſequitur in tex.ff.de iuriſd.om.iud.&
Socy.in conſi.ſuo 30.inci.quamuis,&c.in 7.& 10.col.& Pau.
de Caſt.in d.l.mancipia.

340 Cautè agant banniti qui ex forma ſtatutorum poſsūt im-
punè occidi, quia etiam ſi habent gratiam,& ſint rebanniti,
& ſoluerunt id quod ſoluere tenentur, attamen his peractis
niſi actualiter,& cum effectu fuerint cancellati de bāno po-
terunt impunè occidi. Ita no.dixit Pau.de Caſt.in l.ſi duo. ff.
de acquir. hære. Vbi dicit,ꝙ occidens bannitum qui erat re-
bannitus,ſed non erat adhuc cancellatus de banno non de-
bet puniri,quia ſufficit, quod eſſet deſcriptus in libro banni-
torum,qm̄ excuſatur authoritate publicę ſcripturæ.quod di
ctum refert, & ſequitur Alex.in conſi.ſuo 114.in 3. col. in 1.
vol.& Iaſ.in l.ſi creditoris.in 1.col.C.de fideicom.& idem vo
luit Bal.in l.Labeo.in §.1.in fi.ff.de pac &Bal.poſt Iac.de But.
in l.de ætate.in §.ex cauſa.ff.de interrog.act.vbi dicit Bald.q̄d
ille tex.allegatur pro offendente rebannitum, ſed nondum
cancellatum de banno,quod ille ſit excuſatus ꝑꝑ authorita-
tem ſcripturæ. Et dicit ibi ipſe Bal.quod iſta eſt ipſa veritas.
Quod dictum etiam refert Iaſ.in d.l.ſi creditoris.& dicit Bal.
in d.l.Labeo.§.1.quod ex hoc debet eſſe cautus ipſe rebanni-
tus,vt ſtatim facta reſolutione faciat ſe cancellari de libris bā
nitorum. Item hanc partem etiam tenuit Alber.de Roſa. in
tracta.ſuo ſtatutorum.in vltima parte,in q.34 inc. tranſeūdo
ad ſecūdam queſtionem. vbi refert hoc obtinuiſſe de facto.
idem etiam tenet Ale.in conſi.ſuo 280.inci. attenta diſpoſi-
tione,&c.in fi.1.col.vbi refert Bal.in d.l.Labeo.in § fi.dicentē,
quod licet bannitus ſoluerit pœnam,tamen niſi ſit cancella-
tus de banno adhuc etiam poterit impune offendi,quia do-
nec eſt ſcriptus inter bannitos iſta appellatio,ſ.bannitus,ſem
per ſibi ineſt.Et ſic ſi durat iſtud nomen appellatiuum,ſ.ban
nitus,durat ēt effectus nominis.l.tutelas.ff.de capi.dimi.hanc
partem ēt tenuit Ale.in conſ.ſuo 301.inc.Viſis dubitationib.
&c.in 3.col.vbi adducit alios plures Doct. tenentes hanc par
tem.Et idem etiam tenet Ale in conſi.160.inc.Viſis narratis
&c.in 7.vol.& Iaſ.in d.l.ſi creditoris.Quam concluſionem,&
communem opinionem amplia duobus modis. Primo, ꝙ
non ſolum talis bannitus debet cancellari de vno libro ban-
nitorum,ſed etiam debet cancellari de omnibus libris banni
torum,quando banniti deſcriberentur in pluribus libris, vt
fit hic Bononiæ, alias poſſit occidi vt ſi non fuiſſet cancella-
tus.Ita no.dixit Ang.in l.fi.per illum tex.ff.de his quæ in teſta.
delen.& ibi Rapha.Cuma.& Ang.in l noſtram.C. de teſtam.
& iſtud latius firmat Ale.in d.conſ.ſuo 280.inc.attenta diſpo
ſitione ſtatuti,&c. in 1.& 2.col.pro quibus etiam faciunt di-
cta per Alex.in d.conſi.ſuo 301.inc.Viſis dubitationibus &c
in 2.vel 3.col. Item amplia, & ſecundo ſupradicta,& dicas ꝙ
talis bannitus ſi fuit cancellatus de libris bannitorum nō po-
terit impune occidi. Hoc eſt verum ſi debitè, & legitimè
fuit cancellatus, ſecus ſi indebitè fuit cancellatus,quia offen
dens bannitum indebitè cancellatum de banno nō punitur
perinde ac ſi offendiſſet,vel occidiſſet bannitum non cancel
latum.Ita dixit Bal.in c. .in prin.in ti.hic finitur lex Conra.&
inc.conſue.regni.& Bal.in conſi.ſuo 208 inc. coniungamus,
&c.in 2.co in 6. vol.Idem voluit ipſe Bal.in l.ſcriniarios.C.de
teſt.mili.& Ioan.And.in c.veniens. de accuſa. in nouel. & D.
Nellus in tract.bannitorum.in 1.parte tertij temporis.in 3.q.
&voluit D.Barth.Cœp.in conſ.ſuo 7.inc.quidam fuit Paduæ
condemnatus,&c.in 2.col vbi dicit, quod idem voluit Ray.
in l.ſi non ſerui.per illum tex.ff.de dona. inter vir. & vxo. Et
ſcias ꝙ quis præſumitur indebitè, & iniuſtè cancellatus de
banno quando non apparet cauſa propter quam fuit cancel
latus.ita dixit Bal.in c.cum ſuper.in 6.col.de re iudic & in l. ſi
non ſortē.§.adeo.ff.de condi.indebi.& in l.ſi præſes. C. quo-
& quan.iud.in fi.de quo dixi in l.1.in prin.in 9 col.ff.de ſica.
pro quibus faciunt no.verba Bal.in l.ſi præſes C. quomo. &
quan.iud.& faciunt dicta per me in l. fi.in 4.col.ver.adduci ēt
poteſt, &c. ff.de quæſtio.& per Abb.in conſi.ſuo 7. inci. tria
circa primum &c.in 3.col.in 3.vol.& per Do. Nellum in ſuo
tracta.bannitorum in 3.parte ſecundi temporis.in q.77.inc.
Sed circa idem,&c.& faciunt optime not.verba Bal.in d.cōſ.
ſuo 208.inc.Coniungamus,&c.in 3.co.in 6 vol.quem omni
no vide.& per eundem Bal in repertorio ſuo in littera B. in
ver.bannum cum cancellatur,&c. Modo circa illud quod.s.
dixi,ꝙ rebannitus non cancellatus de banno poteſt impune
offendi ſicut antea poterat, limita aliquibus modis. Et pri
mo limita quando extaret ſtatutum in loco dicens, quòd
banniti debeant rebanniri per quoſdam ſapientes.Nam hoc
caſu licet bannum non ſit cancellatum, tamen tales banniti
non poterunt impune occidi, quoniam tunc bannum pro-
pter tale ſtatutum redditur inefficax. Ita not. dixit Bal. in l. ſi
creditoris.circa princ.C.de fideicom. & eū ſequitur ibi Pau.
de Caſt.dicens,quod ſi deliberatum ſit,quod banniti reban-
niantur,ꝙ tunc ēt anteq̄ de banno cancellarentur non po-
terant ex forma ſtatuti impune offendi. Idem tenet Alex.in

conſi.ſuo 114.incip.ponderatis.in 2.colum.in 1.vol, vbi pro hac parte alleg.not.verbum Io.And.in addi. Specu. in tit. de oblig.& ſol.ſuper rub.quod etiam refert, & ſequitur Iaſ. in d.l.ſi creditoris.pro quibus etiam faciunt dicta per Ange.de Are. in lib.malefic. in verbo,qui iudex. ad probationem ſuæ inquiſitionis.in 1.ver.ante fin.vbi dicit,ꝙ ſufficit cancellatio facta verbis,ad quod alleg.Bar.in l.emptor. in §. Lucius. in fi. ff.de pact.vbi dicit,ꝙ ſi in capitulis pacis actum ſit, ꝙ banniti rebanniantur, & eorum condemnationes, & banna caſſentur,ꝙ tunc non requiritur,ꝙ de facto cancellentur ex libris. Sed ſatis eſt quod declarentur haberi pro cancellatis, per illum tex. & idem firmat expreſſius Ange.& Imo.in l.1.in fi.ff. de his quę in teſtam.delen.pro quibus etiam faciunt optime dicta per Bal.& Pau.de Caſt.in l.huiuſmodi.in §.cum ita.ff.de leg.1.& per Pau.de Caſt.in conſi.ſuo 37.incip Viſo dicto inſtrumento,& tenuta conceſſa &c.poſt me.& in l.ſi non ſortem.§.adeo.ff.de condi.indeb.in fi. Limita, & ſecundo in eo qui ſciebat bannitum habuiſſe gratiam, vel ſoluiſſe pœnam banni,vel illum eſſe rebanniendum de proximo aliqua cauſa, vel illum eſſe verbo rebannitum à ſuperiore,nam talibus caſibus propter talem ſcientiam punitur talis occidēs talem bannitum non cancellatum perinde ac ſi eſſet cancellatus. Ita dixit Do.Nellus in ſuo tract.bannitorum in 1.parte tertij tempo.in 2.q.& Bal.in l.2.in 3.col.in prin.ff. ſi quis in ius voc. non ier.&in l.quid ſit fugitiuus.§ apud Labeonem.ff.de ędil. edic.& Io.And.in regula,ꝙ quis mandato.de regu.iur.in 6.in mercu.& Bal.in l.1.C.de pœn.& Alex.in d.conſ.114.inc.ponderatis,&c.in 2.col.ante med.in 1.vol.& Bal.in l. huiuſmodi. in §.ſi ciſta.ff.de le.1.Limita,& tertio ſecundum Iaſ. in d. l. ſi creditoris.quando rebannitus dato, ꝙ actualiter non ſit cancellatus de banno tamen per ſolemne inſtrumentum poſitum in archiuo publico appareret per eum fuiſſe actualiter ſolutam tantam pecuniam per quantam erat in banno poſitus,& qua ſoluta eximitur à banno, quia tunc non dicitur amplius figuraliter,nec ſubſtantialiter bannitus.alle. ipſe Iaſ. hoc voluiſſe Bal.& Rapha.Cuma.in d.l.huiuſmodi.§. ſi ita. & dicit ꝙ hoc tamen ibi limitat Io.de Imo.vt procedat ſi iuxta bannum facta ſit mentio de ſolutione, alias tenet ꝙ adhuc occidens non veniat puniendus cum adhuc etiam poſſit ꝓbabiliter ignorare. quod tamen dictum non approbat Iaſ. in d.l.ſi creditoris.quod ego etiam improbo ex plurib. quæ adduci poſſent. Et maxime per ea quæ ego dixi de archiuo publico in repeti.mea rub.C.de proba.in 58.& 56.col.vbi videas. Limitat etiam Iaſ. per dicta vbi. ſ. non habere locum in bannito qui tolerabitur à ſuperiore: nam talis bannitus non poterit impune offendi licet ſit deſcriptus in banno, & in libro bannitorū, vt dixit Sal.in l.nullus.C. de iude. de quo dicto vlterius me non extendo, quia late de illo dicto locutus ſum in ſingu.meo 77.incip.patientia,&c.vbi videas.Et circa illud quod dixi de eo qui ſciebat bannitum habuiſſe gratiam, vel ſoluiſſe, vel debere de proximo rebanniri.Si vis ſcire ex quibus præſumatur ſcientia,vide Ange.in l. Titius. in §. Lucius Titius.ff.de lib.& poſthu. An autem quando aliquis eſt bannitus pluribus bannis debeat vnam habere abſolutionem,vel cancellationem,vel plures, vide D. Nellum in tract. ſuo bannitorum,in 3.parte ſecundi temporis, in 72.q. incip. quæro Titius,&c. Et circa materiam banniti non cancellati, & materiam cancellationis,vide Bal.etiam in l.ex morte. C. ad leg. Aquil.Bal.in l.quid ſit fugitiuus.§. apud Labeonem.ff. de ædil.edic.& in l.1.in 2.col.C.ſi a non compe. iudi. & vide quæ dixit D.Nellus in tracta. bannitorum,in 3.parte ſecundi temporis.q.74.incip. In ciuitate ordinatum eſt, &c. Et quæ ego dixi in practica mea cauſa.crimi.in §. aggredior. nu. 30. cum ſeq.& in l.1.in prin.in 9.col.ff. de ſicar. Tene menti perpetuo quia audeo dicere, ꝙ ab aliquo iſta plene in ſimili nō ſunt adducta, & vere ita ſunt quotidiana,& lucroſa, quod eſſent litteris aureis inſcribenda. Et ego illa millies habui in facto in diuerſis locis, & ciuitatibus,&c.In hac materia vide ēt Cor.in conſi.17.inc. In hac conſultatione.in 1. vol. & Dom. Philip.Decium no.loquentem in conſi.327. viſo per totum. & vide ſingularia verba Alex.in hac materia.in conſi.301.prę alleg.incip. Viſis dubitationibus.in 3.col.in verſi. ad prædicta etiam benefacit.

341 Ille qui tenetur ad aliquid faciendum ſub pœna intra certum tempus, ſi illud non fecit intra illud tempus, quia ad illud faciendum non fuit monitus, vel interpellatus, non cadit in pœnam, ita dixit Dom.Abb.in c.penul.in pen. colum. extra de iudi. & Bal.in c.1.§ iudices.in 3.colum.de pace iura. firm.& Bal.in conſi.ſuo 61.incip.ſuper contentis,&c.in 6.vol. & Catal. in tracta.ſindi.in verſi.42.incip.Adde quod ſi tu iudex,&c. Vbi dicunt,quòd ſi iudex tenetur expedire proceſſum,vel cauſam intra certum tempus ſub certa pœna, non cadit in pœnam ſi non expediuit, quia pars non iſtetit, & eū non interpellauit. Pro quo facit.l.4.§.hoc autem iudicium. ff.de dam.infec.& facit tex.in l.1.in §.magiſtratibus.ff.de magi.conue, vbi dicitur,quod magiſtratus, qui non dedit tutorē,vel curatorem minori,tenet,qđ verū eſt,dicit ibi tex. ſi ad hoc interpellatus fuit, alias nō. & facit gl.in l.vniuerſa.C.de ꝑci. impe.offe.vbi tex.dicit quod habens dilationem ad ſoluēdum à principe tenetur ſatiſdare de ſoluendo finito termino, alias non gaudet commodo dilationis. Et glo. ibi dicit hoc eſſe verum ſi talis ſatiſdatio petatur à creditoribus, aliàs ſecus. Et per illam glo.dicit ibi Pau.de Caſt.no.verbum.Pro quibus faciunt plura,& plura quæ ad hoc propoſitum ſimul reduxi in l.vnius facinoris.in §.cogniturum.in 1.2.& 3.col ff. de quæſtio.& faciunt dicta per D.Fran.de Are.in c.2 in 2.col. de accuſa.& facit optime,quod not.dixit Socy. in conſi. ſuo 133.incip.Profecto ni fallor,&c. in 1.col. poſt princ. Teneas tamen menti,quod licet ad hoc vt quis cadat in pœnam nō faciendo requiratur monitio,vel interpellatio, vt. ſ. dixi, tamen quando quis promittit,vel obligatus eſt ad aliquid faciendum ex aliqua particulari obligatione, & etiam ſtatutū arctat eum ad illud faciendum,tunc vt ſtatutum aliquid operetur,tenetur illud facere ſine monitione, alias cadit in pœnam.Ita dixit Federi.de Senis in conſi. ſuo 104. incip. Quod non fecerit reſidentiam,&c.quem refert, & ſequitur Abb. in c.quoniam frequenter.in §.porro.in 6.col.extra vt li. non conteſt.quos refert, & ſequitur Soc.in conſi.ſuo 133. incip. profecto, &c. in ſi. verbis. Pro quibus faciunt dicta per eundem Fride.de Senis in conſil. ſuo 105. incipien. conſueuerunt viſitatores, &c. quem vide. & vide quæ dixi in l. patre, vel marito. in 7. colu. ff. de quæſtio. & vide omnino in materia iſta Iaſ. in l.vnica. circa finem. C. quando lib. princ. datur.& faciunt dicta per Corſe. in not. ſuo, in verbo,prohibito. quem vide.

342 Quando teſtis eſt omni exceptione maior abſque dubio in ciuilibus facit ſemiplenam probationem,in criminalibus facit indicium ad torturam. Ita habetur in l.admonendi. ff. de iureiuran. & in l.in bonæ fidei. C.eo.& in l.maritus. & in l.fina.ff.de quæſtio.& in l. fina. C.eo. Iſtud intellige eſſe verum quando talis eſt ritè, & legitime examinatus, ſecus autem ſi non ſit ritè, & legitime examinatus, quoniam tunc non facit ſemiplenam probationem, nec indicium. Ita not. dixit Bal.in cap.1.in §.ſacramentum. in 2. colum. de conſue. recti feu.quem refert, & ſequitur Barb. in conſi.ſuo 11.inc. illud in medium, &c. in antepenul.colum.in 4.volum.& facit,quod voluit idem Bal.in authen.ſed & ſi quis. in vlt.colu. C.de teſti.vbi dixit, quod teſtes inordinate recepti non probant etiam ſi eſſent recepti à Cardinalib. Et facit dictum eiuſdem Bal.in c.1.in 1.colum.cum ſucceſſio.tene. vbi dixit, quòd vbi non eſt ordo deficit ſubſtantia. Et teneas etiam menti in hac materia,quod licet vnus teſtis omni exceptione maior faciat indicium ad torturam,vt dixi,hoc eſt verum ſi cum ipſo teſte concurrant alia indicia, ſecus ſi eſt ſolus ſine alijs indicijs, ꝙ tunc talis teſtis ſolus non faciet indicium ad torturam. Ita dixit Cy.in l.fi.C.de quæſtio. quem refert,& ſequitur Alex.in conſi.ſuo 113. incip. viſo themate anteſcripto,&c.in 2.col.quos refert,& ſequitur Iaſ. in repeti.l.admonendi. in 77. colum.ff.de iureiur.in verſi. 10.prædicta regula, &c. Tene menti,quia iſta ſunt quotidiana,& lucri ac honoris plena in contingentia facti.

343 Veriſimilitudo eſt maxime importantiæ, & maximi effectus, vt apparet ex his quæ dixi ſupra,in ſingul. 298. incip. remotum à ueriſimili,&c.& infra,in ſingu.396.incip. veriſimilitudo, &c.& in l.1.in prin.ff de quæſtio.& in repe.mea rub. C.de proba.in materia veriſimilitudinis. Et patet etiam ex text.valde ſingu.in l. Titius.in § Lucius.ff.,de liber. & poſthu. & ex tex.l.fina. ſecundum intellectum Bar.C.de poſthu hæredi.inſt.vbi prouiſio teſtatoris facta in vno caſu procedit in alio caſu in quo teſtator veriſimiliter idem ſtatuiſſet.& facit glo.ſingu.in l.tale pactum.§.fina.ff.de pact.quæ vult,ꝙ quando veriſimile eſt,ꝙ ſtatuentes idem ſtatuiſſent ſi fuiſſent interrogati habetur ac ſi ſtatutum eſſet,quam gl. extendit Bal. ad reſcripta,& generaliter ad alia,in l.j.C.quæ res pig.obl.poſ. & l.Barbarius.in ver.ſed & ſi ſciſſet.ff. de off.præto. de qua gl. ego plura dixi alias conſulendo,vt apparet in pluribus conſilijs meis & dixit Bal.in l.teſtium.in pen.col. C. de teſti. quod magis creditur paucis teſtibus veriſimilia deponentib.q̃ centum veriſimilia non deponentibus.& dixit Bal.in l.ſcripturę. in 2.col.& ibi Saly.C.de fi. inſtru.ꝙ in probationibus multū attenditur veriſimilitudo.& dixit D.Anto.in c. ſuper hoc.de renun. ꝙ iudex non debet admittere exceptionem non veriſimilem.& dixit D.Alex.in l.ſi duo patroni.in prin.in 2.col. ff.de iureiu.quod teſtes alias nō idonei ſi deponunt veriſimi-

ſia,vel habent præſumptionem pro ſe efficiuntur idonei. & dixit Ang.in conſi.ſuo 248. incip.Philippus ciuis de Florentia,&c.in 2.col.quod nulla diſpoſitio tam generalis eſt quæ trahi debeat ad ea de quibus non eſt veriſimile diſponētem vllatenus cogitaſſe. quæ omnia refert Iaſ. in l.ſi extraneus. in 2.col.ff.de condi.cau.da. cau.non ſecu.&c.Sed vltra eum circa hanc materiam veriſimilitudinis ſcias, ꝙ licet non valeat dictum teſtis parte non citata,iuribus vulgaribus.de quo late dixi in repeti.mea l.fi.C.de proba.in 36.char.tamen ſi depoſitio talium teſtium ſit veriſimilis,debet apud bonos, & graues viros qui inſpecta ſola facti veritate procedunt concludere, ſecundum Bal. in l.ſolam.circa fi.C. de teſti. quem refert, & ſequitur D.Franc.de Are.in conſi. ſuo 127. incipien. In cauſa Dom.Antoniæ.in 2.colum.quos refert, & ſequitur Dom.Philip.Dec. in conſi. ſuo 53. incip. placet,&c. in penul. col &c. & illud dictum Bal. etiam refert, & ſequitur idem Dom.Fran.de Are. in conſi.ſuo 84. incip. diligenter ponderatis, &c. in 3.col.& Iaſ.in l.certi condictio.in §. ſi nummos. in 7.col.ff.ſi cer.pet.

344 Taciturnitas quandoq; eſt magni effectus,& importātiæ, vt patet in l.cum oſtendimus.ff. de fideiuſ.tuto. & ex his quæ dixi in ſingul.meo 77. incip.patientia. & ex dictis per Dom. Philip.Decium in conſi.ſuo 66.incip.de duobus,&c.in 6.col. in fi.& ex his quæ addidi ad d.l cum oſtendimus, & patet ēt ex dictis per D.Iaſ.in l. cum proponas. C. de pact. & in l.non minorem. verſi. ſecundo limita.C.de tranſac. Et inter alios effectus operatur probationem debiti. Nam quando mutuaſti pecuniam nullo teſte præſente ad hoc vt poſſis probare dictum mutuum, cautela eſt vt tu ſcribas vnam litteram illi cui mutuaſti coram duobus,uel tribus teſtibus qui legāt continentiam ipſius litteræ,in qua ſcibas, quod tu rogas illū cui mutuaſti,quod reſtituat tibi illa centum, quæ tu ei mutuaſti, & poſtea mittas dictam litteram illi debitori tuo per vnum ex illis teſtibus qui vidit,& legit continentiam illius litteræ. Nam ſi poſtquam ipſe debitor legerit dictam litterā, & ſtatim non fuerit proteſtatus, ꝙ miratur de tali littera,eo quia non eſt tibi debitor in aliquo,ſed tacuerit, tunc per talem taciturnitatem inducitur probatio pro te contra illum debitorem de illis centum, adeo quod ex hoc poteris cogere eum ad ſoluendum dicta centū. Ita no.dixit Bar.in l.filiuſfam.la 2.per illum text ff.ad Macedo.& idem ipſe dixit in l. quo enim.in §.j ff.rem ra.hab.& Bar.in l.ſi tabernam.in §.idē quæſijt.ff.de pign. & in l Publia. in fi.ff.depo. & idem firmat Mathę.in not.ſuo 22.incip. Nota mirabilem,&c. vbi alleg.d. l.fil.fam.& tex.in clem.1 de procur. idem etiam voluit Bald. in l. ſi procurator abſentis.in princ.ff.de procu.& Bar.& Bal. in l.Titius Seio.ff.de conſt.pecu.& Bal.in rubr.C.de fi.inſtru. in antepen.colum.verſicu.quæro quid de litteris, &c. & in l.ſi litterarum.C.de ſolu.& in l.fina. C.ad Macedo.& Bal.in l. ſi litteras. C.manda.& in l.fi.C.de noua. & in c ex parte.in 7. col de reſcrip & in c.fi. in 8.col. de iureiur. & Ioan. de Imo. in l.qui in domini.ff.de teſtam.& in l.non ſolum.in §.morte. ff.de oper.no.nunc. & in clem.1.de procur.in fi.& Lud.Ro. in l. quæ dotis.in 7.colum.ff ſolu.mat.& Abb.in c.non iuſte. in 3.colum.de procur.& Abb. in conſi.ſuo 18.incip. in cauſa, & quæſtione.in 2.col.& Cœpo.in cautela ſua 11.incip.pone,ꝙ filius,&c.& Doc.in l.fi.C.ad Maced.Idem voluit gl.in l. Pomponius ſcribit.ff.in quib.cau.pig.taci.contraha.& ibi voluit Ange.& Imo.& D.Philip.in c.cum M.Ferrarienſis.in 18. col.de conſti.& D.Lau.Calca.in conſi.ſuo 18. incip. Ad primum videtur,&c.in 4.col.& D.Alex.in conſi. ſuo 147. incip. ponderatis verbis. in 4.col.in 2.vol.& Iaſ.in repe.l. admonendi.in 62.col.de iureiur. De quo etiam dixi in conſi. meo 48. incip.in cauſa & lite.in 2. char. & latius dixi in repe. mea rub. C.de proba.in 51.colum. vbi omnia ſupradicta adduxi. Et circa hanc materiam ſcias,quod ſi debitor in ducentum dicit creditori, accipe tua centum quæ tantum tibi debeo, ſi creditor tacet ſibi præiudicat, quia dicitur fateri ſe tantum debere habere centum,& non vltra, ſecus autem ſi non appoſuit dictionem taxatiuam tantum. Ita no.dixit Bar.& Rapha. Cuma.in l.ſi cum dos.ff.rerum amot.quod dictum refert,& ſequitur Lud.Rom.in l.1.ff.ſi quis iuſdi.non obtemp. & Iaſ.in l.ſi quidem.C.de tranſac.& in §.ſi minus.in 2.colum. Inſti.de actio.Teneas etiam menti ſing.verbum in hac materia taciturnitatis, videlicet ꝙ ſi filiæ vnius ex fratribus fuit data dos per patrem de bonis communibus alijs fratribus tacētibus,& non contradicentibus,videntur fratres qui non cōtradixerunt eorum partem donaſſe. Ita dixit Io.de Imo.in quodam conſi.ſuo incip. in caſu præmiſſo de pluribus eſt videndum,&c.in 4 dubio.vbi expreſſe dicit, quod dotes date filiabus alicuius, intelliguntur datę de communibus bonis fratrum ſi ſunt datę ſcientibus fratribus, nec aliquid proteſtantibus,adeo quòd tales dotes tempore diuiſionis nō ſunt in partem illius cōputandæ cuius erant filiæ,quia fratres non cōtradicentes videntur partem eorum donaſſe,per id quod not.in l.ſi ſeruus communis.ff.de dona.inter vir & vx.quod dictum pro valde not refert,& ſequitur Dom Philip.Dec.in conſi.ſuo 66.inc.de duobus.in antepen.col.in fi quod etiam tenuit Soc.in conſi ſuo 5. incip. ſupraſcriptis inſignes Doct. in 4.col.ver.circa ſecundam.in 4.vol.& ibi in conſ.ſeq. & idē voluit Pau.de Caſt.in conſi 222.incip ad primum reſpondetur.in 2.colum.pro quo optimè faciunt dicta per D. Philipp. Decium in conſi.267 inc.non excidit.in 2.col.ad fi.vbi omnino vide, quod profecto eſt perpetua memoria dignum,cū ſæpe de facto contingat.Ad quæ vide etiam Iaſ. in Authen. quod locum.in 4.& 5.col.C.de colla.

345 Maritus ſi confeſſus eſt in aliquo dotali inſtrumento, vel alius eius nomine ſe habuiſſe, & recepiſſe dotem, poteſt ſi eam vere non habuit intra debitum tempus opponere exceptionem non numeratæ dotis.l.fina.& in authen. ibi poſita. C.de dote cau.non nume.l.ſi voluntate.C.de do.promiſ. habetur in l.in contractibus.in §.ſed quoniam.C. de non num. pecu.& in §.fuerat.Inſti.de act.quod intellige niſi dictæ exceptioni ſit renunciatum,vt in dictis iuribus. Iſtud tamen procedit, & locum habet quando maritus confeſſus fuiſſet ſe dotem accepiſſe ab eius vxore,vel ab eius patre,ſecus autem ſi confeſſus fuiſſet ſe habuiſſe dotem à tertio,quia tunc præſumitur ſemper fuiſſe actualiter numerata. Et ideo tunc non admittitur exceptio non numeratæ dotis.Iſtud fuit ſingul. verbum Saly. in authen.ſed iam neceſſe.C.de dona.ante nup. quod dictum pro ſingulariſſimo refert, & ſequitur Iaſ. in §.fuerat.in 33. colum. in verſic. vnum etiam non omitto, &c.Inſti.de actio.

346 Præſcriptio interrumpitur pluribus modis,vt habetur per Abb.in c.illud.extra de præſump.& per Doct. in pluribus, & diuerſis locis,quos refert Bertha.in reper.ſuo in verbo, præſcriptio interrumpitur.in 1.verſi.vbi latiſſime loquitur circa hanc materiam. Et inter alios modos interrumpitur ipſa præſcriptio per citationem legitime factam, ſecundum Io. And.& alios in c.propoſuiſti.de fo.comp.& in c.licet. de off. deleg.& in c.venerabilis.& in c.cum plures.eo.tit.lib.6. Bart. in l.ex hoc edicto.in prin.in 1.col.& ibi Alex.in 5.col. vbi allegat alios plures tenentes hanc partem.ff. de eo per quē facerit.& Ang.in l.ad peremptorium.ff de iudi & Old.in conſi. ſuo 254.incip.quia tota,&c. in 4.col.& Bar & Alex.in l.accuſaturus.ff.de adul.Tene tamen menti,quòd nunquàm per citationem interrumpitur præſcriptio,niſi de tali citatione ſit facta relatio per nuncium iudici, & talis relatio ſit in ſcriptis redacta.Ita dicunt Docto.in cle.2.vt li.pend.quod dicit Pet. de Ancha. ibi hoc eſſe ſingulariſſimum dictum. Et refert ſe illud audiuiſſe à Bald. in voce dicentem hoc tenere Guil. de Cun.in l.ſicut.C.de præſcript.30.anno.quod dictum refert, & ſequitur Iaſ.in §.pœnales. in 27. colum.ver.& circa prędicta.Inſti.de act.quod eſt no.

347 Matrimonium metu contractum eſt nullum, & non tenet, ſecundum glo.in l.1.in fi.ff.de autho.tut voluit Card.in clem.1.in 17.q.de conſan.& affi.& Oldr.in conſi.ſuo 35.inci. factum tale eſt,&c.& Doct.in ca.conſanguinei.de re iud.Bal. in tract.ſchiſma.in 6.col.& habetur in c.quod locum.& in c. ſeq.extra de ſpon.& per Inn.in c.cauſam matrimonij.de off. dele.per Bar.in l.fi.ff.ſi quis aliq.teſt.prohi.& per Bal.in l.1.C. eo tit.per gl.in l.ſi mulier.in §.ſi dos. ff. quod met. cau. quod eſt verum ſi metus ſit talis,quod cadat in conſtantem virū, alias non, vt hr̄ in ca.veniens.el 2. de ſpon.de quo etiam per Alex.in conſi.39 .inc.in cauſa,&c.& in conſ.ibi ſeq.& in cōſ. 156.incip.viſo proceſſu,&c.in 5.vol.& in conſ.ſuo 344.incip. quoniam.matrimonium tamen carnale non inualidat propter metum reuerentialem patris, vt eſt tex.not.& ibi Bal.& Saly.in l.ſi patre cogente. ff.de ri.nup. ad quod tamen vide quæ dixi.ſ.in ſing. 47.inc.Filius præſens.& in ſing.215 incip. validum eſt argumentum.Dicas tamen, & perpetuo teneas menti,ꝙ in matrimonio ſpirituali,puta, in ingreſſu religionis facto per filium,vel filiam coacte propter reuerentiā paternam vitiat̄ tale matrimonium, & talis ingreſſus, ita dixit gl.ſing.in c.præſens clericus.20.q.3.quam gl.pro valde no. refert,& ſequitur Iaſ.in §.quadrupli.in 9.col.in fi.Inſt.de actio. vbi dicit illam glo.eſſe perpetuo notan. quia ſæpe contingit de facto,ꝙ filiæ inuitæ,quia forte ſunt deformes,aut claudę, pp reuerentiam patris,ingrediuntur monaſterium,aut virginitatis habitum ſuſcipiunt,quod per hoc vitiatur ingreſſus, & profeſſio,ita ꝙ ſine præuaricatione pōt deſeri,& deponi. Ad quod ēt dicit viden.ēt eſſe tex.in c.cum virum.& ibi Do. An.extra de reg.& Imo.in l.ſi cū dotem.in §.eo autem tpe. ff.ſol.mat.& tex.in c 1.& ibi gl.& Abb.extra quod met cau.

de quo etiam per Alex.in d.§.eo autem tempore. in penul. colum.& per Iaſ. in auth.ingreſſi.in 1.col.C.de ſacroſan.eccl. pro quibus etiam facit, nam ſi filia propter nimiam reuerentiam patris iurat,tale iuramentum eam non obligat.Ita not. dixit Bal.in l.etiam. C. ad Velleia.& in l.pactum quod dotali. in 3.col.in prin.C.de colla.quem refert & ſequitur D.Alber. Catanius in tract.ſuo violantes.in verbo,mulier.in 9. char. in 2.colum.& faciunt dicta per D.Philip.Decium in conſi.219. incip.viſo puncto.in 3.colum.in fi.verſi.7.adduco.Tene mẽti prædicta,quia pluſquam quotidiana ſunt. Et nimirum ſi quandoq; moniales ſunt inhoneſtę, & turpem ducunt vitam in vituperium religionis, & ſuorum affinium. Nam hoc euenit,quia ipſę fuerunt factæ moniales contra earum voluntatem.

348 Libellus generalis,& incertus regulariter non admittitur, vt habetur in l.ſi in rem.ff.de rei ven.& in l.1.§. ſi quis argentum.ff.depoſi.& in l.prætor edixit. in prin. & in §. quod autẽ prætor ait.ff.de iureiur.& in l.in actione.ff.de fur,& in c. 1.2. & 3.de lib.obla.cum ſi. Hæc autem regula limitatur multis modis,ſed inter alias limitationes limitatur hoc eſſe verum ſi opponatur à parte,ſecus autem ſi nõ opponatur, quia tũc procedit talis libellus generalis,& incertus.ita hr̃ per Doc.in l.fi.vbi gl.C.de ann.excep.& gl.in l.1.in prin.in glo.magna.ff. de eden.& ibi Bar.in vlt.col.& hr̃ in c. Abbate ſane.de re iud. in 6.Iſtud tamen,ꝙ libellus incertus, & generalis ac obſcurus procedit reo non opponente,eſt verum, & procedit in cauſis ciuilibus,ſed ſecus tamen eſt in cauſis criminalib.Et iõ ſi dicerem,accuſo Titium de oĩb. maleficijs quæ commiſit, non procederet accuſatio etiam parte non opponente,per l.libellorum.in prin.iuncto ver.quod ſi libelli,& ibi Bar.ff.de accu.Ita multum ſingu.dixit Bal.in l.1.in 2.col.C.de confeſ. quod dictum pro not.refert,& ſequitur Iaſ.in §.curare.in 5. col.in ver.ad vnum tamen ſing.aduertas,&c.Inſtit.de act. de quo etiam ſecundum eum habetur per Bal. met in addi. ad Spe.in ti.de ſent.in 20.col.& per Ang.in repet.l. ſi vacantia.in in 5.char.C.de bo.vac.lib.10.Et ex hoc dicto habes no.limitationem ad tex.in l.abſentem.ff.de pen.vbi dr̃,ꝙ in cauſis criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium.ad quem tex. ponit aliam limitationem gl.valde no.in c.de inducijs.quod eſt ca. primum.3.q.3.quam gl. pro valde ſing.refert, & ſequitur Ludo.Ro.in ſing.ſuo 718.inc.quæro nunquid,&c.Et alia limitatio ad illum tex.colligitur ex dictis per me.in l.1.§.fi.in 2.col, in ver.ſcias tamen vnum,&c.ff.de quæſtio.vbi videas.

349 In his,in quib.tractatur de præiudicio irreparabili recedimus à regulis iuris communis, quod patet. Nam licet quis non poſſit appellare à grauamine futuro in iudicialib. quia non grauatus non appellat,vt habetur in c. ante ſententiam & in c.non ita.2.q.6.& voluit Bar.in l. Titia. ff.de accuſa. in 5. col.& D.Ant.in c.ex parte.in pen.col.extra de appel.& habetur late per Cano. in c.vt debitus.eo.tit.tamen iſtud fallit vbi tractatur de præiudicio irreparabili, vtputa, ſi pronunciatur quis torquendus, nam licet nondum ſit tortus poterit tamen appellare ne torqueatur, cum per torturam tractetur de eius præiudicio irreparabili. Ita habetur in l.ſi quis procuratorem. C. de appell & per D.Card. Alexan.in d.ca.vt debitus.in 9.col.de appel.vbi ad hoc allegat etiam no.per Bart. in l.2.ff.de appel.recip.pro quo faciunt not.verba Bal.in d.l.ſi qs prouocatione, & dicta per D.Fely.in c.cum ſuper.in pen.co. de re iudi.& in c.cum inter R.priorem.in 8.col.de except. & per Ange.de Are.in tracta.ſuo malefic.in verbo,Et dictus Titius ſe defendendo. in 1.char. in ult.verſi.incip.dixi,&c. poſt prin.& per D.Fely. vbi omnino videas in c.ſignificauerunt.in vlt.col.poſt med.de excep.& in d.c.cum ſuper. in 4. col. ante med. Patet etiam ex his quæ dixi in l.ſi quis ne quæſtio. in 1. col.& in l.1.in prin.in 3.col.ver.& ſubdit Bart, &c. & ibi in 8. colum.ver.ſequeretur etiam,&c.ff.de quæſtio. Et ideo tene menti,quòd licet merus executor habeat cõſcientiam ſuam contra ſententiam quam debet exequi,cum videat illam iniquam,tamen tenetur illam exequi,vt volunt Doct.in ca. paſtoralis.§.quia vero. & in c.præterea.de offi.deleg. & in l. ſi vt proponas.& in l.executorem. vbi per gl.& Bal.C.de exec. rei iudi.Tamen hoc fallit in cauſa criminali in qua tractatur de pœna corporali, quia in talibus cauſis merus executor non debet exequi ſententiam iniuſtam contra conſcientiam ſuã, quia damnum talis executionis eſt irreparabile.Ita not. dixit Innocen.in d.c.paſtoralis.in d.§.quia vero. quod dictum refert, & ſequitur Iaſ.in §.ſi minus,in 7.col.in princip.Inſti.de actio.ad quod etiam allegat Pau.de Leaza.& Petr. de Anch. in clem.1.de re iudi. & Bal. in l. addictos. C. de epiſco. audi. pro hoc etiam facit illud Satyrici, videlicet. Nulla vnquam de morte hominis contentio longa eſt. Et vltra eum dicas tu quòd pro prædictis optimè faciunt dicta per Dom. Nellum in tracta. ſuo bannitorum, in 4. parte primi tempo. in 5.q.incipien. Quinto quæro, &c. in ver. ègo vero &c.vbi notanter loquitur.

350 Damnum quod quis ſua culpa ſentit ſibi imputet, & non alijs.l.ſi fideiuſſor.ff.mand.l.ſi merces.in §.culpæ.ff.loca.l.inter omnes.in §.pen.ff.de fur.l.1.§,vſq; adeo.ff.de iniu.l.3.§. ſi quis volentem.ff.de libe.ho.exhi.cum ſimi. Et ideo teneas menti, nam tu ſcis quod ſi ſit facta locatio in emphyteuſim alicui pro ſe & filijs,non comprehenduntur filij adoptiui, ſecundum Specu.in tit.de loca.in §.nunc aliqua.in ver.68.& habetur in c.adoptiuis. in titu.ſi de feu.fue.contro. inter do. & agna. hoc tamen intellige verum eſſe niſi ad inſtantiam concedentis ſeu locatoris fierent filij adoptiui, quia tunc tales filij adoptiui compræhenderentur in tali locatione. Ita not. dixit Socy. in l ſi cognatis.in 12.col.in fi.ff.de reb. dub. quod etiam extendit ad materiam.l.ſi vnquam.C de reuo.don. de quo ibi latius per eum. Pro quibus faciunt dicta per Socy. met in fallentijs ſuis in 372. fallen. in prin.quod eſt no.& faciunt etiam dicta per eundem Socy.in conſi. ſuo 6. incip. licet adijcere.in 2.& 3.col.in 4.vol.& dicta per me in rep.mea rub.ff.de fideiuſ.in 19 q.ante fi.& dicta per Lud. Ro. in ſing. ſuo 468.inc.emptor &c.

351 Amicitia magna idem operatur,quòd coniunctio ſanguinis.l.cum allegas.C. de caſtren.pecu.lib.12.& glo.in capitulo. 2.in glo.pen.de teſtam.in 6.glo.& ibi Abb.in vlt. colum.in c. requiſiſti.de teſtam.Cy.Saly.Alexan.& Iaſ.in l.exigendi.C. de procur.Ioan.An. in c.fi.de poſtu.& Cy.in l.inuitus. in 3.colu. C.de procur.Pro quo facit optime tex.in l.2.in princ. in verbo,amici.ff.qui pet.tut.& facit tex.& glo.ſing.in l.in teſtamẽto.ff.de fideicom.liber.quæ dixit,quòd affectio facit,ꝙ ex teſtamento non ſolemni quæcunque legata debeantur, de quo tex.& glo.dixit plura ſingularia Iaſ.in l.non dubium. in 2.colum.C.de teſtam.& faciunt dicta per Bald.in l. ſi iure.C. de teſtam.manu.& per Soc.in conſi.ſuo 68.inci.Ioannes &c. in pen.col.in prin.& per Barba.in repe.l.cum acutiſſimi in 14. col in ver.& ſi verbis daretur audacia,&c.C.de fideicom. vbi conatur ſuſtinere,quod diſpoſitio d.l.cum acutiſſimi. & l.cũ auus.ff.de condi.& demon.& l generaliter,§.cum autem.C. de inſti, & ſubſtit.&c.habeat locum etiam in perſona valde dilecta teſtatori. Et hoc ex pluribus iuribus,& maxime propter gl.in l 2.C in quib.cau.colo.cenſi.lib.11. Sed iſtud dictũ improbat Iaſ.in d.l.exigendi.in pen.col.C.de tranſact.& pro ſupradictis faciunt optime dicta per Barb.in conſi.ſuo 75.incip ſapienter.in 4.col.in 4.vol.& in eo.vol.in conſi 22. incip. Clementiſſimum,in 3.col.Modo ex ſupradicta concluſione pluribus iuribus roborata à Doct.in dictis locis,videlicet, ꝙ iura loquentia in affine,vel coniuncto ſanguine habent locum in amico magna amicitia coniuncto. Ego infero ad vnum multũ ſingulare,videlicet,ꝙ ſicut ego impune poſſum occidere illum qui fecit inſultum cum armis contra conſanguineum,vel affinem meum pro defenſione ſua, ſicut ego poſſem pro me tali caſu talem inſultantem impune occidere, vt dixit Bal.in l.raptores. in 2.not.C.de epiſc.& cle. quem refert, & ſequitur Iaſ.in l.1.in 2.colum.C.de indic. vidui.tol. vbi plura ad corroborationem huius dicti, ita potero impune occidere inſultantem cum armis amicum meum maxima amicitia coniunctum per prædicta. quod audacius affirmo,quia hoc expreſſe voluit Bal.in l.vt vim.in 2.col.verſicu. quinto queritur,ff.de iuſt.& iu.Pro quo allegat quæ habẽtur in l.cum alienam.C.de lega Vide tamen Salyc.in l nullus. C. de malefi,& mathe.quæ videtur dicere vnum verbum contra prædicta, ſed eius dictum poteſt reprobari per ſupradicta, de quo etiam dixi in repetitione mea.l.1.C. de rap. virgi. in 49 char.vbi videas.ad quod etiam vide Corneum in conſ. 204.incipien Pro deciſione.in 2.colum. in 1. volum. & vide Dom.Fely.in c.ſi vero. el 1.in fi.de ſenten.excomm.vbi dicit ꝙ licitum eſt occidere aggreſſorem etiam ſi aggreſſum nũquam cognouiſſes,alle.gl in c.1.in verbo,hactenus 23.q 8.de quo ibi latius ꝑ eũ.Tene menti,quia ſępe contingit in facto.

352 Sępius vidi dubitari circa vnum,videlicet ſi fiat treuga,vel pax bannito,an illa ſit ſibi ſeruanda, & an non ſeruans eam cadat in pœnam conuentionalem?in quo breuiter dicas,qđ talis non ſeruans talem pacem,vel treugam non cadit in pœnam.ita dixit Bal.ſuper ſtatuto.in uerbo,pax. in 1. uerſi. & D. Nellus in tract.bannitorum,in 3.parte ſecundi temporis.qõ. 51.incip.quæro bannitus, &c. & ibi in q. ſeq. de quo etiam per Bal.in l.iuriſgentium.in §.ſi paciſcar.el 1.& in §.ſi paciſcar. el 2.ff.de pact.ubi tenet,quod talis pax non ualeat, & ideo ꝙ contraueniens non cadat in pœnam, quod dicit obtinuiſſe in contingentia facti,quod dicit procedere etiam ſi pęna ſit promiſſa cum iuramento.De quo etiam per Io. And. in regula,fruſtra.de reg.iur.in 6.in mercu.& per Barto.Bal.Ange.

& Imo,

& Imo.in l.quid ergo.in §.ſi hæres.per illum tex.ff.de leg.1.& per Bar.in quæſtione ſua incip.Lucanæ ciuitatis.& in l.elegā ter.in §.fina.per illum tex.ff.de pig.act.& per Docto. in l.1.C. quando lice.ſe ſine iudi.vindi.& per Bar.Bal.& Ange.in l.1. in §.nō autem.per illum tex.ff.de dolo.& per Bal.in l.1.in vlt. col.C.ſi a non compe.iudi.& in l.paciſci.ff.de pact.& per Iaſ. in l.conuentionem.in 1.colum.ff.de pact.& per Domi. Philip.Corn.in conſi.ſuo 175.incip.conſuluit.in 1.volum.& per Alex.latius loquentem in l.qui ſeruum. ff. de verb.oblig.vbi etiam limitat prædicta. Et dicit iſta eſſe vera quando cuilibet iure publico competeret facultas offendēdi bannitum, ſecus ſi ſolo offenſo,quia tunc poterit per pactum tolli.allegat in argum.l.1.in fi.& l.3.ff.de adimen.leg.& l.iuriſgētium. in d.§ ſi paciſcar.& dicit quod ita limitat Bal. in l.reos. in 14. colum.C.de accuſa.& Bal & Saly.in d.l.accuſationis. ff.quod met. cau. de quo latius valde dixi in practica mea cauſarum crimi.in 166.char.vbi omnino videas,quia iſta ſunt multum vtilia & valde quotidiana.

353 Datio pecuniæ & interueniens ipſius inducit delictum vbi alias delictum non eſſet,& hoc patet in pluribus caſibus. Primo apparet in teſte qui accipit pecuniam vt dicat verum teſtimonium,nam talis teſtis incurrit pœnam falſi, ſecundum gloſ.Bar.& alios in l. .in princip.ff. de fal. & ibi dixi in 1. col. & idem dicit ibi glo.Bar.& alij in iudice accipiente pecuniā vt iuſtam ſententiam ferat,vt in l.2.ff.de condict.ob tur.cau. & ratio eſt ſecundum Bar. in d.l. 1. quia teſtes debent deponere gratis illud quod ſciunt,non autem per pecuniam, vt in l.3.in §.lege Iulia.ff.de teſti.Et illud quod debet fieri gratis ſi fiat per pecuniam,turpiter fit, vt not. in l.4.in §. ſi tibi.ff.de condict.ob turp.cau.& idem etiam dixit Barto. in l. diuus.ff. de re iudi.& Bal.in l.data opera.in 15. col. verſi. quid ſi teſtis. C.qui accu.non poſſ.pro quibus facit.l.1.verſic.pecunia accepta.ff.de recep.& tex.in l.fi.in §.fi.ff.ad leg.Iul. repet. & faciūt optime dicta per Domi. Nellum in tract. bannitorum, in 2. parte ſecundi temporis,in 12. q. Et vltra prædicta circa hanc dationem pecuniæ teneas menti perpetuo ſingulare verbum, videlicet ꝙ ſi per auri dationem inducitur mulier ad adulterium, licet contenta fuerit committere tale adulterium,tamen inuita reputatur illud commiſiſſe.Et ille qui aurum vel pecuniam dedit punietur pœna ſtatuti quæ imponitur adulteranti mulierem inuitam. Ita ſingu. dixit Ang.in Auth.de Leno.in §.fi.circa fi. quod dictum pro not.refert & ſequitur Domi.Philip.Decius in conſi. ſuo 170.incipiē.Viſo themate &c.in 2.colum.pro quo ſecundum eum facit tex. in l.1.C.de rap.virgi.& in l.1.§.perſuadere, ff.de ſer. corrup.& etiam videtur dicere Cy.in d.l.1.C.de rap. virgi. in 1. colum. in verſi.tertio oppo.ibi,& ſic mulier decepta &c.& idem voluit Domi.Ioan.Neuizanus in ſylua ſua nuptiali, in 14.char. in 2.colum.in fi.quod eſt not.pro quo facit,nā aurū ſeu munera faciunt non volentem velle.Ideo ſcribitur Deuteron. c.15.Quod munera excęcant oculos ſapientum & mutant verba iuſtorum.quod dictum refert Ange. & Iaſ. poſt eum in l.non dubium.in princip.C.de teſta. & dicit tex.in c.qui recte. 11. q. 3. ꝙ acceptio nummorum præuaricatio veritatis eſt.& facit tex not.in cap.pauper.11. q.3.in verſic. cito violatur auro iuſtitia.

354 In dubio præſumitur pro iudice.l.2.C. de offic. ciui. iudi.l. Herennius.in §.Caia.ff.de euict.c.Piſanis.de reſtitu. ſpol.cum ſimi.hoc tamen intellige verum & locum habere quando iudex ſeruauit debitum ordinem in procedendo,ſed quando debitum ordinem omiſit non præſumitur pro eo. Ita not.dixit Bal.in l.ſancimus, in 4. colum.verſic.tertiodecimo quæritur.C. de iudi.quod dictum refert & ſequitur Do. Paris de Puteo in tracta.ſuo ſyndica.in 19.char.in 3.colum.Tu adde ꝙ ratio poteſt eſſe, quia cognoſcere iuris ordine non ſeruato eſt ius alterius auferre,ſecundum Bal.in c.1.§.ſeu furtum.in 5.colum.de pace iura. fir. quem refert & ſequitur D. Hiero.Tortus in conſi.ſuo quod facit pro communi Florētiæ tempore Sixti Pontificis,in 26.colum.& Domi. Catal.in in tracta.ſuo ſyndica.in ver.316.incipien.Adde quod cognoſcere &c.Et in eodem tracta.in verſi. 128.incipien.Adde ꝙ ſi poteſtas.Item alia eſt etiam ratio,quia iudex procedens extra ordinem dicitur procedere de facto, ſecundum Bal.in l. ictus fuſtium.in vlti.colum.ff.de his qui no.infa.Et pro prædictis facit no.verbum Ang.in conſi.176.quod refert & ſequitur Do.Philip.Decius in conſi. ſuo 74. in 4. colum. vbi dixerunt ꝙ quando in inſtrumento venditor promittit emptorem defendere de iure & de facto, & quod plus eſt obligat ſe etiam ſi per iniuriam iudicis res euincatur,hoc tantum pactum intelligitur quando per ignorantiam iuris vel facti iudicis euinceretur ꝙ iudex ſeruato iuris ordine proceſſit, ſecus autem eſſet ſi prætermiſſo iuris ordine iudex procederet & res euinceret,quia iſto caſu vigore prędictæ promiſſionis venditor non obligaretur. Et adducunt rationes & iura de quibus ibi per eos.Tene menti,quia modernis temporibus iudices ſunt temerarij & beſtiales, & nullum iuris ordinem ſeruant,imo ex capite & ceruice ſua nouas leges faciunt cōniuentibus oculis ſuperiorum ſuorum, quod ſubditus tolerare neceſſe eſt cum alijs calamitatibus.

355 Debitor in diem non poteſt cogi ſoluere ante diem. l.iuſtas.C.de iure fiſci.lib.10.l.ſi mandauero.la 1.in prin.ff.mand. l.eum qui calendis.ff.de verbo.oblig.l.cedere diem,ff.de verbo.ſigni.§.plus autem.Inſtitu.de actio.cum ſimi.Et dicit vulgare prouerbium,ꝙ optimus eſt debitor qui ſoluit in termino obligationis. Teneas tamen menti in materia ſingularē caſum.l.1.C. de condi. ex le. vbi habetur ꝙ hoc fallit in fiſco qui propter neceſſitates ſuas occurrentes poteſt debitores ſuos ante diem exigere, & quod fortius eſt debitorem ſui debitoris poteſt ante diem exigere, debet tamen interuſurium medij temporis debitori relinquere,ſecundum glo.& Doct.ibi.Et illum caſum dicit ibi Bar.ſingularem. & dicit ibi Bal.per illum tex.ꝙ emptores gabellarū pro neceſſitate reipublicę poſſunt cogi ante tempus,dimiſſo tamen eis interuſurio medij temporis.& ſubdit quod tota die propter repētinas neceſſitates publicas hoc fieri videmus, & dicit ꝙ hoc non eſt iniuſtum,quod dicit eſſe menti tendum. Et dicit ibi Salyc. ꝙ hoc frequenter practicatur in Bononia contra gabellarum cōductores & datiarios,& verum dicit. Nam ego vidi hoc fieri in hac ciuitate pluribus vicibus. & idem per illum tex.d.l.1.C.de condi.ex le. dixit Iaſ. in l. diem. in 1.colu. in fi.ff.de condi.indebi.Et adde hic ꝙ omnis fideiuſſor fugitiuus poteſt capi ante diem fiendæ ſolutionis. Ita dixit Bal.in dicta l.prima,in fi.verbis.C.de condict.ex lege.allegat ad hoc l.quæſitum,ff. de pigno. vbi eſt gloſ. not. pro hoc dicto ſuo. quam vide.

356 Iuramentum eſt maximę potentiæ, & habet plures effectus,vt patet ex dictis canoniſtarum in titu.de iureiur.maxime in c.cum contingat.& in c.licet mulieres. eod. titu. in 6. & patet etiam in tractatu de virtute iuramenti ędito ab excellentiſſimo V.I. interprete Do. Marco Antonio Baueria. & per Do.Anto.Corſetum in repeti.ſua rub. extra de iureiur.& per me in repeti.mea.l.fi.C.de proba.in 34. & 35.char. vbi poſui plures notabiles effectus ipſius iuramenti.Et inter alios effectus habet vnum quod eſt magni commodi & vtilitatis,nam iuramentum appoſitum in aliquo cōtractu operatur ꝙ tale inſtrumentum ipſius contractus habebit executionem paratam,licet de iure communi inſtrumentum publicum non habeat executionem paratam l.minor, 25.ann. cui fideicommiſſum.ff.de mino.Ita dixit Bar.in l.2.ad fi.ff.de iureiu. Et ibi dicit ꝙ miratur ꝙ conſuetudo hanc cautelam & hunc modum non adinuenerit.Idem tenet Fulg. in l.ſed & ſi poſſeſſori.in §. ſi cum hereditate.ff.de iureiur & Pau.de Caſt.in l.nam & poſtea.§.ſi petito.eod. titu. & in l.poſt rem. ff.de re iudi.& Do.And.Barba in repeti.rubri. extra de iureiur.& Alex.in d.l.2.& D.Iaſ.in §.item ſi quis.in 3.col.ver.duodecimus effectus &c.Inſti.de actio.Et latius ponit ipſe Iaſ.in eodem.§.1.13.colum.ver. extra glo. vt obſeruem &c.vbi ipſe per tres colum.examinat præd.ctum articulum.Et firmat hanc partem & reſpondet omnibus quæ adduci poſſent in contrarium.Et hanc partem etiam firmat Domi.Anto.Cor ſe.in dicta ſua repetitio.rubri.extra de iureiuran.in 10.priuilegio iuramenti.

357 Extant ſtatuta in aliquibus ciuitatibus vt in hac noſtra ciuitate Bononiæ,quibus cauetur ꝙ in aliquibus caſibus,vt eſt in caſu damni dati, quod ſtetur iuramento alicuius puta dānum paſſi. Certe tale ſtatutum debet intelligi niſi per partē aduerſam contrarium probetur.Ita multum not.dixit Ang. in l.qui reſtituere.in 2.colum.ff.de rei ven. & clarius in l.qui vas.ff de fur. vbi dicit idem eſſe ſi ſtatutum dicit ꝙ ſtetur dicto ſeu iuramento ſaltuarij.Et idem voluit Bar.in l.2.in §.ſi a pupillo.circa fi.ff.de vſucap.pro emp.& in l.ſi poteſt.in penulti.colum.ff.de acquiren.hæredi.& Ang.in Auth.de exhiben. reis.in prin.Bal.in c.1.in 1.colum.in tit.ſi de inueſti.inter dominum & vaſ.lis ori. & in l. contra negātem.C.ad leg.Aqui. & in l.1.& ibi Sal C.de re.cred.& in l.1.C.de re iudic.Item voluit Alberi.in ſecunda parte ſtatu.q.15.& Do. Philip.in c.paſtoralis.in 12.colum.de excep.vbi alios etiam adducit tenentes hanc partem.& Do.Iaſ.in §. ſed iſtæ.in 24.colum.Inſtitu. de actio.vbi alia etiam adducit pro hac opinione. Et inter alia adducit Inno.& Io.An.in c.quia propter.§.illud.de elect. vbi dicunt ꝙ licet quis poſſit probare impedimentum per ſuum iuramentum, vt eſt ibi tex. tamen admittitur probatio in contrarium. Et adducit etiam alia plura de quibus ibi per eum.Limitat tamen prædicta Domi.Fely.in d.c.paſtoralis.

lis.niſi in ſtatuto diceretur ꝙ non poſſit probari contrariũ, vel niſi diceretur,ꝙ iuramentum haberetur pro pleniſſima vel pro omnimoda probatione, quia tunc non admitteretur probatio in contrarium,ſecundum Ludo. Roma. in l.ſi duo.ff.de acquir.hæredit.Et hoc propter glo.in verbo,feciſſe.in cle.1.de probatio.& in cle. 1. in verſi.omnimodam. de foro compe.Tene menti prædicta pro ſtatuto huius ciuitatis poſito ſub rubrica, de emendatione damnorum datorũ a quibus ignoratur &c.& vide ad prædicta omnino quæ ego dixi in l.1.in §.ſi ſerui quaſi.in 2.colum.ff. de quæſtionib. Et vide omnino Alex.in conſi.ſuo 461.incip. In cauſa & lite &c.in 1.colum. & quaſi per totum, & maxime in 3. colum. circa princip.& vide Iaſ.in l.1.§.1.in 1.colum.ff.ſi ex noxa.cauſa agatur.

358 Pater de iure ciuili non tenetur aliquid dare filio ſuo baſtardo,& habetur in auth.ex complexu. C. de inceſt. nup. & in auth.licet. C. de natura. lib. nec etiam tenetur ei dare alimenta,vt in dictis iuribus,tamen de iure canonico pater tenetur dare alimenta tali filio baſtardo.tex.eſt in c.cum haberet.in fi.& ibi hoc volunt Doc. extra de eo qui duxit in matri.quam pol.per adult.& dicit ibi Abb.ꝙ ille tex.non eſt alibi.Et dicit ꝙ licet de iure ciuili ſit ſecus, quod tamen ſtatur iuri canonico in hoc,quia eccleſia hoc induxit ex quadam æquitate naturali ne filij alimentis priuati pereant. Et hoc ẽt firmat Bar.in dicta auth.ex complexu.C.de inceſt.nup.vbi dicit parentes poſſe legare filijs ſpurijs ratione alimentorum. Et dicit ꝙ poſſunt parentes donare vel relinquere dotes filiabus cum dos ſuccedat Loco alimentorum.quod dicit Abb. in d. cap. cum haberet.eſſe notandum.Et ita dicit Barto. vbi ſ.ſe conſuluiſſe.Et dixit Bal.in l. 1.in rep.in 14.colum. ver. ſuper ſexta &c.C.de ſacroſan.eccle.& Io.An.in addi.Spec.in titu.de inſtru edi.in §.nunc vero aliqua.in penul. char.in 3.colum. in addi. incip. continuatur hic alia quæſtio &c. in fi. & Spec.in tit.qui filij ſint legiti.in §.1.in 8.colum. in verſi.quid de natis &c.Et idem voluit Bal.in conſi.ſuo 232. inci. recolo me conſuluiſſe &c.circa me.in 3.vol.vbi dicit ꝙ alimẽta poſſunt donari & legari ſpurijs de iure canonico naturali pietate inſpecta,quia licet filius ſpurius ſit ſpurius,tamen filius eſt, quia natura communis eſt, quinimo filij illegitime nati nedum debent aliã patre,ſed etiam patre mortuo debent habere alimenta in bonis patris arbitrio boni viri.Ita dixit glo. in Auth.de trien. & ſemiſ.in §. cõſideremus.in ver.legitima. quam glo.ibi no. ad hoc tamen illa glo. loquitur in filijs naturalibus.Et tene menti perpetuo circa hanc materiam ꝙ ſi pater in teſtamẽto ſuo expreſſe prohibuiſſet hæredibus ſuis vt non darent alimenta filio ſuo ſpurio,tamen tali prohibitione non obſtante hæredes tenebuntur ſibi dare alimenta. Ita multum ſingu.dixit Bal.in l. id quod pauperibus. in vlti. colum.C.de epiſco.& cler.,quod profecto eſt ſing. verbum & forte paucis notum.

359 Iuramentum ſemper eſt ſeruandum quando ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ. c. cum contingat. & ibi per omnes,extra de iureiur.habetur in c.licet mulieres,eo.tit.lib. 6.& in c.quamuis.de pact. in eo.lib.& in l.ſi quis maior. C.de tranſac.& in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.ven.cum ſi.Scias tamen ꝙ iurans in aliqua iuſta cauſa poteſt venire contra iuramentum.Et tali caſu factum ab eo valebit & tenebit non obſtante dicto iuramento.Ita multum ſing.dixit Io. And.in addi.Spec.in tit.de iureiur.ſuper rub.vbi dixit ꝙ ſi aliquis iurauit non fideiubere pro aliquo, & ex poſt proximior eius ſit in magno periculo conſtitutus niſi pro eo fideiubeat,ꝙ non obſtante iuramento tenetur & debet pro eo fideiubere.quod dictum pro valde ſingulari refert & ſequitur Iaſ.in §.item ſi quis.in 16.colum.poſt me. Inſti. de actio. vbi etiam ponit,ſi quis iurauerit non fideiubere pro aliquo an teneat iuramentum vel impediat contractum fideiuſſionis poſtea factum,vide ibi per eum.

360 Scribitur apud legiſtas quod negligentia eſt damnoſa, & econuerſo, ꝙ vigilantibus iura ſubueniunt, vt dicit tex.in l. pupillus.in fi.& in l qui autem.§.ſciendum.ff.quæ in frau.credi.& habetur in l.ſumma.§ ſed ſi illi.ff.de peculio.& in l.debitor.ff.de ſeparatio.Et habetur per glo.in procemio Inſtit. in verbo,vigilijs.Et dixi ego de hac negligentia ſeu vigilantia aliqua.ſ.in ſing. 284.incipien. Tolle moras &c.Sed vltra ibi dicta circa hanc materiam adde not. verbum Io. Cal.in ca.ab excõicato. de reſcript.vbi dicit ꝙ licet excommunicatus poſſit ſe defendere licet non poſſit agere,vt habetur in c intelleximus.de iudic.tamen dicit ꝙ iſtud eſt verum ꝙ poteſt ſe defendere ſi talis excommunicatus curauit ſe abſolui ab excõmunicatione, ſecus ſi non curauit abſolui, ſed contempſit excommunicationem,quia tunc non audietur,etiam ſe defendendo.quod dictum refert & ſequitur Barb.in c.ſacris.extra quod me.cauſa. Item adde etiam ꝙ illud quod dicitur in l.per hanc C.de tempo.app.videlicet non probatum in cauſa principali poteſt probari in cauſa app. & non deductum poteſt deduci.iſtud habet locum quando ignoranter fuit dimiſſum & non probatum vel adductum,ſecus ſi ſcienter & per negligentiam fuit omiſſum, quia tunc in cauſa appellationis non poterit probari nec adduci. Ita ſing.dixit D.Ant. in c.ad audientiam.el 2.in 3.colum.per gl.ibi, extra de reſcri. De quo tamen dicto vide ibi D.Fely.in 10 col.Et idem in ſimili dicit Bar.in auth.qui ſemel.in 3.colum.in ver.circa ſecũdum.C.de prob.& Lu.Rom.in conſi.ſuo 226. inci. vltra pridie allegata &c.ante fi.Item adde etiam ꝙ licet maritus poſſit petere vſuras dotis poſt biennium a die ductionis vxoris ad domum mariti,vt in l.ſi.§.præterea.C.de iure do.licet contrarium teneat gloſ.in l.de diuiſione.in glo. fi. ff. ſolu.matri. de quo latius per Iaſ.poſt Ang.de Aret.in §.fuerat.in 4.col.in ver.ꝙ autem incipiant &c.Inſti.de actio.Tamen ſi petitio talium vſurarum non fuit facta per longum temporis ſpatiũ, puta decem annorum, non poterunt vlterius peti ab ipſo marito, quia per talem tarditatem & negligentiam præſumitur illas remiſiſſe, ita ꝙ pro præterito tempore peti non poterunt.Ita multum no.dixit Bal.in conſi.149.inci. poſt biẽnium a die ductionis &c. in 5. colum. quem refert & ſequitur Iaſ.in d.§.fuerat.in 5.colum.Et alleg.Bal. ad hoc caſum in terminis valde ſingu.in l.cum quidam.in §. diuus. ff. de vſur. quæ omnia ſunt no.ad propoſitum dictæ regulæ, ꝙ vigilantibus iura ſubueniũt &c.Et dicit Iaſ.vbi.ſ.quod iſtud dictum eſſet aureis literis ſcribendum, quia eſt quotidianum & & ſummæ vtilitatis.Et ad prædictam regulam etiam optime facit,nam ſi debitor alienauit aliqua bona in fraudem creditorum,& poſtea ſuperlucratus eſt de nouo alia bona quibus potuit creditoribus integre ſatisfieri,ꝙ ſi creditores fuerunt negligentes in conſequendo creditum ſuum,ſi poſtea de nouo debitor efficiatur non ſoluendo non poterunt creditores habere regreſſum cõtra bonorum poſſeſſores, in quo facta eſt alienatio a debitore in fraudem creditorum,nec cõtra eos poterunt agere reuocatoria. Ita probat tex. in l. fideiuſſores.in princ.ff.de fideiuſſo.Per quem tex.ita decidit Bal. in l.fi.in prin.ff.ſi certum pet.quod dictum refert & ſequitur Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem.in penul.colum.Inſtit.de act. circa fi. quod dicit viden.eſſe Doc.in aliquibus locis, de quibus ibi per eum.Et adde etiam hic tex. not. & ibi Doct. in l. fi.C.ſi maior fac.alie.ſine decre.fac. ratam habue. De qua exclamat Ludo.Rom.in ſing.ſuo 795.incip.Iudex Bononiẽſis. quem omnino vide.

361 Extat iuris regula ſatis trita & vulgata,videlicet ꝙ quilibet poteſt renunciare fauori ſuo,vt probatur in l.ſi quis in conſcribendo.C.de epiſco.& cle.& in l.ſi quis in conſcribendo. C.de pact.& habetur in l. non vſque adeo. ff. ſi quis a paren. fue.manu.& in l.nemo exterus. C. de iudæis. Et ideo videmus ꝙ beneficio purgationis moræ poteſt pacto renunciari,vt in l.ſancimus.in § ſi quidem.C.de fideicom. ſecundum Bal.in l.ſi pacto quo pœnam.ad fi.C. de pact. quem refert & ſequitur Iaſ.in dicta.l.ſi quis in conſcribendo.in 3. colum.C. de pact. vbi plura alia adducit ad materiam huius regulæ de quibus ibi per eum.& teneas menti ꝙ nedum quis poteſt renunciare fauori ſuo in damnum ſuum, ſed etiam hoc poteſt facere in damnum alterius.Et ideo ſcias ꝙ hoc caſu ſi extat maſculus & fœmina,poteſt maſculus renunciare huic ſtatuto & eius beneficio, & filiam ſecum admittere, & hoc modo poterit præiudicare creditoribus ſuis.Ita ſingul. dixit Bal. in l. maximum vitium.in 7. colum. ver. Sed pone quod frater.C.de libe.præte.quod dictum pro valde not. refert & ſequitur Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem.in penul.colũ. in fi. Inſtit.de actio.quod eſt not.

362 Statutum volens ꝙ pater teneatur pro delicto filij ad pœnam pecuniariam,licet ſit exorbitans a iure,tamen valet, & tenet.Bal.in l.receptitia.in prin.3.colum.C.de conſtit. pecu. & in rubr.C.res inter alios acta.in 2.colum.vbi etiam dicit ꝙ licet tale ſtatutum ſit tolerabile,non tamen eſt laudabile.Et idem etiam tenet Bal.met in l.ſi quis in tantam.in 4. colum. C.vnde vi. & ibi dicit ꝙ tale ſtatutum eſt contra ius naturale,ſed tamen non valet.& idem etiam tenet ipſe in l. ſi filio. la 2.ff.ſolu.matri.& in l.2.ff.ſi ex noxa. cauſa agatur.& in l.lex Cornelia,in prin.ff.de vulga.& pupil.& in auth.ſi captiui. C. de epiſco & cleri.& ibi etiam dicit ꝙ talia ſtatuta quæ diſponunt quod parentes præciſe teneantur & cogantur ſoluere condemnationem filiorum, quia ſunt iuri communi contraria,& ſic odioſa ſunt ſtrictiſſime interpretanda. Et idem quod ſupra etiam tenuit Alberi.de Roſa.in prima parte ſtatutorum.in q.66.& 67.Et ſentit idem Bal.in l.1.§.1.in vlti.colum.C.de vſur.rei iudic.vbi etiam ſubdit quærendo, an ſtante ſta-

te ſtatuto de quo. ſ. ꝙ pater teneatur pro delicto filij, nunquid pater repreſentando filium in carcerem euadat onus ſtatuti? Et determinat ꝙ non, cum poſſit dare filium pro noxa, per §. fi. Inſti. de nox. Et idem tenet Bal. in l. ſancimus. C. de pœnis. vbi dicit per illum tex. ꝙ ſtatutum ciuitatis Peruſij, quo diſponitur ꝙ conſortes teneantur pro delicto conſortis quamuis ſit iniquum & contra ius diuinum, tamen valet, quia licet non ſit culpa, tamen ſubeſt cauſa vt a delicto magis abſtineatur. Et hanc partem etiam tenent alij Docto. in diuerſis locis quos refert & ſequitur Iaſ. in §. actiones autem, in 11. colum. Inſti. de actio. Et in hoc ſe fundant per gloſ. in rubri. C. de decre. decurio. lib. 10. quæ dicit ꝙ illud quod poteſt fieri per pactum poteſt etiam fieri per ſtatutum, ſed per pactum poſſet hoc fieri, ergo & per hoc ſtatutum, de quo latius per Iaſ. vbi ſ. ſed limita tamen prædicta, videlicet ꝙ ſtante validitate dicti ſtatuti, tamen eius diſpoſitio non habet locum in filio pupillo, nam ſi filius in pupillari ætate & intra decimum quartum annum commiſerit delictum pater eius non tenebitur vigore dicti ſtatuti. Ita multum ſing. dixit Iaſ. in d. §. actiones autem. in 12. colum. vbi propter hoc allegat not. in c. 2. extra de delic. puero. & ibi per eum. Tene menti, quia eſt ſing. verbum & lucroſum, quia ſæpe ſuperiores qui tenent quodammodo ciuitates in prædam, faciunt talia ſtatuta iniqua & exorbitantia ſolum vt extorqueant pecunias a ſubditis, & non aliqua alia de cauſa vt quotidie docet experientia &c. Et vide etiam ad hanc limitationem Alb. de Roſ. in ſecunda parte ſtatutorum. q. 71. inci. Item quæritur &c. & vide infra in ſing. 481. inci. Communis opinio.

363 Credo te ſcire ꝙ precarium poteſt reuocari quandocunque ad libitum concedentis, vt in l. 1. in princip. ff. de precar. & in l. 2. in princip. & in l. & habet. in princip. eod. titu. & hoc etiam verum, etiam ſi eſſet adductum tempus vſquequo haberet vti, vt in l. cum precario. in princip. ff. de preca. Limita tamen hoc & prædicta iura, niſi talis concedens precario vellet ſine cauſa reuocare precarium illico cum maximo damno illius cui conceſſum eſt, nam hoc caſu non poterit illud reuocare, quia ſibi obſtabit exceptio doli, cum non poſſit negari quod precarium non ſit beneficium. Nam eſt beniuola actio commodum tribuens capienti, vnde non debet doloſe verſari in beneficio conceſſo. Ita not. dixit Abb. in c. fina. in vlti. colum. extra de precario. vbi allegat in ſimili Ioã. An. in proœmio decretalium. quod dictũ pro valde no. refert & ſequitur Iaſ. in §. ſequens. in 6. colum. in princip. Inſt. de actio. vbi videas &c.

364 Libellus in aliquibus cauſis neceſſario non requiritur, vt colligitur ex dictis per Spec. in tit. de libel. concep. §. nunc videndum. vbi enumerat forte. 50. caſus in quibus non requiritur libellus. Et habetur etiam per gl. in Auth. de exhiben. reis. in §. ſancimus. in gl. magna, & per Ang. poſt glo. in §. tripli. Inſti. de actio. Scias tamen vnum, ꝙ in caſibus in quibus requiritur libellus ſi actor vadit coram iudice & dicit notario, ſcribas qualiter peto a Titio centum in quibus peto eum condemnari &c. Quamuis notarius hoc ſcribat in actis, per hoc tamen non videtur libellum in ſcriptis obtuliſſe, nec dicitur procedere ordinario modo, ſed extra ordinem. Ita dixit no. Bar. in l. ſacris. la 3. C. de proxi. ſacro. ſcrini. lib. 2. quod dicit eſſe bene ſignandũ, quia poſſet ſæpe cõtingere de facto, quod dictum pro not. refert & ſequitur Iaſ. in §. tripli. in 5. colum. Inſtit. de actio. vbi dicit ꝙ hoc dictum ſequitur Lud. Rom. in l. 1. in 2. colum. ff. de arbi. de quo etiam dicit viden. eſſe Bal. in auth. offeratur. ad ſi. C. de lit. conteſta. & Ang. in l. 1. in prin. in 1. colum. & ibi Bal. & Pau. de Caſt. ff. de eden. Tene menti hoc dictum, quia not. eſt, & ex eo limitatur etiam regula illa, videlicet ꝙ non refert quid ex equipollentibus fiat, de qua in l. generaliter. C. de inſti. & ſubſtitu. ſub condi. fac. & in l. cũ ſeruus. ff. de verb. oblig. & in l. Titius. §. Lucius Titius. ff. de lib. & poſthu. cum multis ſi. vide tamen glo. not. in l. ſi quis ſe iniuriam. C. de accuſa. quæ dixit hoc nõ habere locum vbi procedi poteſt per ſimplicem querelam, quam gloſ. ad hoc ſum me not. Bal. in l. 1. in vlti. colum. C. vt in poſ. lega. & Lud. Ro. in ſing. ſuo 804. inci. Dicit ſtatutum &c.

365 Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur, ſed debet reſeruari in cauſa principaliori, & in vltimo iudicio, vt habetur in l. 3. §. ibidem. cum gl. in verbo, obſcurior. ff. ad exhiben. & in l. fi. C. de compenſa. & vtrobique per Doct. hoc tamen fallit niſi excipiens ſit paratus in continenti probare, ſecundum Bar. in l. ſi is a quo. in prin. ff. vt in poſ. leg. de qua oblatione offerentis ſe ſtatim ſeu incontinenti probare, dixi late in c. 2. vltra me. extra de crim. fal. & in repetitio. mea rubri. C. de prob. in vlti. colum. De quo etiam per Abb. in conſilio trigeſimoprimo. incipiente. In cauſa & quæſtione & cæt. in finem. & per Bald. in l. 1. in 2. colum. C. vt in poſ. lega. Et circa hanc materiam reſeruationis exceptionum teneas menti ꝙ talis reſeruatio exceptionum quam facit iudex per hunc modum, videlicet interloquor eſſe ad vlteriora procedẽdum ſaluis exceptionibus, ꝙ iſta verba ſunt tantæ importantiæ quod ſi appareat poſtea dictas exceptiones eſſe veras & iuridicas, & quod verè obſtarent, tunc proceſſus redditur retro nullus, & quicquid poſtea factum eſt habetur pro non facto. Ita dixit gloſ. in capi. cum contingat. & ibi Docto. de officio delega. & Bal. in l. ille a quo. §. ſi de teſtamento, verſic. fin. ff. ad Trebellia. quos refert & ſequitur Iaſ. in §. præterea. in 12. colum. Inſtitu. de actionibus. ad quæ vide quæ dixi. ſ. in ſingulari. 198. incipien. Teſtis qui non debet &c. Nam ibi dicta multum fraternizant cum dictis hic.

366 Aliqua tibi dixi. ſ. in ſing. 43. incip. Debitor &c. de impediẽte creditorem vt non poſſit conſequi creditum ſuum. Nunc autem dico tibi circa hanc materiam vnum aliud non minus vtile, videlicet quod licet ego receptauerim in domo mea mercatorem fallitum vel qui fregit, vt vulgariter dicitur, non tamen propter hoc poſſum conueniri vt eum debitorem tuum tibi exhibeam, alias tenear ad intereſſe. Ita ſing. dixit Io. de Platea in §. præterea. Inſti. de actio. Et hoc per tex. in l. fi. ff. de libe. homine exhiben. quod dictum refert & ſequitur Iaſ. in d. §. præterea. in 10. colum. ante fi. vbi dixit ꝙ hoc dictum eſt diligentiſſimè not. quia eſt quotidianum. & dixit ꝙ hoc dictũ forte alibi non inuenitur. Vide quæ dixi ſ. in ſingu. 137. incip. In iure &c. Et ex hoc dicto etiam clarè conſtat quod titulus de receptatoribus non habet locum in ciuilibus, ſed ſolum in criminalibus.

367 Nemo prudens eſt qui neſciat ꝙ iudex ſæcularis cuiuſcũque ſit præeminentiæ, non eſt regulariter competens quando tractatur de materia iuramenti, cum ſit quid ſpirituale, quod laicis non conuenit. Ita habetur in c. per venerabilem. qui filij ſint legi. & in c. cum ſit. de foro compe. & in c. prædicandum. 22. q. 1. Et habetur per Hoſt. in c. tuam. ſuper glo. fi. de ordi. cog. & per Abb. in c. ſignificante. de pign. in 1. not. Iſtam tamen concluſionem & dicta iura limitat multum ſingu. D. Felyn, quinque modis in c. 2. extra de ſponſa. in 12. col. Et inter alias limitationes limitat vno modo, videlicet niſi iudex ſæcularis vellet cognoſcere de nullitate abſolutionis a iuramento facta a iudice eccleſiaſtico, quia poteſt, nec tenetur ſtare ſeu præciſe ſequi abſolutionem factã per iudicem eccleſiaſticum. Ita dicit multum ſolemniter conſuluiſſe Pe. de Ancha in conſi. ſuo 383. inci. retento ordine dubiorum. in 2. colum. motus per no. per Io. And. in c. cum in iure. de offi. deleg. & in c. 1. de offi. ord. vbi traditur ꝙ iudex ſæcularis non tenetur exequi præceptum iudicis eccleſiaſtici ſi ſcit vel ſuſpicetur de eius iniuſtitia, de quo latius ibi per eum. Et per D. Fely. in d. c. 2. in 12 col. in ver. quinto limita &c. de ſponſalibus. Et idem dixit D. Barth. Cępo. in cautela ſua 102. inci. In multis contractibus &c. Et Soc. latius loquitur in hac materia in conſi. ſuo 83. inci. Pro clariori &c. in 2. & 3. colum. in 4. vol. Et in materia iſta ponit no. verbum Soc. in conſi. 106. incip. Inſignis Doctor. in 2. colum. in eo. 4. vol. & in materia iſta vide ſingu. verbum Lud. Rom. in conſi. ſuo 219. incip. In propoſita conſultatione &c. poſt prin. & vide Soc. in 17. fallentia ſua. in vlt. ver. in fi. vbi ponit ſing. verbum circa hãc materiam. Tene menti, quia eſt ſingu. verbum in practica ad multa.

368 Licet tertius poſſit ſoluere pro debitore creditore inuito fauore liberationis. l. ſolutionem. ff. de ſolu. & habetur in l. ſoluendo. ff. de neg. geſt. & in l. qui decem. §. 1. ff. de ſolu. & in l. poſtliminium. C. de captiuis. cum ſimi. tamen non poteſt tertius ſoluere canonem pro emphyteuta inuito Domino directo. Nam illa ſolutio canonis non eſt ſimplex ſolutio, ſed eſt recognitio directi dominij quam alius pro alio facere non poteſt. Ita no. dixit Bal. in l. acceptam. in 25. q. C. de vſuris. Quod dictum tamen limita ſing. niſi volens ſoluere prætenderet aliquod intereſſe, puta, quia eſſet creditor emphyteutæ, quo caſu ſi emphyteuta caderet a melioramentis nõ haberet poſtea vnde ſibi ſatisfieret, ideo ne emphyteuta cadat poterit ſoluere etiam inuito domino directo. Ita not. dixit Ange. in l. lex vectigali. fundo. ff. de pigno. quod eſt multum not. ad quę vide Iaſ. in l. 2. C. de iure emphyt. in 18. & 22. columna.

369 Mille hominum ſpecies & rerum diſcolor vſus. Velle ſuũ cuique eſt, nec voto viuitur vno. Ita ſcribitur apud Perſiũ. Quæ carmina profecto indubitatam veritatem continent vt experientia quotidiana oſtendit. Et ex hoc dubitant Docto. Pone ꝙ duo fratres vel duo filij habent domum communem pro indiuiſo, & vnus vult habitare domum, alius vult eam locare, quis pro feratur? Et dicunt ꝙ debet præferri ille qui vult habitare domum. Ita dixit Bal. in l. Sabinus. in vlti-

vltimis verbis.per illum tex.ff. communi diuidun. vbi etiam vide per D.Flo.& dicit etiam Salyce.in l.iubemus.la 2.in prin. C.de ſacroſan.eccle.ꝙ ſi duo fratres vel duo ſocij habent fundum communem pro indiuiſo,& vnus vult ꝙ colatur & ſeminetur prout fieri debet, alter vero qui eſt rixoſus & beſtialis dicit ꝙ pars ſua non ſeminetur,& dicit fratri vel ſocio, ꝙ faciat coli & ſeminari partem ſuam,attamen frater vel ſocius qui eſt prudentior facit totum fundum coli & ſeminari,non tenebitur alteri reſpondere de fructibus etiam pro parte dominica.Ita dicit Salyce.in d.l. iubemus.& dicit quod hoc ſentit glo.ibi,quæ dicta refert & ſequitur Iaſ.in l. 1.in penul.colum. C. qui teſtamen. face. & in repeti. ſua. l. quominus in 34.colum.ff.de flumi.Et ad materiam huius vltimi dicti facit optimè tex.in l.ſi vt proponis.C. de ædifi. priua.& in l.cum duobus. alias incip. Si fratres. in §. idem reſpondit ſocius qui ceſſantis.ff.pro ſocio.In quibus dicitur ꝙ ſi ſunt duo ſocij qui habent rem communem, puta aliquod ædificium quod egeat reparatione,& ad reficiendum vel reparandum vnus ipſorum ſociorum ſit negligens, alter vero reficiat, ꝙ ſi ſocius negligens non ſoluat partem ſuam expenſarum cũ vſuris ad eum pro ſua rata portione pertinentium intra quatuor menſes perdit dominium partis ſuæ, & illud acquiritur & applicatur ſocio reficienti.Et illos tex.ad hoc adduxit Ange.de Aret.in § ſequens.in penulti.colum.in prin.Inſtit.de actio.quos dicit eſſe ſingulariſſimos.& idem dixit Cepo.in tracta.Vrba.ſeruitu.in titu.59.ſub rubri.de refectione. in 4.col. &c. & idem per prædicta tenet Iaſon in repeti. l. quominus. in 23 colum.ff.de flumi.& in dicto.§.ſequens.in vlti.colum. & in l.creditor.in fi. ff. ſi certum petatur. & circa materiam hic tactam vide latè Socy.in conſi.ſuo 58.incip.In cauſa &c. per totum.in 4.volum.

370 Vſucapio dicitur præſidium impium.tex.eſt in Auth.vt eccleſia Roma. circa medium. Item etiam dicitur præſidium iniquiſſimum,ſecundum Ange. in l. qui æquitate. ff. de doli excep.& in l.1.C.de præſcri.trigin. an. & idem eſt dicendum de præſcriptione, quia fraternizant ſecundum Bal. in l. 1.in 7.colum.C.de ſeruis fugi.& nota. Inſtitu. de vſucap. in princip.& in rub.ff.eod tit.& voluit Socy.in conſi.86.incipien.In cauſa communitatis. in 5. colum. & præſcriptio dicitur eſſe contra naturalem æquitatem,ſecundum Bal. in l. ancillæ. in 3.colum.C.de fur.& Abb.in cap.fina.in 6.colum.extra de præſcriptio.vbi etiam adducit Barto.in extrauag.ad reprimen.in verbo,denunciationem.vbi dicit ꝙ vbi ſubeſt obligatio naturalis orta ex conſenſu,puta,quia promiſiſti mihi per pactũ nudum, vel quia locupletaris cum iactura mea poſſum recurrere ad eccleſiam per viam denunciationis euangelicæ. quod in præſcriptione dicit apertè voluiſſe Bal. in cap.ſi quis per triginta.in titu.ſi de feu.fue. contro. vbi dicit ꝙ præſcribens debitum ſcienter poteſt ſemper denunciari,quia ius ciuile non potuit tollere obligationem, vt in §. ſed naturalia. Inſtit. de iure nat. gen. & ci. & præſcriptio eſt reſtringenda, quia odioſa,ſecundum Inno.in c.tua.ad fi.de deci. & Bal.in l. non dubium.in ver.adde quod conſuetudo &c. C. de legi. Bar.in l.fina.poſt princip.ff. de eo per quem fac.erit.& voluit Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 295. incipien Viſis & ponderatis omnibus &c.in 2. colum. Et teneas menti ex iſtis ꝙ ſi alicui eſt commiſſa cauſa ſecundum veritatem & æquitatem ꝙ non debebit talis commiſſarius ferre ſententiam pro vtente præſidio vſucapionis vel præſcriptionis,quia naturali æquitati repugnat. Ita multum ſingul. dixit Ange. in l. prima. ff. de nego geſt.& in l.ſequitur.in §.ſi viam.ff.de vſucap. quem refert & ſequitur Iaſ.in repeti.l.ſi is qui pro emptore.in 25.colum.ff de vſucap.

371 Teſtis de auditu aditus licet non probet,tamen facit qualemqualem præſumptionem ſeu coniecturam, ſecundum Archi.in c.hoc videtur 22. q. 5.quem refert & ſequitur Pau. de Caſt.in conſi.ſuo 7. incip. In cauſa quæ vertitur Parmæ. 10.colum.& Alex.in conſi.ſuo 28. incipien. In cauſa accuſationis de crimine falſi &c.in 1.volum & Domi. Fran.Cur.in conſi.ſuo 70.incip.Circa primum. in 3.colum. in princip. & ſcias quod prodeſt habere pro ſe iſtam qualemqualem præſumptionem,quia ſi probationes ab vtraque parte eſſent pares ille obtineret qui haberet iſtam qualemqualem præſumptionem pro ſe.glo.eſt no.ibi communiter approbata in l.ſi duo patroni.in princip.in glo.parua.in ver.authoritatis.ff.de iureiuran.Quæ omnia refert latius Iaſ.in repeti.l. admonendi.in 25.colum. in princip. ff. de iureiur.& de hac qualiquali præſumptione vide glo.not.& ibi Bal.in l.mater.C.de calumnia.& Do.Catal.in tractatu ſyndica.in ver. 437. incipiẽ.Adde quod licet aliquis.& vide Dom.Philip.Decium in conſi.ſuo 82 inci.Viſo proceſſu &c.in 2. colum.Tene menti prædicta, quia poſſet tibi prodeſſe tam in cauſis ciuilibus quam criminalibus.Et ex iſtis poteris limitare quæ dixi. ſ.in ſingula. 276. incip.Parum & nihil &c.Et ibi etiam poſui ſingu. dictum in materia qualiſqualis præiudicij.

372 Capias vnum paucis vt credo notum,videlicet ꝙ quando iudex inquirit contra occidentem bannitum qui ex forma ſtatuti poterat impune occidi, tunc quilibet de populo poteſt comparere coram iudice inquirente & oſtendere bannum illius occiſi,& ſtatutum permittens illum poſſe impune occidi & petere vt ipſe iudex vlterius non procedat contra occidentem,ſecundum Bar.in l.vbi pactum.C. de tranſa. quam ſequuntur Docto. Et fuit originalis doctrina Richar. Malum.in l.filiusfa.§.veterani.ff.de procu.per gl.ibi.Quã doctrinam referunt & ſequuntur Doct.in pluribus & pluribus locis quos latiſſimè adduxi in l.ſi quis ne quæſtio. in 25. col. ff.de quæſtionibus.& in repetitio. mea rubri. C. de proba.in 43. colum.& in l.infans.in 5.colum.ff. de ſicar. & in practica mea cauſarum criminalium.in 17.char.& ibi in 29.& in 100. charta.de quo etiam habetur per Do.Nellum in tractatu bãnitorum.in prima parte primi temporis.in 2.q.& in ſecunda parte ſecundi temporis.in 14.q.& per Gandi.in tractatu maleficiorum.ſub rubri. vtrum procurator in maleficijs interue.in 5.colum.verſi.Vltimo circa materiam &c.cum ver.ibi ſequenti.& per Do.Maria.Socy.in repetitio.c.veniens. in 63. & 64.colum.cum ſeq.de accuſa.Scias tamen & perpetuo tene menti quod prædicta non haberent locum quando talis bannitus interfectus fuiſſet bannitus per contumaciam & non ex veris probationibus delicti. nam ſtatutum permittens bannitum poſſe impune occidi non comprehendit bãnitum per cõtumaciam,nec de illo intelligitur,ſed ſolum de bannitis ex veris probationibus delicti.Ita ſing. dixit Alex.in l.omne delictum.in prin.ff. de re mili. vbi ſingu.dixit ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ bannitus poſſit impune occidi, ꝙ vigore tamen ſtatuti non poterit impune occidi bannitus per contumaciam.allegat hoc voluiſſe Bal.& Io.de Imo.in l.ſi mora.ff.ſol. mat. & dicas tu ꝙ idem dixit Bald. ſuper ſtatutis. in verbo, pax.in 3.verſ.& in l.tranſigere. in 4. colum. ver. nono oppono.C.de tranſact.pro qua doctrina faciunt optimè quæ dixi in ſingulari meo.4.incip.Quamuis &c.& in l.infans.in 5. col. ff.de ſicar. vbi omnino videas & faciunt dicta per Alex. in l. cum fi.fa.in 2.colum.ante fi.ff.de verb.obli.& per Do.Philip. Cor. in conſi. ſuo 143. incip. Licet,in 2.colum.ver.& præterea.in 2.volum.& per Bal.in l.fi.in fi.ver.quæro hic ſi tabellio. C.de fide inſtru.& vide quæ addidi in dicta. l. infans.in 5.col. & vide quæ dixi in repet.mea cauſarum crimi. in §.ſequitur. numero 20.& vide omnino Do.Fely.in c.cum Bertoldus.in 9.colum.de re iudi.& ſic ex dicta doctrina Bal.in d.l.ſi mora. & D.Alex.in d.l.omne delictum.& aliorum quos. ſ.adduxi. poteſt limitari & reſtringi doctrina Bar.in d.l.vbi pactum.C. de tranſac.& ſequacium quos adduxi in dictis locis.Tene mẽti,quia eſt verbum non obliuiſcendum.

373 Vt noſti a doctoribus in diuerſis locis examinantur plures quæſtiones circa materiam literarum,quæ quotidie ſcribuntur a mercatoribus inuicem vel ab alijs, & hoc maximè in l. admonendi.ff.de iureiur.Ego autem volo ſolummodo dare tibi ſingulare verbum circa eandem materiam literarum, & ideo tene menti ꝙ ſi ſcribo tibi literam,in qua confiteor me eſſe debitorem tuum in mille vel in alia ſumma.Sed antequam iſta litera tibi præſentetur ego moriar,hoc caſu talis litera non nocebit nec præiudicabit hæredibus meis. ita ſing.dixit Imo. in c. cum dilectus. extra de ſucceſ. ab inteſta. quod dictum reputat ſing.D.Ant.in c.fi.in 5.colum.extra de confeſſ.& Barb.in d.c.cum dilectus. & in c. poſt ceſſionem. de proba.in rubri.extra de teſta.in lectu.in 2. colum. non in repeti.& Corſe.in ſuis notabi.ſub verbo,confeſſio.in not.inci. Si ſcribo &c.De quo latius dixi in repeti. mea rubri. C.de proba.in 51.colum.ante fi.in ver.& poſtquam &c.& in l.fi.in 6.colum.poſt medium. ver. Et tene menti. ff. de quæſtioni. & ratio poteſt eſſe, quia Titius ſi eſt mortuus non dicitur amplius Titius,ſecũdum Bal.in l.1.in 13.colum.ver.Sed quid dices.C.de confeſ.quod etiam ipſe ſentit in l. conuenticulã. in vlti.colum.C.de epiſco.& cleri.& illud dictum Inn.etiam refert & ſequitur Ange. in l. prima. ff. de confeſſ. & Domi. Anto.in capitu.per inquiſitionem.de elect. & Iaſ. in repeti. l.admonendi.in 62.colum.de iureiu.vbi not. loquitur circa hanc materiam.

374 Bene & diligenter aduertant banniti capti dum recognoſcunt bannum ſuum, vt illud ſimpliciter recognoſcant.Sed caueant vt non fateantur contenta in dicto banno eſſe vera,quia ſi illa confiterentur poſſent puniri, & bannum contra eos poſſet exequi,etiam ſi tale bannum eſſet nullum. Et hoc quia talis confeſſio ſpontanea facta cum recognitione banni validat ſententiam bãni,cum cautum ſit in iure quòd con-

confeſſio ſpontanea validat proceſſum inualidum, cum ta-
lis confeſſio non requirat telam ſeu ordinem iudicij, vt dixit
Inno.in c.qualiter & quando.el 2.de accuſa.& in c.per inqui
ſitionem.de elect.& Bal.in l.properandum.in fi.prin.C.de iu
di.Et volunt alij quamplures Docto.in diuerſis locis quos ſi-
mul reduxi in l.1.in §.diuus Antoninus . in 3. & 4 colum. ff.
de quæſtionib ita ſing.dixit Ang.in l.1.ff.de confeſ.ad quod
allegat Inn.in d.c.qualiter & quando.Tene menti, quia ſæpe
banniti & maxime ruſtici in recognitione banni ignoranter
vel inaduertenter confitentur contenta in banno eſſe vera.
Et etiam ſæpe iudices ſub inuolucro verborum faciunt eos
taliter confiteri, nam tunc poſſent puniri & bannum exe-
qui, etiam data nullitate banni, & ideo caueant ipſi banniti.
Attamen ſi contingeret caſus venias ad me, quia prædictis
non obſtantibus proculdubio defenſabo eos de iure a pęna
mortis ex pluribus iuribus & rationibus, quæ breuitatis cau-
ſa præſentialiter non adduco.

375 Stulti non debent eſſe melioris conditionis ꝙ ſint prudē-
tes.ita dixit tex.in l.Seruius ff.quod vi aut clam. & in c.eum
qui.de præben.in 6.& in l.regula.in 6.parte. ff. de iur. & fact.
ignor. Et ideo ſcias ꝙ ſicut licitum eſt occidere hominem
prudētem pro defenſione ſua, vt ſatis plene tradidi in l.vnius
facinoris.in §.cogniturum.in 10.& 11.colum.ff. de quæſtio-
nibus.& in l.1.in princi.in 5.& 6.colum.ff.de ſicar.ita licitum
eſt occidere ſtultum contra aliquem irruentem cum armis,
nec iuuatur ex eo quia ſtultus, quia arma ſtultorum ita inci-
dunt & offendunt hominem ſicut arma ſapientum.Ita mul-
tum no.dixit Bal.in l.1.in 11. colum. in ver. Quid de furioſo.
C vnde vi.vbi dicit ꝙ ſi aliquis furioſus vel dormiens inſultat
aliquem, vt multi faciunt in ſomnis, an talis poterit impune
occidi? Et dicit primo videri dicendum ꝙ non, quia talis in-
ſultus vitio caret.allegat.ff.de offi.præſi.l.diuus.& 2.q.9.c.indi
cas Hermanum.ergo iniuſtum eſſet eum interficere.Cōtra
rium tamen dicit, non quia contingat hoc vitio offenſionis,
ſed natura defenſionis, ſicut ſi quis pateretur inſultum ab a-
nimali tuo, nam impune illud animal occideretur, licet ali-
ter occidens teneretur Aquilia, nam cum ſe defendens pro-
priam ſalutem principaliter intendit, impune facit, quia prin
cipalis debet conſiderari & non ſecundario, vt ff.ad Syllania.
l.qui poſthumum.& de fur.l.verum. Ita formaliter dicit Bal.
in dicta.l.1.in 11.colum.in dicto verſi.Quid de furioſo &c.C.
vnde vi. quod eſt menti tenendum cum ſæpe iſti ſtulti ſint
periculoſi, & quandoque beſtialiter percutiant prudentes,
vt in facto ſæpius viſum fuit.

376 Quod maior pars facit valet, quia omnes facere videntur.
l.quod maior.ff.ad municipa.l.duo ex tribus. ff.de re iudica.l.
diem proferre.§.ſi plures.ff. de arb.l. fi. §. .C.qui bonis cede.
poſ.c.cum inter.c.dudum.c.in Geneſi.c.cum in veteri.c.con
gregato. de elect. cum multis ſimi. Et ideo teneas menti
quod ſi ſtatutum dicit ꝙ nullus inquiri nec torqueri poſſit
niſi cum deliberatione Poteſtatis & antianorum . Et pote-
ſtas cum vno de antianis dicit aliquem eſſe torquendum vel
contra eum inquirendum, omnes autem antiani dicūt con
trarium , quòd hoc caſu præfertur dictum Poteſtatis
cum vno de antianis , quia licèt Poteſtas ſolum ha-
beat dimidiam vocem & antiani aliam dimidiam, tamen
poſtquam Poteſtas habet ſecum vnum de antianis apparet
ꝙ excedit dimidiam partem, & ſic ꝙ ipſe Poteſtas facit cum
illo autiano dicitur factum a maiori parte, & per conſe-
quens valet.Ita not.dixit Alberi. de Roſa. in 2. parte ſtatu.in
q.188.incip.Paduæ eſt ſtatutum . vbi refert Richar. dicere ſe
hoc obtinuiſſe de facto, & ipſe Alberi. ibi allegat plura iura
ad hoc.Et idē dixit Socy.in conſi.ſuo 40. incip. Ex actis geſtis
&c.in princi.2. colum. vbi etiam allegat plura iura, & allegat
Cyn.& Iaco.But.in auth.cauſa quæ ſit cum monacho. C. de
epiſ.& cle.& tex.& ibi Bal.in l.ſi quis Titio.ff.de vſufruc.lega.
Et quæ habentur per Bar.in l.1.§.ſi plures.ff.de exercitoria.&
allegat alia plura de quibus ibi per eum . Tene menti quia
non poſſet eſſe magis quotidianum, nam domini terrarum
vt videantur facere aliquam æſtimationem ſuorum ciuium
faciunt aliqua ſtatuta in quibus in aliquibus cauſis dant iuriſ
dictionē ſuo Poteſtati vel Capitaneo, & antianis illius ciui-
tatis vel alicui alteri officio.Certè ſi tali caſu aliquis officialis
vel antianus ſe concordat cum Poteſtate vel Capitaneo, il-
lud quod erit diſpoſitum per eos valebit & tenebit tanquā
factum a maiori parte. Et cæteri antiani vel officiales nihil
poterunt propter ſeparationem ab eis factam per illum an-
tianum, cui antiano immemori illius dicti, ꝙ omne regnū
in ſe diuiſum deſolabitur &c. deberetur præmium , de quo
loquitur Bal. in l.ita vulneratus.ff.ad leg.Aqui.& Do.Fel.cum
referens in c.decætero.de homici.quos ego retuli in rub.ex-
tra de homici.& in l.1.in prin.in 11.colum. in ver. 15. limita
&c.ff.de ſicar.Et vide omnino ad ſupradicta Iaſ. in l. ſi pater.
in 1.colum.ff.de vulga.& pupil.vbi notanter loquitur, & in l.
fi.in 3.& 4.colum.C.de impub.& alijs ſubſti.vbi etiam no.lo
quitur.& vide Socy.in conſi.ſuo 108.incip.caſus &c.in 1.col.
in 3.volu.& vide Do.Rochum de Cur.in tract.de iure patro
na.in verbo, ipſe vel is a quo cauſam &c. in 4. colum. in ver.
tertio quæro &c.& vide Iaſ.in l.iuriſgentium.§.hodie.in nu
mero 9.& in pluribus numeris ibi ſequentibus.ff.de pac.

377 Contumax in iudicio non auditur niſi primo refectis ex
penſis.l.ſancimus.C.de iudi.c.finem litibus. & c. cum dilecti.
de dolo & contu.c.pia.de excep.in 6. c. 1. de dolo & contu.
eo.li.cum ſi.& licet refectis expenſis audiatur, tamen etiam
tunc non auditur opponendo exceptiones peremptorias.
ita not.dixit Inn.in c.præterea.de dilatio.& Ang.in l. perem-
ptorias. C. ſent. reſcin. non poſ. quod dictum pro valde
no.refert & ſequitur Ang.de Are. in §.appellantur. in 3. col.
Inſtit. de excep. iſta tamen doctrina poſſet forte limitari &
reſtringi vt non haberet locum in minore ruſtico vel mulię
re, & hoc per doctrinam nota.Do.Philip.de Peruſio in c.Ni
colao.in penul.colum.extra de appella. vbi dicit ꝙ licet cita-
tus perſonaliter ſit verus contumax, & excludatur ab appel-
lando, vt in l.ex conſenſu.in §.fi.ff.de app.& in l.1.C. quando
appellan.ſit.tamen dicit quod hoc fallit in minore muliere
& ruſtico, quia tales perſonæ citatæ perſonaliter ad ſenten-
tiam audiendam, ſi non comparent nec mittunt procurato
rem, tamen poterunt appellare cum non cenſeantur eſſe in
dolo.ad quod alleg.Bal.& Ang. in l. vbi exigitur. ff. de eden.
quod dicit eſſe ſingulariter no. quod dictum etiam pro val-
de no.refert & ſequitur Do. Philip. Decius in conſi. ſuo 34.
in 3.colum.& circa ſupradictam materiam expenſarum vide
aliquid per Do. Iaſ.in l.is apud quem.in 4.col.in ver. tene cū
Bar.&c.C.de eden.&c.

378 Geminatio actus eſt maximę importantiæ & effectus, vt
dixi tibi latiſſime vltra omnes in l.1.in §.quæſtioni. in 2.& 3.
colum. ff. de quæſtionibus. ſed vltra omnia quæ ibi dixi te-
neas menti ſingulare & mirabile verbum in hac materia ge
minationis, videlicet licet ex forma legis vel ſtatuti pro ali-
quo crimine eſſet imponenda pœna pecuniaria, tamen ſi ac
cuſatus de tali delicto conuincitur, quòd illud etiam alias cō
miſit & frequentauit, tunc talis reus debet puniri capitaliter
pœna vltimi ſupplicij.ita dixit Bar.Bal.Ang.Odoſ.& Ioan.de
Platea: in l. 1. per illum tex. C. de ſuperexactionib. lib. 10. &
Bar.& Bal.in l.licitatio.§ quod illicitè.circa prin. ff. de publi-
ca.& Do.Alex.in ſuis apoſtil.in d. l. 1. C.de ſuperexactio.pro
quo Docto.ibi aliqua adducunt, & maxime Ang. & Ioā. de
Platea, nam dicit ibi Ang.ꝙ quando aſſeſſores volunt facere
aliquem reum mori ponunt in inquiſitione quā formant
contra eum, ꝙ illud ſeu illa crimina de quibus inquiritur plu
ribus vicibus commiſit, & poſtea eum conuincant de tali
perſeuerantia, quo facto dicit ꝙ ſecurè poterunt eum ad
mortem condemnare, non obſtante ꝙ illa crimina de ſui
natura non ſint capitalia, quod dicit eſſe bene menti tenen
dum.pro quo dicit eſſe tex.in l.omnes.C.de delatoribus.lib.
10.vbi quis propter conſuetudinem peccandi punitur pœ-
na mortis, & dicit Ioan.de Pla.in d. l. 1.de ſuperexactionib.ꝙ
propter conſuetudinē delinquendi angetur pœna.ad quod
allegat etiam.l.facultas.C.de iure fiſ.& l.3.in fi.C.de epiſcopa
li audien.& d.l.omnes.C.de delato.& dicit D.Alex.in d.l.1.de
ſuperexactio. in ſuis apoſtil. ꝙ ex hoc etiam dicimus ꝙ ille
qui hodie furatus eſt vnam rem vilem & cras aliam, & ſic
ſucceſſiue, ꝙ ratione reiterationis & conſuetudinis poterit
furca ſuſpendi.ad quod etiam alleg. Bal. in l. apud antiquos.
in fi.C.de fur.& Doct.in auth.ſed nouo iure.C.de ſeruis ſug.
adducit etiam ipſe Do.Alex.ad hoc quod dicitur, videlicet ꝙ
conſuetus litigare repellitur a teſtimonio.alleg.c.quia ſuſpe
ctos.3.q.4.& c.nullus.ibi, frequenter litigantes &c.ea.cauſa &
quæſtione.allegat etiam alia plura ad hoc, de quibus ibi per
eum, & ad prædicta de illo qui eſt conſuetus furari quod pu
niatur pœna mortis vide Ang.de Aret.in tracta.maleſi.in ver
bo, & veſtem cæleſtem abſtulit.in 3.char.in ver.quęro ſi alias
&c.& ibi in addi.& vide Bar.in l.ſi cui.§.fi.in fi.ff.de accuſatio.
quem refert & ſequitur Io.de Plat.in d.l.omnes. C. de dela-
lato.lib.10.& ad dictum Docto. in d.l.1.C.de ſuperexac.facit
optime tex.& gloſ.in §.nomine autem criminis. 25. diſt.vbi
dicitur ꝙ peccatum veniale geminatum efficitur mortale,
& faciunt dicta per Bar.& Bal.in l.3. C. de epiſcopali audien.
vbi dicunt ꝙ bis carceratus pro eodem delicto amplius nō
debet relaxari, etiam ſi ex aliqua conſtitutione carceratus
debet relaxari.& ſubdit ibi Bal. ꝙ non valet indultum prin-
cipis ſuper condemnatione ſecunda, niſi fiat mentio de pri-
ma, quia videtur obreptitium, eo quia princeps non eſſet fa
cturus, quod dicit eſſe menti tenendum.& facit etiam, nam

licet

licet hæreticus paratus corrigi non tradatur curiæ ſæculari.
cap.pe.§.ſi quis.extra de hære.tamen ſi geminata vice cecidit
non auditur de correctione.c.ſuper eo. & c.accuſatus.de hæ
reti.in 6.Et facit in materia geminationis in dicta.l.1.§.quæ-
ſtioni.ff.de quæſtionb.& faciunt dicta per Do.Rochum Cur
tium.in repet.c.fina in 1.col.de conſuet. & facit etiam, nam
cōtra frequentantem viam ſumitur indicium maleficij com
miſſi in illa via,ſecundum Docto.quos refert & ſequitur D.
Pari.de Puteo in tractatu ſyndicatus.in 96.char. in 2. colum.
verſi.ſi aliquis eſt inuentus &c & facit glo.in l.conſentaneū.
C quomodo & quando iudex . quæ dicit ꝙ humanum eſt
peccare,ſed diabolicum perſeuerare &c.Et vide circa prædi-
ctam materiam Alex.in l.1.in apoſtil.C. de paſcuis publi.lib.
11.vbi dicit ꝙ perſeuerantia vel cōſuetudo refertur ad duas
vices.& vide Domi.Lauren.Calca.in conſi.ſuo 1.in 19.col.&
vide Ang.in Auth.de trien.& ſemiſ.in §. & quod ſæpe.vbi di
cit ꝙ dictio plures,verificatur in duobus.& idem dixit Bal.in
l.fideicommiſſa.§.ſi quis decem.ff. de leg.3.& vide Ange.de
Are.in tractatu maleficiorum. in ver.pluribus & pluribus &
ibi in addi.& vide tex.in Auth.de defenſo.ciuita.§.fi.vbi dicit
gloſ.ꝙ illud fieri dicitur frequenter quod bis fit.prædicta ta-
men omnia limita & reſtringe niſi geminatio eſſet circa mi
nima,quia tunc ſupradicta non haberent locum,nec homo
poſſet morti tradi propter talia minima, quia talia minima
non ſunt in conſideratione,vt in l.ſcio.ff.de in integ. reſtitu.
l.omnis.ff.de impenſis.& in c.licet cauſam.in verbo,nulla aut
modica.de probatio & Inſtitu.ad legem Fal.in princi.in ver-
bo,pro nullo aut modico. de qua materia dixi latius in l.fu-
rem.in fine ſecundæ columnæ. ff. de ſicar. & in ſingul. meo.
276.incip.pirum & ad hoc bene aduertas ne erres, & loco
iuſtitiæ faceres iniuſtitiam & iniquitatem,vt in hac noſtra ci
uitate fecit ſuperioribus diebus quidā iudex beſtialis, quod
ſi comediſſet fœnum fuiſſet vna beſtia & vnus aſinus,voluit
oſtendere ſe eſſe doctum & fecit ſuſpendere quendam mi-
norem quia pro nihilo,& toleratum fuit a ſuperiorib.quod
grauius eſt,ſed verè dignior fuiſſet ipſe laqueo cum ſine ali-
qua doctrina auderet ſimilia facere,ſed talia eueniunt quan
do iudices non ſtant ad ſyndicatum vt ipſe non ſtabat, quia
tunc quod placet licet,& cæça eorum voluntas ſubrogatur
loco legis,ſed iſta tranſeant cum alijs enormitatibus hodier-
nis. Teneas menti prædicta, nam pauci ſunt dies quibus illa
vidi in facto &c.

379 Clericorum priuilegia in iure ſparſa ſunt plura & plura
quæ enumerare & inſimul adducere laborioſum eſſet.vnū
poſui ego ſ.in ſingu.29.incip.ſtatuta laicorum.aliud poſui in
ſingu.55.quod incipit, Aduertas ad vnum &c. aliud in ſing.
107 incip priuilegium.aliud in ſingu. 294. incip. percutiens
clericū. & plura & plura alia poſui in repet.mea rub.ff. de fi-
deiuſſo. ſed vltra omnia alia quæ dixi, accipe nouiter vnum
aliud non minus dignum,videlicet quod mutilati membris
vel corpore vitiati non poſſunt teſtificari contra clericos in
cauſa criminali. ita nota. dixit Abb. antiquus in c.1.de exce-
ptio quem refert & ſequitur Bal.in Margarita ſua. in verbo,
mutilati.& idem etiam dixit gloſ.in c.1.4.q.3.in fi. vltimæ gl.
quæ dicit idem eſſe in bigamo.quod eſt no.& perpetuo mē
ti tenendum,ad quæ etiam vide gl.in c. ipſi apoſtoli. 2. quæ-
ſtione 7.Tene menti, quia in contingentia facti faceret tibi
magnum honorem & vtilitatem.

380 Furioſus non poteſt facere actum validum, nec ſimiliter
contra eum poteſt fieri actus validus, ideo non poteſt con-
demnari per ſententiam,ſecundum Spec.in tit.de ſen.in §.iu
ſta.in verſ.Item ex nulla ratione litigatoris &c. & voluit Bal.
in auth & omnino.in 5.colum.C.ne vxor pro marito. Item
ſi committit homicidium non punitur, vt dixi ſatis latè in l.
3.in princi.in 7.colum ff.de ſicarijs.Item non valet eius con-
feſſio,ſecundum Spec.in tit.de confeſ.§.ſequitur. verſicu.13.
Item non poteſt intrare religionem,vt habetur in c. ſicut.de
regu.& eſt glo in c.ex eo. de electio. in 6. Item furioſus non
obligatur iuramento,ſecundum Bar.in l.qui habet.in §.ſi pu
pillus.ff.de tutel.& Bal.in l.2.in 10.q.C.de reſcin.vend.Item æ-
quiparatur prodigo.l.1.& ibi Nico.de Neapoli.ff.de cura.fu
rio.Bar.in l.is cui.ff.de teſta.Item æquiparatur ignoranti. l.fi
liusfa.la 1.& Bart.in l. fi.ff.de teſtamen.Item æquiparatur ab-
ſenti.l.ſed ſi vnius.§.filiusfami.ff.de iureiur.l.2.§.fi.ff.ſolu.ma-
trimo.l.2.§.furioſus.& ibi Bar.ff.de iure codici. Item æquipa-
ratur mortuo, ſecundum Bal. in l. humanitatis.in 4.colum.
C.de impub.& alijs ſubſtitu.de quibus omnibus dixi in dicta
l.1.in prin.in 7.colum. ff. de ſicarijs.quibus nunc addo quod
furioſus non habet teſtamenti factionem actiuam, vt in l.is
cui & in l.qui teſtamento.in §.nec furioſus. ff. de teſta.& ha-
betur per ſcribentes in l. furioſum. C. qui teſtamen. facere
poſſunt.imo nec ad pias cauſas poteſt teſtari,ſecundum Bar.
in l.1.in repetitio in 1.quæſtio.C.de ſacroſan.eccle. quem re
fert & ſequitur Domi.Philippus Decius in l.in negotijs. ff.de
reg.iur.Teneas tamen menti ꝙ licet ipſe furioſus non poſſit
teſtari,attamen ſi ritè & rectè teſtetur prout faceret quilibet
prudens & diligens paterfamilias,valet & tenet eius teſtamē
tum.Ita multum not.dixit Ioan. And. in c. cum dilectus.ex-
tra de ſucceſſ.ab inteſta.vbi refert ꝙ alias per ſenatores Ro-
manos fuit approbatum teſtamentum cuiuſdam furioſi,
quia bene diſpoſuerat,& refert Valerium hoc recitare,quod
dictum refert & ſequitur Bal in c.1.in 2.colu.in tit.per quos
fiat inueſtitu.in vſi.feu. & Alex. in conſi. 141. incip. maturè
&c.in 2.colum.in 1.volum.& in conſi.ſuo 85.incip.viſo the-
mate &c.in 2.colum.in 2.volu.& Socy.in conſi. ſuo 98. inci-
pien.alias conſului.in 5.colum.in 3.volu.& Barba.in rubri.ex
tra de accuſa in 2.colum.& in conſi ſuo 43.incipien. illud.in
16.colum.in 3.vol.& in c.ex literis.in penult.char.de conſue-
tu.& in c.ſciſcitatus.in 5.char.extra de reſcrip.in quibus locis
refert & approbat illud dictum, licet ipſe Barb. ex verbis ſuis
videatur in contrarium in c.ſuper quæſtionum.in §.intentio
nis.in 4.colum.de officio delega. & contrarium ipſe expreſ
ſe tenet in c.2.in 9.colum.de teſta.& in l.1.in princip.in 7.co
lum. ff. de verbo. obliga. vbi ſe remittit ad ea quæ dixi in di-
cto.c.2.ſed Bar.videtur tenere cum dicto Io. And. in tracta.
ſuo de teſte.in c.incipien.oppoſita prudentiæ &c. & Iaſ.in l.
furioſum.in 2.colum.C.qui teſtamen.facere poſſunt.& Do-
mi.Ioan.Neuizanus in ſua ſylua nuptiali,in 14.char. in 4.col.
de quo etiam per Do.Philipp.Decium in dicta. l.in negotijs.
quæ opi.tanquam communior & rationabilior mihi magis
placet,& iſta ſuperioribus diebus adduxi contra aliquos vo-
lentes annullare quoddam teſtamentum,probando ꝙ teſta
tor non erat in recto nec in ſano intellectu dum illud fecit,
nam ego dixi ꝙ etiam ſi non fuiſſet tunc ſanæ mentis,tamē
valebat cum ipſe teſtator teſtatus fuerit ritè & rectè prout
feciſſet quilibet prudentiſſimus & diligentiſſimus homo,
& adduxi doctrinas ſuperius adductas. Ideo teneas menti
prædicta.

381 Licet reus criminis vbi tractatur de pœna corporali de-
beat ſtare detentus nec ſit relaxandus fideiuſſoribus,vt habe
tur in l.fi C.de accuſatio.& in l.2.C.de exhiben. & in l.ſi quis
alicui.C.ad leg.Iul.maieſta.& in c.quiſquis.2 q.8.attamen po
teſt relaxari ante ſententiam quando apparet ipſum reum
fore abſoluendum.quod apparet publicato proceſſu. Ita di-
xit Bal.in l.ſed ſi is.ff.de in ius vocan. & ibi dicit ꝙ de hoc eſt
tex.expreſſius melior de iure in l.nullus.C.de exhiben. reis.in
ver.donec repererit &c.Idem etiam dixit ipſe Bal.in l.ſi quis
poſt accuſationem.ff.de teſtamen.& idem voluit Alexan.in
conſi.179.incipien.in cauſa Angelorum,in penul. colum.in
prin.& Iaſ.in l.ſi pecuniam.in §.ſed ſi accepit.ff. de cōdictio.
cau.da.cau. non ſecu. & Ludouic. Roma.in ſingula. 498. in-
cipien.accuſatus.pro quo eſt tex.in l.qui pœnæ. §.1.ff.de ma-
numiſſio. & faciunt dicta per Ioan. de Platea in l.mouente
ante fin.C.de delatorib. lib.10. Tene menti prædicta quo-
niam illa pluries practicaui & obtinui,licet iudices ſe redde-
rent difficiles ad excarcerandum reum ante ſententiam, ta-
men finaliter viſis ſupradictis doctrinis annuerunt petitis
per me,de quo etiam dixi in repe.mea rub.ff.de fideiuſſo.in
31.q.& faciunt dicta per Bal.in l.ſi pro ea. in 6. q. C.mandati.
quem vide.

382 Aliqui ſunt caſus in quibus reus poteſt interrogari de con
ſocijs,& tunc dictum ſocij criminis facit indicium ad tortu
ram contra ſocium,vt dixi latè in l.1. §. diuus Antoninus. ff.
de quæſtio. & ſupra in ſingu. 209. incip. ſocius criminis &c.
Sed q̄ro, ſocius criminis in iudicio corā iudice ſolēniter ſpō
te vel de tortura ſeruatis ſeruandis, dixit ꝙ Titius fuit eius ſo
cius ad cōmittēdū tale delictū.ex quo dicto pōt torqueri ip-
ſe Titius,qñ ſumus in caſu in quo ſocius criminis pōt inter
rogari de ſocijs, vt dixi in dictis locis ſuperius allegatis, hoc
ſtante condemnatus eſt reus ad mortem, & dum eſt ſuper
furca antequam miniſter iuſtitiæ eum proijciat & occi-
dat illo inſtanti dicit coram populo,rogo vos omnes vt ro-
getis Deum pro me, & dicatis Pater noſter, & Aue Maria,
pro anima mea,poſtea dicit,ego in proceſſu meo huius de-
licti pro quo morior,inculpaui indebite & iniuſtè Titium,
& dixi,ꝙ ipſe fuit ſocius meus ad committendum hoc deli-
ctum, ſcitote omnes ꝙ ego falſum dixi & mentitus ſum,
quia dictus Titius nihil vnquam ſciuit de tali delicto quod
feci,& ideo dictum Titium exculpo, & ab eo peto veniam
de mendacio quod dixi contra eum,hoc dicto ſtatim mini-
ſter iuſtitiæ eum proijcit de furca & occidit,an per iſtam ex-
culpationem ſit ſublatum indicium exiſtens contra ipſum
Titium propter primum dictum illius rei factum in iudi-
cio ſolemniter coram iudice?in quo Bal.in conſi.ſuo 79.in-
cip.

cip.regula iuris eſt &c.in fi.in 3.vol. videtur tenere ꝙ non ſit ſublatum dictum indicium proueniens ex prima confeſſione rei,& allegat rationem dicens quod reuocatio confeſſionis factæ in iudicio ſi fiat in carcere nihil operatur,quia talis reuocatio fit extra iudicium,non autem in iudicio,& ſic pariter videtur dicendum in reuocatione & confeſſione facta ſuper furca. ego autem hoc dictum Bal. hic non approbo nec improbo ſed me remitto ad ea quæ circa hanc quæſtionem & circa hoc dictum Bal. dixi latiſſimè vltra omnes in practica mea cauſarum criminalium. in 69. charta. cum ſex chartis ibi ſequen,vbi omnino videas, quia hanc quæſtionē a nemine tactam nec diſcuſſam plenè examinaui.

383 Clericus incedens ſine habitu & tonſura an & quando perdat priuilegium ſuum,habetur latè per ſcribentes in c.perpēdimus.& in c.in audientia.& in c.cum non ab homine,& in c.contingit.el 2.extra de ſenten.excommuni. & ſatis latè per Ioan.And.in conſi.ſuo incipien. Quia ſæpiſſimè &c. inſertū inter conſilia Do.Alex.nume.406.ſecundum ordinem meū, & per Raph.Fulg.in conſi. ſuo 124. incipien. Præſuppoſitis &c.in 1.colum.& per Do.Alex.in conſi.8.incipien.videretur circa primum.in 1 volum.& habetur etiam per Do.Lauren. Calca.in conſi.ſuo 70.incipien. Pro dicto Nicolao &c. Scias tamen quod licet clericus incedat ſine habitu & tonſura, & immiſceat ſe enormitatibus,non tamen per iſta perdit priuilegium fori,licet perdat priuilegium c. ſi quis ſuadente diabolo. 17.q.4.ita dixit Ioan.Anto.in d. c.perpendimus. quem refert & ſequitur Socy.in conſi ſuo 12.inci.quoniam in præſentiarum.in 7.colum.& idem dixit Card. in d. c. perpendimus.quem refert & ſequitur Alex in d.conſi. ſuo 8. in 4.col. in ver.fortificantur &c.pro quibus faciunt dicta per Spec. in titu.de ſent.excommuni.in § 1.in verbo,ſed quæritur vtrum &c.quem videas.

384 Dixi tibi ſupra in ſingu. 77. incipi.malitijs &c.quod malitijs hominum eſt obuiandum nedum recta, ſed etiam indirecta via, nunc autem dico tibi circa eandem materiam aliud nota.verbum,videlicet,pone ſtatuto cauetur ꝙ omnes cauſæ intra tres menſes decidantur ſub pœna. Aduerſarius cauſa teſtium producendorum quos dicit habere in longinquis partibus petit dilationem quæ vltra tres menſes extenditur hoc caſu non obſtante dicto ſtatuto debet audiri, & ſic poſt tres menſes de cauſa cognoſcetur.Ita dixit Dy.& Cy. quos ibi refert Bal.in l.ſi cum ipſe ff.de excuſa.tuto.quod dicit Bal.eſſe no. dignum.& idem dixit Pau.de Caſt. in l. interdum.in prin.ff.de interdi.per illum tex. de quo etiam per D. Catal.in tracta.ſuo ſyndicatus.in verſi.66.incip. adde quod ſi ſtatutum &c.& per Iaſ.in l.properandum. in 1. colum. C. de iudi.tamen nota verbum Alex.in l.1.in princi.in vlti. colum. verſi.Item inquantum.ff.ſi quis ius dicenti non obtempera. vbi dixit ꝙ ſi iudex ſuſpicatur ꝙ pars petat talem dilationem ad probandum per calumniam poteſt ei dare talem dilationem cum comminatione, quod ſi non probabit mulctabit eum,& ipſo poſtea non probante poterit eum mulctare.allegat hoc voluiſſe Pet.de Anch.in c.conſtitutus. de fideiuſſo.per l.ſi quis dicat.ff.de manumiſſ.& per l. ius alimentorum.§.penul.& ibi Bar. ff. de alimen. pupil. præſtan. quod in practica dicit eſſe not.dignum ſecundum Imo.in d.c.conſtitutus.de fideiuſ.pro quo faciunt dicta per eundem Alex. in d.l.1.in §.fi.in vlti.colum.verſi.ex hoc nota ꝙ iudex. ff.ſi quis ius dicen. non obtempera. Tene menti, quia iſtud dictum poteſt etiam inſeruire quando vnus compromittentium qui promiſit ſub pœna cum iuramento parere laudo, poſtea vult reclamare a laudo vt impediat ſeu differat executionem dicendo ſe enormiter læſum,nam poterit audiri etiam ſi hoc calumnioſè petat,ſed ſuperior debebit ſibi dare iudicem ſuper tali aſſerta enormi læſione cum dicta comminatione,ꝙ ſi non probabit dictam allegatam enormem læſionem ꝙ mulctabitur in tantum,& hoc modo multi litigantes calumnioſi abſtinebunt ſe ab eorum calumnijs.

385 Dicit quoddam vulgare prouerbium, ꝙ omne nimium vertitur in vitium.quod probatur in c.denique.4.diſt.& voluit gloſ.in c.ſerpens.de pœniten.diſtin.1.& tex. in c.niſi cum pridem.circa med.de renunciatio.& ideo teneas menti ꝙ ſi teſtis laborat aliquo defectu ex toto non repellitur,tamen ſi plura contra eum laborant,in totum repellitur.Ita not.dixit Socy.in conſi.ſuo 118.incip.viſa &c. in antepenul. colum. in ver.poſtremo &c.in 1.volu.& idem Barb. in conſi.ſuo 75.incip.ſapienter &c.in 4.colum.in 4.vol.pro quo facit regula illa vulgata,videlicet,quæ non proſunt ſingula multa iuuant. de qua habetur in l.cum ſcimus.C.de agricolis & cenſitis.lib. 11.& per glo.in l.2.in §.ætas.ff.de excuſa.tuto. & per Io. And. poſt Spec.in tit.de inſtrumen.edi. §. nunc dicendum.in pen. col.& per Bal.in addi.Spe.in ti.de appel.in pe.char.in 2.col.in ver.inci.no.quod diuerſe &c.

386 Inualida licet regulariter non ſint in conſideratione,vt dixi ſupra in ſingu.274. incip. licet.attamen hoc fallit in tribus caſibus.Primo enim fallit quando de iure aliquid non valet,tamen princeps ſiue ſuperior facit illud de facto ſeruari, tunc perinde eſt quo ad ſubditos ac ſi de iure valeret. Ita dixit Alberi.de Roſa. in l. cunctos populos.in vlti.colum.C.de ſum.trinita.vbi hoc tradit pro regula,& ibi per hoc determinat,not.q.quod dictum pro notabili refert & ſequitur Alc. in conſi.ſuo 107.inci.pro inueſtigatione,&c. in 7.col.2.vol. & eos refert & ſequitur Iaſ.in l.vbi pactum, in vlti. col. C.de tranſactio. vbi poſt D. Alex. in dicto conſil. dicit ꝙ idem tenet Cardi.& Io.de Imo.in c.peruenit.de fideiuſſo.& ſubdit etiam Iaſ.quod ad idem eſt gloſ.in l.qui habebat.§.1.ff.de manumiſ.teſta.quæ colligit vnum quod eſt mirabile ſecundum eum,videlicet ꝙ quando aliquid non tenet de iure,& tamē non poteſt hoc opponi,eſt perinde ac ſi valeret, quod dicit Iaſ. vbi ſupra eſſe ſignandum, quia hoc ſeruit ad multa, de quo latius ibi per eum. Fallit etiam dicta regula in alio caſu poſito per Io.And.in c.Ioannes.de cleri.coniugatis.vbi dicit ꝙ ſi clericus in minoribus contrahit matrimonium nulliter, puta,quia contraxit cum conſanguinea, priuatur tamen beneficijs,perinde ac ſi legitimè contraxiſſet, ea ratione, quia ſaltem contraxit quantum in eo fuit. quod dictum refert & ſequitur Ludo.Roma.in conſi.ſuo 483.incip. ſaluatoris ſuffragio poſtulato &c. alias incipit, Dubitatur primo vtrum &c.in 2. colum. verſ. tertio quia videmus &c. vbi dixit ꝙ lex etiam pœnalis diſponens in pœnam eius, quod eſt legitimè actum diſponere, etiam cenſetur in pœnam eius quod eſt nulliter actum, dum tamen concurrat ratione indemnitatis.ad quod etiam allegat Io.And.in c.1.eodem. titu.de cleri. coniugatis.& glo.ibidem dicentes,conſtitutum in ſacris matrimonium contrahentem, & ſic nulliter beneficijs priuari ſicut legitimè contrahentem, ea ratione.l.ne melioris conditionis ſit qui contraxit illicitè quam qui contraxit licitè. allegat in argu. c. nuper. extra de biga. vbi apertum eſt bigamiam induci per matrimonium contractum licet nulliter omni eo caſu quo induceretur per matrimonium legitimè contractum.Ita ad literam dicit Ludoui.Roma.in dicto ſuo conſi. Fallit etiam tertio dicta regula in caſu quem poſui in d.ſing.274.inci licet.vbi videas.

387 Taciti & expreſſi idem eſt iudicium.l. cum quid. & ibi gl. & Doct.ff ſi cer.peta.l.quanquam.ff.de ritu nup. l.ſi cui.ff.de ſeruitu.Inſtit.quib.modis re contrahi.obliga.in prin.& habetur in l.quicquid aſtringendæ.ff.de verbo.obliga. & ideo tene perpetuo menti ſingulare verbum,videlicet ꝙ ſicut confeſſio expreſſa facta per partem validat proceſſum nullum, vt dixi latè in l.1.in §.diuus Antoninus.in 3. & 4. colum.ff.de quæſtionib.quia confeſſio non requirit telam ſeu ordinem iudicij,& ibi dixi & ſupra in ſingulari.201.inci.in confeſſum &c.& in ſingula.374.inci.bene & diligenter &c. & in practica mea cauſarum criminalium.in 23.char.poſt medium. Ita etiam confeſſio tacita inducta per contumaciam a ſtatuto volente ꝙ contumax habeatur pro confeſſo, nam talis confeſſio etiam validat proceſſum nullum,Ita ſingulariter dixit Bar in conſi.ſuo 100.inci. a Domi. Cy. de Bononia &c. quē refert Domi. Nellus in tractatu ſuo bannitorum. in prima parte ſecundi temporis.in q.49.incip.quæritur an talis &c.in fi.quod eſt no.

388 Defenſio non poteſt tolli alicui maximè in cauſis criminalibus,vt latiſſimè dixi in l.vnius facinoris. in §. cogniturū. in 9.& in 10.colum.ff.de quæſtio. & vt ibi dixi terminus defenſionis debet per iudicem dari reo etiam ipſo reo non petente,ſecundum Bartol.in conſi.ſuo 100.incip. a Domi.Cy. de Bononia.in vlti.colum.vbi ad hoc allegat tex.in l.1. § fina. ff.de quæſtioni.& tex. in l.ſi non defendantur.ff.de pe.& idē tenet Barto.in l.4.in §.hoc autem iudicium.ff. de dam. infec. & Pau.de Caſt. in conſi.ſuo 33 incip. Super primo. in 2.col. & in conſi.107.inci. Super dubio &c.in 3.colum.& Cæpo.in conſi.ſuo 41.incip.Licet inuitus &c.in 4.colum.circa prin.& in conſi.ſuo 46.incip. Titulus.in vlti.colum.quinimo ipſa defenſio ſeu terminus ipſius non poteſt per aliquod ſtatutum nec per aliquam conſtitutionem tolli,nec per aliquam conceſſionem arbitrij ſublata eſſe videtur,ſecundum Ang.in cōſi.ſuo 177.inci.In facto proponitur &c. vbi ad hoc alleg.l. 3. & ibi Bar.ff.de teſta.milita.de quo dixi in d.§.cogniturum.in 10.colum.& teneas menti quod lex & iura adeo fauent defenſioni reorum ꝙ licet princeps de plenitudine poteſtatis poſſit tollere defenſionem in cauſa ciuili & pecuniaria, tamen hoc non poteſt facere in cauſa criminali. Ita ſing.dixit Bal.in l.3.in §.ſi is pro quo,ff.quod quiſque iuris.quod dictū refert & approbat Domi.Fely.in c.d.lecti.in 6.colum.de ex-

cap.&

cep. & in c. cum olim. in vlti.colum. de re iudic. & Socy.in conſi.ſuo 120. incipien. Memini me alias conſuluiſſe &c.in 9.colum.in verſic.tertius caſus &c.& idem voluit Do. Fran. de Are.in conſi.ſuo 65.incip.Sicut Ioannes. in 13. colum.in ver.ad obiecta &c.& Socy.in conſi.164.incip.Viſa bulla.in 7. colum.in verſicu.tertius caſus quando princeps.& in conſi. 166.incip.In cauſa quæ vertitur. iu 20. colum. in ver.tertius caſus &c.vbi dicit ꝙ omnes Doct. tenent hanc doctrinam Bal.& idem etiam videtur dicere Bar. in l. filiusfamilias.in 2. colum. in verſi. ſed an tunc.ff.de dona. & D. Paris de Puteo in tracta.ſyndicatus.in 30.char.in 3.volum.in c.incipiē.an poteſtas qui miſit &c.De quo etiam dixi in d.§.cogniturum.in 11.colum.& in practica mea cauſarum criminalium . in 55. & in 140.char.vbi videas.& in repe.mea l.1.C.de raptu virgi. in 43.char.Tene menti prædicta propter aliquos iniquos aſſeſſores qui ſitibundi ſanguine humano,pendente termino defenſionis faciunt ſibi fieri mandatum a ſuperiore ꝙ aliqbus non obſtantibus procedāt ad cōdemnationem & executionem contra talem reum,quoniam non poſſunt etiam tunc procedere contra ipſum reum durante termino defenſionis,alias ipſi aſſeſſores acriter ſunt puniendi pro tali ſententia & executione irreparabili,quod eſt ſingulariter notādum per prædicta.

389 Tu ſcis quod natura correlatiuorum eſt vt diſpoſitum in vno ex ipſis correlatiuis cenſeatur diſpoſitum in alio,vt ego latiſſimè dixi in l.ſi quis viduam. in 5. columna ff.de quæſtio.& in l.circuncidere.in §.ſeruo.in 2.colum.ff.de ſicar.& vltra ea quæ dixi in dictis locis ſcias ꝙ ſi ſtatutū diſponit quod a ſententia lata ſuper executione inſtrumenti guarentigiati contra debitorem non poſſit appellari,tale ſtatutum extenditur vt verſa vice,ſi pronuncietur contra actorem petētem executionem inſtrumenti prædicti,& ſic in fauorem rei,puta inſtrumentum non eſſe exequendum,non poterit ſimiliter ipſe actor appellare a tali ſententia , vt ſeruetur æqualitas inter litigantes ita no.dixit Ant.de But.in quodam conſ.ſuo quod contrarium refert & ſequitur Do.Bal. Nouellus in tracta.ſuo de dotibus.in 10.char.in 3.colum.verſi. ſed vidi dubitatum de facto &c.vbi latius loquitur.ad quod faciunt optimè quæ ego dixi.s.in ſing.168.incip. Aequalitas &c.Pro quibus faciunt optimè dicta per Iaſ.in l.ſciendum. in §. ſi fundū. circa fi.verſi.vlti nota.&c.ff.qui ſatiſd. cog. & per Domi. Philip.Dec.in l. non debet actori.ff.de reg.iur. vbi omnino vide. & ex iſtis vna cum materia correlatiuorum limitatur regula illa quæ dicit quod illud quod non dixit lex, nec nos dicamus,de qua habetur in l. ſi ſeruum quis.in verſicu. non dixit prætor.ff.de acquir.hæredi.& in c.inter corporalia.in verſic. vnde ſi circa &c.de tranſla.præla.& in l.liberto.in §.largius.in verſi.quæſitum eſt.ff de annuis lega.& in §. optimum. in authen.de non eligen.ſecundo nuben.quia illa regula nō procedit in correlatiuis in quibus lex non dicit nec mentionē facit de vno correlatiuo , tamen idem dicitur eſſe ſtatutum in alio.ad quæ vide etiam Barb.in conſi.ſuo incip.Circa hāc &c. in 5. & 6. colum. quod contrarium eſt inſertum inter conſilia Alexan. & in nume. 396. & Bal. in authen. ex teſtamento.in vlti.colum.C. de ſecun. nup. & vide etiam tex.in l. vnica.in §.ſin autem ad deficientis.C.de cadu.tollen.quæ omnia tene menti.

390 Tu ſcis ꝙ excuſſo debitore , & eo reperto non ſoluendo excutiuntur poſſeſſores bonorum ſuorum pro rata.l.2.C. de debit.ciuitatum.lib.11.l.1.§.ſi pluribus.ff.ſi quid in frau.patro. l.ſi libertus.la 4.ff.de bo.lib.l.cum poſſeſſor.ff.de cenſi.cum ſimi.ſcias tamen ꝙ ſi ſunt plures tertij bonorum poſſeſſores in quos ſit facta alienatio a debitore in fraudem creditorū quod hoc caſu creditor poteſt eligere vnum ex his poſſeſſoribus quem velit,& eum inſolidum conuenire quatenus ad eum peruenit nec tenetur omnes poſſeſſores pro rata ſimul conuenire.ita not.determinat Bar.in l.Moſchis.in princ.ff.de iure fiſci.per illum tex. iuncta gloſ. in verbo , omnem.& per tex.vbi dicit hoc eſſe expreſſum in l.creditores. ff. de diſtract. pig.vbi idem firmat ipſemet Bart.quod dictum refert Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem.in vlti.colum.Inſti.de actio.& vltra eum hanc partem affirmat Spec. in tit.de obliga. & ſolutioni.in §.1.in 22.colum.in verſi. Item debitor meus &c. qnod eſt ſingulariter notandum in contingentia facti,quia prima fronte videretur dicendum contrarium per iura hic in prin. allegata,& vide Pau.de Caſt.in l.eandem.in prin.in vlt. col.ff. de duobus reis.

391 Pœna debet tenere ſuos authores & non alios , vt habemus regulam tritam & vulgatam in l.ſancimus. C. de pœ. & in l.ſi hæredis ſeruus.§.fi.ff de leg.1.& habetur etiam in l.3.in §.ſi emancipatus ff. de bo. poſ. contratab. & in l.ſi quis præſens.& ibi dixi. ff. de fal. & ideo teneas menti ꝙ ſi ex forma ſtatuti miniſtrales capellarum debeat denunciare maleficia,& ſi aliquis miniſtralis idiota qui neſcit ſcribere vadit ad notarium & facit quod ipſe notarius ſcribit denunciam, & ille notarius ſcribens errat in nomine delinquentis vel in alio ꝙ hoc caſu iudex coram quo fuerit producta talis denunciatio non poterit punire talem miniſtralem cum ipſe non deliquerit in aliquo,ita not.dixit Bal.in l.2. C. de errore aduoca.quod dictum ego retuli in l.qui falſam. in 11. colum. poſt med.ff.de fal.in materia ignorantiæ.tene menti, qui alias vidi hoc in contingentia facti in hac ciuitate Bononiæ, & niſi oſtēdiſſem dictum Bal. ille miniſtralis fuiſſet condemnatus,licet eſſet innocens.

392 Aduertas ad vnum quod alias fecit mihi honorem & vtilitatem non modicam,nam tu ſcis ꝙ quando res furata reperitur penes vnum,talis inuentio facit contra eum indiciū ad torturam,quod ipſe eam furatus fuerit niſi oſtendat eam a quo habuit,ſecundum Bar.in l.fi.in pe.colum.ff.de quęſtio. & in l 2.& in l.milites.C.eod.titu.de quæſtio. & voluit Ang. in l.ancillæ.C.de fur.& Ang.de Are.in tracta.malefi.in verbo, fama publica.in 2.char.in ver.quæro an vnum indicium &c. & per Domi. Paridem de Puteo in tracta. ſyndicatus. in 96. char.in 2.colum.verſi.ſi quis eſt inuentus. circa fi. & Alexan. in conſi. 205. incip. Ponderatis.in 2.colum. in 6. volum.De quo latius dixi adducendo plura ſimilia in l.qui falſam.in 14. & 15.colum.ff. de fal. & in practica mea cauſarum criminalium.in 49.char.Teneas tamen menti perpetuo quod prædicta non habent locum in homine bonæ conditionis, vitæ & famæ , quia ſi res furatæ reperiantur penes eum per hoc non poterit torqueri.Ita no.dixit Bal.& Ioan. de Imo. in l fi. ff.de hæred.inſtit.& voluit Sal.in l.fi.in vlti.colum.C.de quæſtio.vbi dat exemplum in Strazarolis Bononienſibus . & eū refert & ſequitur Domi.Aug.de Ari.in ſuis additio.ad Ang. de Are.in tracta.de malefi.in verbo , fama publica. in 3. char. in addi. magna inci. Tu autem in hac materia adde ꝙ miror &c.in 2.colum.& in eodem tracta.in ver. & veſtem cæleſtē. in 5. char. in addi. incipien. Tu autem inquantum tangitur hic &c.de quo latius valde locutus ſum in d.l.qui falſam. vbi ſupra.& ideo ſis cautus quando tu eſſes aduocatus alicuius rei penes quem reperiuntur res furatæ vel aliæ res ſuſpectæ alicuius delicti ꝙ ſtatim probes de bona voce & fama ipſius rei,nam facta tali probatione eſt ſublatum indicium ortum contra eum propter inuentionem aliquarum rerum penes eum exiſtentium per dictas doctrinas , & ego ſuperioribus annis cum hac cautela & modo defenſaui & liberaui a pęna mortis quendam magiſtrum Lazarum armarolum penes quem fuerant repertæ monetæ falſæ & ſtampę earum quas depoſuerat penes eum quidam amicus ſuus in quadam capſa, vt etiam retuli in d. l. qui falſam. Tene menti quia non fallor eſt ſingulariſſimum verbum honoris & vtilitatis plenum.

393 Regula ſemel malus ſemper præſumitur malus &c.eſt magnæ importantiæ & plura operatur vt dicunt Doct.in pluribus locis.& dixi ego aliquid in l.1.in prin.in vlti.colum. ff.de quæſt.& in l.maritus.in 6. colum. verſic. modo quæri poteſt &c.eod.titu. cum pluribus ver. ibi ſequentibus . & in ſingu. meo.217.incipien.Ter vel quater.& in ſing.124.incip. Tu habes &c.& in l.1.in prin.in 11.colum.verſi. 6.limita.ff.de ſica. & in d.l.1.§.diuus Hadrianus.in vlti.colum. eod. titu. & in repet.mea.l. fi. C.de proba. in 83. char. in verſi. quæro vlterius &c.vbi omnino videas . Scias tamen ꝙ dicta regula habet ēt locum econuerſo , videlicet vt ſemel bonus ſemper præſumatur bonus,& ideo dixit Bal. multum ſingu. in conſi. ſuo 111.inci.Quidam nomine Reſtorus &c.in 5.vol.ꝙ licet alias incendium præſumatur ortum culpa & defectu inhabitantium,tamen vbi inhabitantes in domo erant conſueti eſſe vigiles & prudentes,tunc ſi alia inducta contra eos non apparent non tenentur de incendio , licet vt dixi incendium præſumatur ortum culpa inhabitantium . quod dictum refert & ſequitur Alex.in l.ſi quis ex argentarijs.in §.prętor ait. in vlti.colum.ff.de eden.& idem dixit glo.in d.regu. iur. in 6. quæ dixit quod ſemel bonus ſemper præſumitur bonus , & illud conſilium Bal.etiam refert & ſequitur Alex. in conſil. 50.incip.Viſis &c.in vltimis verbis. in 1. volu. Pro quibus facit optimè not.verbum Arch. in c. hoc ius porrectum. q. 2. vbi dicit quod prælatus qui conſueuit bene adminiſtrare præſumitur in vtilitatem ecçleſię conuertiſſe precium rei eccleſiæ.quod dictum refert & ſequitur Bal.in c.cum cauſa.ante fi.extra de iud.quod dicit eſſe no.dignum. Tene mēti prædicta quia ſeruient tibi ad multa.

394 Calor iudicij eſt magni effectus & importantiæ,vt latè oſtendi plura adducendo,in repe. mea rub. C. de probatio.in 19.& 20.colum.vbi videas.ſed vltra ea quæ ibi dixi teneas per-

petuo

petuo menti ſingulare verbum, videlicet ꝙ promiſſio facta in iudicio habet executionem paratam ſicut inſtrumentum guarentigiatum, ita no. dixit Bal. in l. eum pro quo. ff. de in ius voc. de quo etiam ibi per Doc. & per Alex. in l. tale pactum. in §. prouocauit. ff. de pact. & addere potes etiam Bal. in l. fin. C. arbi. tute. vbi dicit ꝙ idem operatur verbum credo, in iudicio ꝙ operatur verbum præciſum, ſcilicet affirmatiuum. pro quibus etiam facit gl. & ibi Pau. de Caſt. in auth generaliter. C. de epiſ. & cleri. quæ omnia addere poteris dictis per me in dicta repe. mea. in 19. & 20. col.

395 Dubitarunt Doc. in pleriſque locis ſi ſtatutum punit portãtem rem prohibitam, an requirat appræhenſionem perſonæ ad hoc vt talis portans poſſit puniri. de quo habetur per Bal. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugi. & per Bar. in l. qui fiſcales. C. de nauicu. lib. 10. & per Bal. in l. omnes populi. in pe. col. de iuſti. & iu. & in l. ſi quis non dicam rapere. in 2. col. C. de epiſco. & cleri. & in l. cum inter. C. de dona. ante nup. & in l. cum proponas. in prin. C. de nauti. fęno. & per Bal. & Ang. in l arboribus. §. Iulianus. ff. de vſufruc. & per Bal. in c. nam concupiſcentia. extra de conſti. Teneas tamen perpetuo menti, quod ſi officialis inuenit aliquem cum armis, & eum non appræhenderit, ſi tamen fecit eum ſcribi in actis, ſcilicet qualiter eum inuenit cum armis tali die & loco, talis ſcriptura ſine captura operabitur, vt talis inuentus cum armis & non captus poterit puniri. Ita not. dixit Bal. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui notan. infa. Pro quo dicto eſt gl. in l. 1. in verbo, deprærhenſus. C. vbi ſena. vel clariſ. De quo dicto feci mentionem in practica mea cauſa. crimina. in §. pro complemento. nu. 27. Quod dictum nefandiſſimum eſſet docere iſtos modernos bariſellos ribaldos & ſceleratiſſimos &c.

396 Veriſimilitudo eſt magnæ importantiæ & effectus, vt dixi ibi ſatis amplè in l. 1. in prin. in antepe. col. verſi. quo autem ad tertiam ſpeciem &c. ff. de quæſtio. & in ſingu. meo. 298. incip. Remotum &c. Et in ſing. 343. incip. Veriſimilitudo &c. in repe. mea rub. C. de probatio. in 24. & 25. col. ſed vltra omnia quæ dixi in dictis locis teneas menti etiam in materia illa nota. verbum quod non ſum memor alibi vidiſſe, videlicet Bal. in l. ſi creditoris. in lectu. antiqua. C. de fideicommiſ. quẽ refert & ſequitur Socy. in conſi. ſuo 149. incip. In cauſa Ambroſij. in vlti. colum. vbi dixerunt ꝙ vnum veriſimile additũ pluribus veriſimilibus facit plenam probationem, quod eſt multum not. in dicta materia veriſimilitudinis, circa quam materiam vide etiam ſingulare verbum ſucci plenum Dom. Franciſ. de Are. in c. cum P. Manconella in 7. colum. extra de accu. vbi dixit ꝙ ad hoc vt credatur ſocio criminis etiam in criminibus exceptis vltra alia adminicula & coniecturas requiritur quòd vel ex numero teſtium, vel ex qualitate deponentium, vel ex perſona eorum contra quos deponitur veriſimile ſit eos non mentiri. ad quod dicit eſſe caſum in capit. in fidei. §. finali. de hære. in 6. quod eſt ſingulariter notandum in practica.

497 Arbitrium ſi ſit datum iudici in criminalibus tunc ſolum videtur ſibi datum tantum in illis in quibus pœna non eſt expreſſa, ſecus autem in illis quibus pœna eſt expreſſa per ſtatutum principis, ita dixit Domi. Floria. & Pau. de Caſt. in l. certo generi. §. fi. ff. de ſerui. ruſti. prædio. de quo ego feci mentionem in l. 1. §. ſed & ſi quis. in 2. colum. ff. de fal. & de iſto arbitrio dato iudici aliqua dixi in l. quæſtionis modum. quaſi per totum, maximè in 4. & 5. colum. ff. de quæſtio. & plura dixit * Catal. in ſuo tracta. ſyndicatus. in ver. * & in pluribus alijs verſicu. & ſcias tu etiam circa hanc materiam arbitrij ꝙ in his quæ ſunt commiſſa arbitrio iudicis debet ipſe iudex ſeruare æquitatem, ſecundum Ioan. And. in c. 1. de conſtitu. quem refert & ſequitur Domi. Fel. in c. quoniam frequenter. in §. porro. in 2. colum. extra vt lite non conteſt. & perpetuo teneas menti circa hanc materiam arbitrij dati alicui iudici, videlicet, ꝙ qualitas iudicis vel officialis cui conceditur arbitrium eſt conſideranda. Nam ſi eſt poteſtas qui eſt magnus magiſtratus cui conceditur arbitrium poterit bona confiſcare, & pœnam corporalem imponere, ſed ſecus ſi ſit minor magiſtratus cui ſit conceſſum tale arbitrium, quia tali vigore talis arbitrij non poterit bona confiſcare nec pœnam corporalem imponere. Ita ſingulariter dixit Bal. in l. prima. C. ne ſine iuſſu princip. quem refert & ſequitur Ioan. de Ana. in dicto capitulo ſuper his, in 5. colum. in fi. in verſicu. Item adde. de accuſa. ex quo dicit Bal. & Ioan. de Ana. ꝙ ſi alicui minori iudici datur arbitrium contra ludentes ad taxillos non poterit tamen bona confiſcare, quia arbitrium intelligitur ſecundum dignitatem eius cui conceditur. argumen. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu. & habi. & ideo dicit Bal. vbi ſupra quòd præcepta & banna iudicum quæ dicunt in ære & in perſona, non tenent niſi tales ſint iudices qui hoc poſſunt, ſecundum amplitudinem ſuæ poteſtatis. quod eſt ſingulariter nota. & vide quæ dixi in ſing. 244. inci. Tu ſcis &c.

398 Dixi tibi alias in l. vnius facinoris. in §. cuſtodiæ. in pen. colum. ff de quæſtio. quòd ſi feci facere & carcerare debitorem meum, & poſtea petam me immitti in poſſeſſionem bonorum ſuorum, ꝙ debeo admitti, quia iſta duo remedia tendunt ad eundem effectum, & vnum non eſt contrarium alteri, ſecundum Barto. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. in vlti. colum. & Bal. in l. ignorare. C. de reſtit. milita. & Pet. de Ancha. in c. 1. de eo, qui mitti. in poſſeſ. rei ſeruan. cauſa. de quo latius valde dixi in d. §. cuſtodiæ in dicta penulti. colum. vbi omnino videas &c. Sed modo prædictis addo nota. verba Bal. in c. contingit. in 6. colum. de dolo & contu. vbi dicit ꝙ captura rei principalis non liberat fideiuſſorem. Sed dicit quod imo vterque poteſt capi. ad quod alleg. l hæres a debitore. §. ſi ſeruus. & ibi Bar. ff. de fideiuſ. & allegat rationem dicens ꝙ licet ſit deuentum ad capturam, non tamen eſt ſatisfactum. & idem dicit econtra, videlicet, ꝙ ſi primo eſt captus fideiuſſor quòd poteſt etiam capi reus principalis nec iuuatur reus ſi fideiuſſor appellat a captura, vt in l. creditor. ff. manda. in princip. vbi gloſ. ſingularis, de quo latius ibi per eum quem vide, & vide Pau. de Caſt. in l. inter eos. in §. creditor. ff de fideiuſ. de quo etiam latè dixi in practica mea cauſarum criminalium. in 209. char. poſt med. & in repe. mea rubri. ff. de fideiuſ. in 59. q.

399 Multi ſunt iudices qui, vt ita dixerim, velo leuato interponunt eorum authoritatem in contractibus minorum, vel mulierum, vel ſimilium perſonarum, quæ tamen interpoſitio authoritatis non valet & nihil operatur, & ideo ſcias & perpetuo menti teneas quòd ſi ſtatutum dicit quòd mulier vel minor non poſſit ſe obligare ſine authoritate iudicis, quod tunc non ſufficit quòd iudex authoritatem interponat niſi contineatur de inſtrumento illo quod adhibuit cauſę cognitionem, & quod reperit illum contractum cedere in vtilitatem minoris vel mulieris vel alterius contrahentis. Ita ſingulariter dixit Pau. de Caſt. in l. cum hi. in §. ſi prætor. ff. de tranſac. & alleg. rationem dicens quòd ſtatutum noluit committere iudici rem negligendam vel donandam ſed perquirendam, & alleg. Specu. in titu. de empto. & vend. in §. nunc dicendum. in verſicu. & breuiter. & ſubdit Pau. de Caſt. vbi ſupra quòd licet aliqui dicant quòd vbi reperitur interpoſitum decretum iudicis præſumatur adhibita cauſæ cognitio, quod tamen hoc non videtur verum per illum tex. niſi in inſtrumento expreſſe hoc dicatur. & alleg. Bal. in l. 1. C. de fide inſtru. & iure haſtę fiſc. lib. 10. & ſubdit etiam ipſe Pau. de Caſt. vbi ſupra quòd vbi reperitur decretum iudicis interpoſitum cum cauſæ cognitione, quod tunc ceſſat præſumptio fraudis & doli & metus, vt nota. in l. prima. C. de prædi. curia. libro decimo. & dicit videndum eſſe Bal. aliqua dicen. de decreto iudicis in l. prima. in penultima columna. C. qui admit. quæ omnia ego retuli in l. qui cędem. in vltima columna. ff. de ſicar. Tene menti hoc dictum quod alibi non vidi ex quo poteris facere corruere mille inſtrumenta publica.

400 Sæpius iudices maleficiorum formant inquiſitionem contra malefactores & auxiliatores, & non intelligunt rectè materiam auxilij cooperatiui. & ideo ſcias tu quòd ad hoc vt aliqui dicantur auxiliatores vel ſocij alicuius delinquentis, & poſſint puniri de auxilio, oportet quòd ad hoc fuerint principaliter adunati, ſeu inſimul congregati, vt habetur in l. tertia. in § homines. ff. vi bonorum raptorum. & ſi apparet in facto omnes fuiſſe pariter in rixa, & omnes fuiſſe pariter principales, tunc omnes prout deliquerunt ſunt puniendi, ita dixit Petrus de Anchara. in conſilio ſuo centeſimodecimoſeptimo incipiente, Nos Bartholomæus de Saly. & cætera. circa finem, quia neſcitur tunc quis fuerit principalis delinquens & quis fuerit auxiliator, & ideo tunc nemo poterit puniri de auxilio, quod ſecus eſſet ſecundum eum, quando hoc ſciretur. allegat Bartolum in l. ſi is qui. in §. ſi initium. ff. de furtis, quod etiam voluit Baldus in conſilio ſuo 2. 9. incipiente, Verba inquiſitionis & cætera. in vltima colum. in 3. volumi. & Domi. Alexan. in l. ſi duo patroni. in princ. in verſicu. in gl. in verbo, alteri &c. ff. de iureiuran. & rationem huius allegat Pet. de Ancha. in dicto conſilio, videlicet quia dicta incertitudo principalis delinquentis infert in acceſſorio impotentiã procedendi, & per conſequens nullitatem ſi procedatur. de qua materia latius valde dixi in practica mea cauſarum crimi. in 19. char. cum pluribus char. ibi ſequentibus, & dixi etiam in l. nihil intereſt. in 5. colum. ff. de ſica. & in l. finali. in 6. & 7. col. eodem titu. tene menti prædicta quia ſunt notabilia & multum quotidiana, & ego iſta habui in facto pluribus & pluribus vicibus.

401 Neſcio aliquem cõtractum in quo requirantur plures ſolẽ

nitates & maior numerus teſtium quam in teſtamentis, vt latis patet in toto titulo.ff & C. & extra, de teſtamen. & hoc merito volunt iura, quia in ipſis teſtamentis tractatur de magno & graui præiudicio plurium perſonarum, ſcilicet, hæredis, legatariorum executorum, ac etiam venientium ab inteſtato, necnon etiam teſtatoris. ſcias tamen quòd licet teſtes non habentes conteſtes dicantur ſingulares & per conſequens non probent, vt habetur in l. ob carmen. in §. finali. ff. de teſtibus. & in l. qui falſa vel varia. eodem titulo. & in capitulo, licet vniuerſis. de teſti. cum ſimilib. Attamē ſi ſeptem teſtes deponant de teſtamento & ſint conteſtes, & tamen nullus eorum deponat niſi de præſentia ſua, quia interrogati an alij fuerint præſentes, dicunt ſe non recordari, ex quo videntur ſingulares, tamen tales teſtes faciunt plenam probationem, quia dicuntur conteſtes. Ita dixit multum ſingulariter Paulus de Caſtro in l. finali. ad fi. C. de bono. poſ. ſecundum tabu. vbi ad hoc allegat Specu in titulo, de inquiſito. in § nunc tractemus. in verſicu. item ſufficit. quod dictū pro valde nota. refert & ſequitur Domi. Rochus de Cur. in capitulo finali. in 31. char. in prima colum. extra de conſue. de quo latius per Iaſ. in dicta l. finali. in 15. colum. quod eſt perpetuo notan.

402 Quantę vtilitatis roboris ac firmitatis actuū iudicialium & extraiudicialium, ſit iurm, oēs maximè iuris profeſſores ſciunt, & verè pōt iurm iocosè loquendo æquiparari herbę betonicę: quę, vt aſſerūt medici, habet virtutes innumerabiles ſic iurm, nā vt plurimū validat & inualidat, & eis dat fomentū & robur, & ſępius ſine iurō actus corruūt, vt videmus in teſtib. quorū dicto nō ſtat ſine iurō, vt hr̄ in l. iuriſiurādi. C. de teſti. & in c. tuis qōnibus. extra eo. tit. & in c. item iuriſiurandi 4. q. 3. & in c. hortamur 3. q. 9. cum ſi. & videmus etiam generaliter loquendo, qđ hoc habet locum quoties ex forma ſtatuti vel alterius diſpoſitionis ſtandum eſt dicto in aliqua re vel cauſa. Nam tunc non ſtabit dicto alicuius niſi primo ille talis cuius dicto ſtandum eſt iurauerit ſic eſſe, vel ſic ſibi videri. Ita dixit Ang. in repetitio. l. ſi vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. in 2. col. vbi dicit ꝙ licet ex forma ſtatuti debeat ſtari ſimplici verbo nuncij, quod tamen eius dicto nō ſtabitur niſi primo ſit iuratus. & alle. ad hoc bonum tex. in l. Theopompus. ff. de dote præle. quod dicit eſſe vtile ad ſtatutum volens quod ſtetur ſimplici verbo accuſatoris de damno ei dato, quod ſibi non creditur niſi primo iuret, ad quod plura allegat. quā doctrinam Ang. refert & ſequitur D. Maria. Socy in repe. c. qualiter & quando. el 2 de accuſatio. in 7. q. in prin. & Lud. Rom. in l. 1. in §. fi. in 3. col. ff. de verb. oblig. pro quo facit tex in c. 1. circa medium. de frigi. & malefi. iuncto tex. in c. continebatur. de deſpon. impub. & tex. in l. cū pactiones. circa fi. C. de fide inſtr. & ibi dixi. & faciunt dicta per Io. de Ana. in c. ſignificaſti. el 2. in 6. col. ver. circa ſecundum &c. de homi. & facit ēt quod dixit Ang. & Pau. de Caſt. in l. de pupillo. in §. qui opus. ff. de ope. no. nunc. vbi dixerunt ꝙ vbi committitur aliquid conſcientiæ alicuius per legem, vel per principem, ſi vult qđ eius ſentētia valeat nec poſſit infringi requiritur ꝙ ante eius declarationem ſeu ſententiam iuret quod ita dictat ſibi conſcientia ſua, quod dictum refert & ſequitur D. Alex. in conſi. ſuo 217. inci. Viſis verbis dicti &c. Ad quæ vide etiam Iaſ. in repe. l. admonendi. in 86. col. de iureiur. & in l. apertiſſimi. in fi. C. de iudi. de quibus omnibus latius dixi ego in repe. mea. l. fi. in 27. char. poſt med. C. de prob. & habetur etiam de materia per D. Fely. in c. ſignificaſti. el 1. in fi. de homi. & latius per eum in c. quia iudicante. in 1. col. de præſcrip. & teneas menti perpetuo quod adeò eſt verum hoc quod alicui non creditur ſine iuramento, quod iſtud eſt verum etiam in confeſſione. Nam etiam confeſſio non iurata non probat. Ita not. dixit Domi. Anto. de But. in conſi. ſuo 2. incip. Viſo &c. in verbo, ad ſecundum &c. quod tene menti ad multa.

403 Superioribus annis dixi tibi pluries in voce & etiam in ſcriptis maximè in repetitio. mea rub. C. de proba. in 83. colum. cum ſeq. quod quando plures fuerūt in rixa, & vulnerati fuerunt aliqui & neſcitur a quibus vulnerati fuerint, quòd nemo punitur vera pœna delicti, & hoc propter incertitudinē cum melius ſit nocentem abſoluere, quam innocentem cōdemnare: attamen nuper dico tibi vnum perpetua memoria dignum in illa materia, videlicet, quod ſi plures fuerunt in rixa & mortui ſunt aliqui vel vulnerati, & neſcitur à quibus ꝙ tali caſu ſi apparet quis fuerit incæptor rixę, quod tunc ille ſolus punietur de homicidio vel de vulneribus, ne delicta remaneant impunita. Ita dixit multum notabiliter Dom. Bonifacius de Vitalinis de Mantua in tracta. ſuo maleficio. in titu. de inſul. & percuſſio. &c. in 7. colum. in verſicu. ſunt tamen qui dicunt &c. Vbi ad hoc allegat optimum text. in l. quoniam multa. C. ad leg. Iuliam de vi publi. in verſicu. in eum qui vim facere tentauerit &c. De quo ibi latius per eum. quod dictum fuit originaliter Bal. quem ipſe allegat in l. 1. in 6. col. verſicu. ſed quæro qui dicantur principales &c. C. de ſeruis fugitiuis. vbi ad hoc allegat illum tex. dictæ. l. quoniam multa. quod etiam voluit Alexan in l. fina. in 6 apoſtilla. ff. de ſicarijs. & Cœpo. in conſi. 34. incipien. Si vnquam. in 4. char. in vlti. colum. quod etiam voluit Gandi. in tracta. maleficiorum, ſub rubri. de defenſionib. a reo faciendis. in 3. colum. verſic. 1. incip. Sed pone quod ego &c. quod etiam voluit Iaco. de Belui. in practica ſua iudiciaria cauſarum criminalium, ſub rub. de quæſtionib. in 2. colum. in fi. quod & Pau. de Caſt. in conſi. 192, incipien. In cauſa. in 2. colum. quod teneas menti perpetuo, quia eſt magnæ importantiæ, & multos perire faceret etiam forte innocentes, vide tamen omnino quæ dixi in l. 1. in § diuus Hadrianus. in vlti. colum. in princ. ff. de ſicarijs & Domi. Bartho. Cœpo. in conſil. 36 incip. In caſu iſto. in 3. col. pro quo dicto eſt etiam not. tex. in l. hoc iudicio. ff. de ſeruo corrup.

404 Forum ſortitur pluribus modis & ex pluribus cauſis vt ratione originis, ratione incolatus, ratione contractus, ratione deſtinatę ſolutionis, item ratione delicti, vt habetur in l. fi. C. vbi in rem actio. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudi. in l. hæres abſens. § 1. ff. de iudi. & in c. Romana. §. contrahentes. de foro competen. in 6. & in l. contraxiſſe. ff. de actio. & obliga. De materia fori contracti vide in reper. meo in litera F. in 6. char. in vlti. not. & etiam alijs pluribus rationibus & cauſis ſortitur forum, vt per Doc. in dictis locis. & latius per Bertha. in ſuo reperto. in verbo, forum. in 2. colum. in 9. verſicu. & per Dom. Fely. in c. dilectus filius. el 2. per totum. extra de reſcrip. & habetur latè per Domi. Fely. in c. dilectus filius. el 2. per totum. extra de reſcrip. Sed vltra omnes iſtos patres dicas quod & ratione mandati mandans ſortitur forum etiam in criminalibus. & ideo teneas menti ꝙ ſi Titius exiſtens Florentiæ vel in alia ciuitate mandat Seio ꝙ aliquem interficiat, & ille eum interficiat hic in hac ciuitate, quod ſi talis mandans reperiatur hic ꝙ ita poterit hic puniri ſicut principalis occiſor. Ita de fideiuſ. quod non memini me alibi legiſſe. Tene menti, quia eſt verè nota. verbum in practica.

405 Ius ſibi dicere nemini licet, vt habetur in l. 1. C. ne quis in ſua cau. & in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdi. omn. iud. & in l. Iulianus. ff. de iudi. & in l. extat. ff. quod met. cau. & in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. cum ſimi. hanc tamen regulam limita ſingu. in vxore quæ habet virum cui fuerunt confiſcata omnia bona ſua, nam tunc vxor poteſt in res ſuas detentas per virum imponere manus authoritate propria ne occupentur per fiſcum. Ita ſingulariter dixit Ang. in l. ſi quis. la 2. poſt prin. C. de bo. damna. & ibi ſubdit ꝙ cauta debet eſſe mulier vt cum timet quod bona mariti confiſcentur, vel cum videat bona mariti confiſcata, quod non expectet authoritatem iudicis pro occupando bona ſua, ſed ipſamet manum injiciat quantumcunque detinerentur per virum, & probat per illum tex. ibi quod dictum pro valde nota. refert & ſequitur Domi. Augu. de Arimi. in addi. ad Ang. in tracta. maleficio. in verbo, & eius bona publicamus. in 3. char. in 1. addi. incipien. Tu autem in hac materia adde pulchra verba Ang. &c. vide tamen omnino quæ ego dixi in l. ſi quis ne quæſtio. in 3. col. ff. de quæſtio. & vide etiam quæ poſtea ibi dictis addidi, & in materia quando quis poſſit ſibi ius dicere propria authoritate vide Bar. in l. generali. circa fi. C. de decur. lib. 10 & Bal. in c. cum ex officij. circa med. de præſcr. vbi dicit ꝙ in his quę non requirunt formalem ſtrepitum iudiciorum, in illis poteſt quis ſibi ius dicere propria authoritate, & vide etiam Alex. in l. ſi alius. in princ. ff. quod vi aut clam. & Bal. in d. l. vnica. C. ne quis in ſua cau. in ver. iuxta prædicta &c.

406 Capias nota. verbum in materia poſſeſſionis, quod forte paucis eſt notum, videlicet, quòd licet ille qui non habet poſſeſſionem ciuilem vel naturalem, ſed nudam detentationem tantum non habeat interdictum vnde vi, vel vti poſſidetis, vt habetur in l. prima, in §. deijcitur. in fi. ff. vnde vi. tamen detentator habet officium iudicis vt reſtituatur ſibi detentatio ablata, vel vt in ea defendatur, ita dixit Paulus de Caſtro in l. Aquilius Regulus. per illum tex. ff. de donatio, quod dicit eſſe perpetuo notandum. ad quod dicit facere. l. hæc autem. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſio. eatur. & quod nota in l. prima. § neceſſario. ff. ſi mulier ventris nomi. Item ſubdit etiam Paulus de Caſtro, quod poſſeſſori datur officium iudicis, quod eſt vtilius quam agere interdicto, quia in interdicto oportet dare libellum, & ordinariè procedere, & poteſt etiam implorare officium ne turbetur, & vt præcipiatur turbatori vt deſinat. allegat. l. finali. ff. de officio. procurato. Cæſa. & l. ſi de poſſeſſio. C. de tranſact. Tene menti, quia hoc pluries euenit in facto.

407 Non-

407 Non omnis metus eſt ſufficiens ad reſcindendum cōtractum qui dicitur metu factus, ſed ad hoc requiritur metus cadēs in conſtantē virū. alias minor metus nō reſcinderet cōtractū. ita probatꝛ in l.3. ff. qđ met.cau.& in l. interpoſitas.C. tranſac.vide in reper.meo,in litera M. in 3. char.in vlti.no.& c.veniens.de ſpon.& c.conſultationi. eo. tit.cum ſimi.& idē eſt in cōtractu mulieris.Nam ad hoc vt metus annullet contractū mulieris dēt eſſe talis qui cadat in conſtantē mulierē. Ita dixit D.Ant.in c. conſultationi. de ſponſ. & Ludo.Ro.in ſing.ſuo 229.inci.Tu ſcis &c.allegant gl.in c.cum locum. de ſponſ.tu in ſimili dicas idem eſſe in dolo.nam ad hoc vt propter dolum,qui adhibetur in contractu, ipſe contractus reſcindatur requiritur,quod ſit talis dolus,qui cadat in prudētem virum,& ideo nō omnis dolus annullat contractum,ita no.Inn.in c.cum dilectus.extra quod me.cau.quem refert & ſequitur Bal.in rub.C.de reſc.ven. & Bal.in marg. ſua, in verbo,metus.& D.Alex.in l.eleganter.ff.de dolo. quod dictum teneas menti,quia ſæpe cōtingit de facto, & ego hoc dictū practicaui proximis diebus in quadam cauſa non leui,& obtinui,licet haberem durum aduerſarium.

408 Attende ad vnum, cuius contrariū quilibet prudens prima facie diceret,videlicet,teſtis examinatus deponit & dicit aliquid factū fuiſſe pręſente tali,ille aūt examinatus,an fuerit pręſens illi actui?dicit qđ non, an per talē ꝯdictionē dictū illius teſtis reprobetur?certè videretur dicendū indubitanter, ꝙ ſic,cū videatur clarè & manifeſtè cōſtare de mendacio dicti teſtis,attamen dicas qđ per talem cōtradictionē nō reprobatur dictū illius teſtis,ita not. dixit Bal.in l. teſtium.in 4.col. verſicu. modo hic inſurgit dubium &c.C.de teſti.quē refert & ſequitur Alex.in conſi.ſuo 287.inci. Viſis & ponderatis his &c.in pe col.vbi ēt ad hoc alle.Bar.in l.1.in §.1.ff.de auth.tut. & Bal.Ang.& Imo.in l.hæredes palā.in prin. ff. de teſt.& Bal. in l.1.in fi.C.de bo.poſ.ſecundum tab.ad quod ēt vide Alex. in conſi.ſuo 65.inci.Viſis proceſſibus.in pe.col.in 2.vol.& faciunt optimè dicta per Bal.in conſi.ſuo 35.inci.Quidam Tabellio &c.in 3.vol.& idem tenet Iaſ.in l.2.in §.voluntatem.in 4 col.cum ſeq.ff.ſolu.matri.vbi allegat plures alios tenentes hanc partem.tene menti prædicta,quia alias iuui quendam notarium,contra quem curia procedebat de falſo & conſecutus fui honorem atque lucrum.

409 Tu ſcis regulam.l.2.C.de iure emphy. & c. potuit.extra de loc.quę eſt,ꝙ emphyteuta eccleſię non ſoluens canonē per biennium,& emphyteuta priuatę per triennium cadit a iure ſuo.ſed hanc regulam ſing.limita,& dicas illam non verificari in eo,qui ceſſat per biennium vel per triennium,quando tali biennio vel triennio vnus ſolus fructus percipiebatur, nam tunc requiritur ceſſatio per duo biennia, vel triennia, ita voluit Bal.in l.ædem.in 2.col.C.loca.quem refert & ſequitur Iaſ.in d.l.2.in fi.1.col.C.de iure emphy. & D. Alexan. in l. diuortio.in §.ob donationes.ad fi.ff.ſol.ma.& pro hoc dicto D.Iaſ.vbi. ſ.alleg. bonum tex.in l.ſi ſic conſtituta ſit aqua. ff. quemadmo.ſeruit.amit.in verbo,duplicato conſtituto tempore admittitur &c.

410 Quidam nobilis ciuis huius inclytę ciuitatis Bononiæ,nuperrimè me interrogauit de vno, videlicet, Ipſe alias locauit quandam eius poſſeſſionem in emphyteuſim ad longum tēpus,& ſpecialiter fecit pactum cum ipſo emphyteuta,ꝙ in fine locationis poſſit ipſe emphyteuta tollere omnia melioramenta quæ fecit in illa poſſeſſione & ſint ſua. Modo finita eſt dicta locatio,quo ſtante dominus vult dictam eius poſſeſſionem pro ſe:emphyteuta autem,qui fecit aliqua melioramenta vult illa tollere & exportare, vt ex pacto conuenit cum domino tempore locationis,dominus autem nō vult, ꝙ illa eleuet nec exportet,ſed offert precium illorum melioramentorum, & quantum ex illis conſequuturus eſſet, an hac oblatione non obſtante ipſe emphyteuta poſſit dicta melioramenta eleuare & exportare? in quo videretur dicē. ꝙ ſic virtute pacti expreſſe initi inter eos tempore locationis. Attamen contrarium eſt verius. Nam dominus poteſt prohibere ne emphyteuta eleuet vel exportet dicta melioramenta,ſed illa poſſet non obſtante dicto pacto retinere pro ſe,ſoluendo tamen ſibi precium & valorem dictorum melioramentorum.ita ſing.dixit Bal.in l.in fundo. in 3.not. ff.de rei vē.quod dictum pro valde no. refert & ſequitur Iaſ. in l.2.in 9.col.poſt prin.C.de iure emphy.Pro quo dicto optimè faciunt quæ ego dixi in 30.q.prin. vbi feci mentionē de hoc dicto Bal.&c.& plura adduxi in ſimili.

411 Fœminæ non ſuccedunt in feudo.c.1.§.hoc autem notā. in tit.qui feu.dare poſ.& in c.1.§.ad filias. de ſucceſ. feu. & in c.1.in tit.an mu.vel aliter imperfec.& in c.1.de alie.feu.pater. cum ſi.hoc tamē limita duobus modis.& primo limita hoc non eſſe verum in feudo,pro quo nullum ſeruitium pręſtatur.Nam in tali feudo etiam fœminæ ſuccedunt & dicuntur habiles,ſecundum Bal.in l.quoties.in 1.col.C.de ſuis & legi.& in c.1.in verbo,decedente.in 3.col.in ver.quærit gl.nunquid fœmina &c.qui feu.dare poſ.& voluit Lud.Ro.in conſi.367.inci.Circa primum.in pe.col.& in ſing.ſuo 308. incip. hodie fęmina &c.quæ omnia refert & ſequitur D.Phi.Dec. in conſi.ſuo 32.in 2.col. circa fi.& in conſi. 85. in 3. col.& in conſ.139.in 1 col.Secundo etiam limita niſi eſſet cōceſſum feudum alicui & ſuis deſcendentibus,quia tunc comprehēduntur omnes deſcendentes vſque in infinitū. ita dixit Bal. in c.quæ in eccleſiarum.in vlt.char.extra de conſt.quē refert & ſequitur Iaſ.in l.2.in 75.col.C. de iu.emphy. in ver.illud ēt perpetuo no.

447 Faciens contractum cum aliquo intelligitur præſtare cõſenſum neceſſarium ipſi contractui, licet hoc expreſſe non exprimat,& ideo ſtante ſtatuto quod filiusfa.non poſſit cõtrahere ſine conſenſu patris ſi filius cõtrahit cum patre,valet contractus, quia intelligitur tunc quod pater conſentiat illi contractui.ita dicit Bar.in l.cum pater.in §.libertus.ff.de leg. 2.quẽ refert & ſequitur Bal.in l.fi.C. ad Mace. & voluit Ange.in l.Titius.ff.quib.mo.pig.vel hyp.ſol.& D.Fran.de Are.in conſi.ſuo 160.inci.Longa profecto &c.in 4.colum.& Bal.in marg.ſua in verbo,ſtatutum.in pe.ver.de qua materia habetur per D.Fely.in c.cum nũcius,in fi.de teſti. & in c.cum Bertoldus.in 4.col.de re iu.& per Bal.in l. exceptionem. circa fi. C.de euic.& per Bar.in l.1.circa med. C. de decu. li.10.& per Bal.& Pau.de Caſt.in l.1.C.quod cum eo. & per D. Fel. poſt Abb.in c.nonne.in 3.col.de præſump.& per Io.And.in reg. qui tacet.de reg.iu.in mercu. & per Barb. in c. edoceri. in 5. char.de reſcrip.& in c.cum dilectus.in 2.colum.de conſue.& per Alex.in l.quanquam.ver.quid ſi filius.ff.de auth tut.& in l.bonorum.l.a 2.C.qui admit.& per Bal.in conſi. ſuo 79. inci. Occurrit &c.in 1.vol.& per Bal.in addi. Spec. in ti. de reo. in vlti.addi.& per Abb.in conſ.ſuo 1 1.inci.Factum ſic proponitur.in 3.vol.& per Socy.in conſi.ſuo 88. incip. In præſenti conſultatione &c.in fi 1.colum.in 1.vol.& in conſi. 23. inci. Circa prædicta.in 2.colum.in 4.volu.& in eod.volu.in conſi. 30.incip.Proſens conſultatio. in 3. col. & per Alex. in conſi. 252 incip.Præclare.in fi.pe.col.& in conſi.106 incip.Quo ad præſens &c.in fi.in 1.vol.& per Barb. in conſi. 41. incip. Immortalem &c.in 2.colum.in 4.vol.& per Socy. in conſi. 125. Quoniam.in 4.colum.in 4.volum Et ideo teneas menti no. verbũ in materia iſta,videlicet,quod ſi ex forma ſtatuti mulier non poteſt contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum & contingat quod mulier vendat aliqua bona vni ex propinquis cum conſenſu alterius propinqui valebit contractus & dicetur ſatisfactum ſtatuto,quia propinquus emẽdo a muliere videtur conſentire illi contractui, ita dixit Do. Abb.in c.cum in veteri.ſuper gl.1.de elec.quod dictum pro no.refert & ſequitur Alex.in conſi. 252. incip Præclare &c. in pen.colum.vbi ad corroborationem huius dicti plura adducit,de quibus ibi per eum. Sed tu vltra eum dicas quod idem dixit Ange.in l. prima.in §.fuit quæſitum.ff. ad Treb.Et idem dicit Soci.in conſilio ſuo. 80.incip. Præſens conſultatio.in 3. columna, vbi refert & ſequitur Abb. in d.c. cum in veteri.

448 Habens poteſtatem a lege, vel ſtatuto ſe vindicandi in aliquo caſu non poteſt talem vindictam alteri mandare,ſecundum Bal.in l.accuſationis.ff.quod met.cau.& in l.vt vim.in 3. columna,ff.de iuſti.& iur & in c.1.in §.ſi vero.de pace iur.fir. & in l.ad officium.in fi.C. communi diui.& in repe.l.1. C.vnde vi.de quo etiam per Pau. de Caſt. in l ſi cum dotem.in §. tranſgrediamur.ff.ſol.mat.& per Lud. Rom.in l.3.in §.ſi maritus.ff.ad Sylla.& latius per Alex.in l.non ſolum.in §.ſi mandato meo.ff. de iniur. Sed hoc tamen credo poſſe reſtringi & limitari in extraneis,quia talis vindicta nõ poterit mandari extraneis,ſed ſecus credo eſſe in filijs, quia talis vindicta poterit mandari filijs, & hoc ex duobus. Et primo propter dictum Bar.in d.l.non ſolum.in §.ſi mãdato.in 2.columna. vbi dicit quod licèt licitum ſit occidere filiam comprehenſam in adulterio,vt in l.nec in ea.& in l.quod ait lex.ff. de adul.& licet non poſſit alteri demandare, poterit tamen hoc mandare filijs ſuis. quod dictum approbat Saly.in l. Gracchus.C. de adul & Dom.Fel. in c.ſi vero.el.1.in 1.col.de ſen.excõmunicatio. Secundo hoc credo eſſe vtrũ & procedere propter illã regulã,videlicet,quod pater & filius cenſetur vna & eadẽ perſona.l.cum ſcimus.C.de agri & cẽſi.lib.11.& in §. authorite.25.q.3. & habetur in l.ſti quidẽ.ff. quod met.cã. de qua regula plura dixi.s̄.in ſingu.160. incip. Pater & filius. vbi videas.

449 Teſtamẽta debẽt eſſe libera & ĩpõtanea,vt habet̃ in l.1.C.

de ſa-

de ſacroſan.eccle.& in §.diſponat.in Auth.de nup.cum ſimi. Et ideo videmus,quod teſtamentum metu factum non valet, ſecundum glo.& Doct.in l.2.C. ſi quis ali. teſt. prohi. & volunt ſcriben.in §.1.ff.ſi quis ali.teſta. prohi. Et adeo eſt verum hoc quod teſtamenta debent eſſe libera,& non dependere a voluntate alicuius niſi ſolius teſtatoris,quod ſi affines, & intimi teſtatoris informati forte de ipſius voluntate, vel forſan iudicantes, quid prudenter illi agendum ſit, fecerunt ſcribi teſtamētum, quo ſcripto notarius legit inſtitutionem hęredis,& petit ſi ſic inſtituere volebat, & teſtator reſpondit quod ſic,& idem fecit de legatis,tale teſtamentum, non valet,eo quia facile daretur materia fabricandi falſum,quia infirmi quaſi ad omnia reſpondet, quod ſic. ita dixit Io. And. in addi.Spec.in titu.de teſt.in §.in primis. in add.incip.Pileus, &c. Et idem dixit D.Ant.in c cum tibi.de teſtam.quos refert & ſequitur Ale.in conſi.256.incip.Ponderatis verbis,&c.in j. colum. Ex quo inſtruantur notarij, vt permittant teſtatorē nominare hæredem, & legatarios,ore ſuo proprio, alias teſtamētum eſſet inualidum,de quibus latius per D. Alex.in d. conſi. ſuo præalleg. &c & per Soci. in conſi.ſuo 92.incip.In cauſa. in 9. colum. & per Cor. in conſi. 103. incip. Circa primum.in vlt.colum.in 1.vol.

450 Simplicitati ſemper ſuccurrendum eſt nec ſimplices ſunt decipiendi, ſecundum Car.in cle.2.in 2.no. de pe.& re.& dixit Bal in l.1.in prin.C.ne fil.pro pa.quod ſimplices homines circumuenti repetuntur tanquam errantes. Et propter ſimplicitatem ſæpe recedimus à regulis iuris communis,vt oſtēdi ſuprà. in ſingu.meo 287. tetigi tibi aliàs. & in ſing.18.inci. Quotidie fiunt. Et ideo tene menti no. verbum, videlicet, quod licet principalis,& non eius procurator,vel aduocatus debeat reſpondere poſitionibus, vt habetur in c. paſtoralis. de iudi. & in c.1.de iudi. in 6. tamen hoc fallit niſi ille principalis qui deberet reſpondere eſſet homo ſimplex, & groſſus,in quo eſſet præſumptio,quod de leui caperetur in reſpōdendo, quia tunc admittitur ad reſpondendum dictis poſitionibus eius procurator, vel aduocatus,ita not.dixit Abb.in d.c.paſtoralis.ante fi. de iudi. & in c.dilecti.in 6.col eo. tit. & hoc fuit dictum Hoſtien.ibi,vt refert Abb.in d.c.paſtoralis.& idem dixit Spec.in tit.de poſi. in §.7.ver.17.& ibi Bal in add. in 4.colum. ver quando clientulus. & iſtud eſt no. pro mulieribus minoribus, & ruſticis in quibus præſumitur ſimplicitas,ſecundum Bal.in rubr.C.de rer.permu.ante fi. vbi fortius dicit, quod etiam ſi tales in contractu iurent non obligātur, quia cum iuramentum ſit captioſum, & iniuſtum debet p episcopum relaxari, & dicit quod licet iuramentum repræſentet quemmaiorem,non tamen fingit eum prudentem, & ſagacem, ſicut nec mulierem fingit ſagacem, quia vt dicit Ariſto. mulier habet conſilium inualidum, & minor habet iudicium ſeu conſilium imperfectum, & iſta ſunt naturalia, & immutabilia,ita formaliter dicit Bal.in d.rub.C.de rer.permu.Tene menti prędicta,quia nedum ſemel in anno veniūt in facto,ſed imo quotidie accidunt,&c.

451 Decreui omnino aliqua tibi tradere in materia præſumptionis vltra ea quæ dixi ſuprà. in ſingu 116 incip. Præſumptio,&c. & in ſingu. 167.inci. Violentus,&c. in ſing.371.inc. Teſtis,&c.Ideo ſcias quod vbi eſt præſumptio contra probātem,nunquàm ex vno teſte defertur iuramentum in ſupplementum probationis, quia præſumptio * probationem vnius teſtis. Ita ſingu. dixit Bald. in l.non eſt. la 1. circa prin. ff. quod met.cau. Item ſcias quod ſtatur præſumptioni quando veritas aliter haberi non poteſt, ſecundum D.Lau.Calca. in conſi.8. In cauſa pendente. in 6. colum.Item teſtis nō idoneus ſi habet præſumptionem pro ſe efficitur idoneus. ita dixit Dom. Alex.in l. ſi duo patroni.in prin.in 2.colum ff.de iureiur.deduxi ſupra.in ſingu.343.incip.Veriſimilitudo,&c Itē quando iuris præſumptio eſt pro allegante aliquid,ipſe illud allegans releuatur ab onere probandi,ita dixit Bar. in l. in illa ſtipulatione ſi calendis.ante fi. ff. de verbor. obli. & Socy. in conſil.ſuo 66.incip. Fruſtra. in 5.colum poſt princ. & in eo. conſi.7.col.in fi.vbi plura ad hoc alle. Item quando tractatur de probando contra illud quod habet præſumptionem pro ſe,probationes debent eſſe efficaciores, ſecundum Abb. per illum tex.in c.quia veriſimile.de præſump.& Specu. in tit. de proba.in §.fina.ver.quintum &c.& Alex.poſt Bal.in l. transactionem.C.de tranſact.& Alex.in conſi.323.incip.In caſu prędicto,&c. in fi. verbis.& Dom.Phil.Dec.in conſi.ſuo 175.inc. In cauſa falſitatis. in 6.colum.in prin.& in conſil.177.in prin. & in conſi.195. in 3.col.in ver.& iſta concluſio. & in conſil. 105. in 3.col.& voluit Abb.in conſi.ſuo 11.inci.In cauſa quæ vertitur. in 2.col. in 2. volu. Item ſcias quod præſumptiones poſſunt eſſe tales,ꝙ faciant indicium ad torturam,& econtrario poſſunt eſſe ita leues,ꝙ nihil operantur,ita dixit Bal.in ca. veritatis.in 2.col.in fi.de dolo,&contu.Tene menti prędicta, quia in materia præſumptionis ſunt no.& quotidiana.

452 Inſtrumentum guarentigiatum habet executionem paratam,quia nihil aliud eſt guarentigia niſi præceptum factum in confeſſum per notarium de inſtrumento rogatum effectum iudicem ordinarium de obſeruādo promiſſa, ita dixit Cy.in l.1.C.de confeſ.& Bar.in l.non fatetur ff.eo.tit & Ang. & Imn.in l.prętor.§.1.ff.de re iud. pro quo faciunt dicta per Bal.in c.1.§.1.in 1.col.in ti.de lege Conra.& per Iaſ.in l legitima. in 2. & 3.col.ff.de pact.Scias tamen quod poſt factū præceptum guarentigiæ confeſſio tanquàm erronea poteſt reuocari ſecundum Bar.in d.l.non fatetur. quem refert, & ſequitur Bal.in l.error.in 4.colu.C.de iu.& fac.ign. & Soci. in conſi.ſuo 79 inc.Si eſſemus,&c.in 7.col.in 4.vol. de quo etiā per Raph.Cuma in conſi.160.inc. Ioannes. vide tamen omnino Ia.in d.l.error.in 1.col.vbi dicit, quod confeſſio poteſt reuocari prætextu erroris,dummodo expenſę litis actualiter prius reficiantur parti aduerſę.alle Barto. in l.rura.ad fi. C.de omni ag.deſer lib 11 quem ſecundum eum ſequitur Are. in §.ſi minus.in 20.col.Inſti.de act. ad quod etiam dicit facere,quod voluit Bartol.in l edita.in vltim. colum. C. de eden. Limitat etiam Iaſ. vbi ſupra, & dicit quod confeſſio poteſt prętextu erroris reuocari niſi fuerit primo acceptata per partem aduerſam.nam tunc non poterit reuocari quando ex tali acceptatione eſſet acquiſitum ius parti.ad quod alle. plura de quibus ibi per eum, ſed vltra eum vide circa hoc quæ ego dixi in repe. mea l de vnoquoq;.ff.de re iud. in 30. char. vbi plura not.adduxi circa hanc materiam acceptationis.Tene menti prædicta,quia videtur aliquibus notarijs idiotis,qđ quando aliquis ſe ponit in conſtituto cum præcepto de ſoluendo,nullum ſit remedium pro ipſo debitore. & vide omnino quæ dixi infra,in ſingu 467. incip. Viget &c. in verbo, videas tamen omnino Soci.&c.

453 Odia reſtringi, & fauores cōuenit ampliari. c.odia.de reg. iu.in 6.cum cōcor.ibi in gl.allegatis.& dixi ſupra in ſing. 294. incipien.Odia.Et ideo ſcias,quod licet ſtatuta laicorum non ligent clericos,vt habetur per omnes in c.cum omnes.extra de conſti. & habetur per Bar.& Pau.de Caſt.in l. omnes populi.in 15.colum. in 4.q ff.de iuſt.& iu.& per Bal.in l.4. C. ad l. Fal & per Bal.in l.omni.C.de ſacroſanct.ecc & in l.1.in fi.C. de contrah.emp.& in l.cunctos populos.in 7. col. C. de ſum. tri.& per Bar.in c.1.§.ſi quis per triginta.ſi de feu.fue. contro. & per Bar. in l.1.§.quæ onerandæ.ff.qua.rer. actio non da. & per Io.Cal.in diſpu.ſua inc.Statuto ciuitatis cauetur. & p Pa. de Caſt.in conſi.299.incip. Ad primum.& habetur etiam in alijs locis quæ referunt Doct.in dictis iuribus,hoc tamen intellige eſſe verum in præiudicialib. ipſis clericis, ſecus autem eſt in fauorabilibus ipſis clericis,quia tunc ſtatutum laicorū compræhendit clericos. ita dicit Abb.in c.eccleſia.de conſti. & uoluit Lapus alleg.c.1.incip.in ciuitate Florentiæ in 5.col. & voluit Dom.Rochus Curti.in c.fi.in 116.colu. de conſue. vbi ad hoc alleg tex.in c.dilecti de foro compe & alia plura de quibus ibi per eum.Dicit etiam quod ſi conſuetudo non eſſet ſimpliciter fauorabilis clericis,ſed indifferens poſſet clericus ea vti in ſuum fauorem.c.ſi in adiutorium.10. diſtin. & tradit Bal ſecundum eum.in l.de quibus.in 16.col.ff. de leg. Adducit etiam Abb.in c.fi.in 1.not.per illum text. de vita, & ho.cle.vbi dicit quod clerici poſſunt vti ſtatuto cōtra laicos, quod inſtrumenta habeant executionem paratam, quod ēt voluit Gemi.in c.fi.in prin in 2.colum.de offi.de leg. lib. 6. & Pau.de Caſt.in conſil.ſuo 300 incip. Ad primum dicen ubi dicit quod non eſt abſurdum,ꝙ clerici gaudeant beneficijs ſtatutorum populi, licèt non ſupportent onera, quia ſufficit, quod ſubeant onera ſpiritualia, & ſic non ſunt ſimiles cum forenſibus, a quibus populus nullum habet ſubſidium, de quo etiam latius per ipſum Dom. Rochum in d.c. fin. in 116. colum.de conſue.

454 Curſus temporis eſt magni effectus, ut dixi & oſtendi ſupra in quampluribus ſingularibus in quibus locutus ſum de diuturnitate temporis. Sed ultra omnia quæ dixi accipe aliū not.effectum quem producit curſus temporis: Nam tu ſcis, quod pœna homicidij,eſt pœna mortis.l.3.C.de epiſ audiē. & dixi latè.in l.1.in princ.in 3. not ff.de ſica. Attamen ſi quis olim commiſiſſet homicidium,de quo nūquam fuit cognitum,licet nunc detegatur tale crimen,& cognoſcatur de eo pœna debet aliquantulum alleuiari,ita dixit glo. & Barto. in l.ſi diutius.ff.de pœn.& Pet.de Anchar.& Barb. in 3.col.in c. fina.de conſué.quos refert,& ſequitur Rochus de Cur in d. c fina.in 2.colum.ad fi.vbi ex his infert,quod talis homicida decapitari non debet, ſed alia leuiori pœna puniri,quia ſi pęna debet eſſe leuior,quia delictum fuit iandiu perpetratum ergo erit minor morte, ut ad ſenſum patet. quod dicit ibi

Dom.

Dom. Rochus ligandum eſſe digito, quia ſecūdum eum eſt deciſio pro liberando amico à pęna mortis. pro quo ſecundum eum benefacit tex. in l. querelam. C. de fal. & in l. adultus. C. de adul. vbi temporis curſu crimen abolet. Sed tu vltra Dom. Rochum vide Salv. hoc expreſſe dicentem in l. ſeruos. in 2. col. C. ad l. Iul de vi. Et pro hoc dicto optime faciūt quæ ego dixi in l. 1. in §. diuus Hadrianus. in pen. colum. in prin. ff. de ſica. Tene menti, quia ſæpe contingit, quod homines pro aliquo antiquo homicidio capiuntur, & inquiruntur de eo, &c.

455 Difficilimum eſt iuſtum dolorem temperare. ita dicit tex. not. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. ff. de adul. l. Gracchus. circa fi. C eo. titu. quæ iura alleg. Pau. de Caſt. ad no. deciſionem in conſi ſuo 192. In cauſa incarceratorum. in vlt. colum. & Ange. de Are. in tracta. malefic. in ver. & dictus Titius ſe defendendo. in 3. cha. in ver. aduertas. & Dom. Franc. de Are. in conſi. ſuo 116 incipien. Sicut Ioannes. in vlt. colum. Et idem probat tex. in l. 1. in §. fina. ff. de ſica. & in l. ſi quis in graui. in §. ſi tamen maritus. ff. ad Sylla. Et voluit gl. in l. nec in ea. in §. fina. ff. de adult. & voluit Abb. in c. dilecti filij. de excep. & in c. 1. de iniur. & in c. cum te. in 11. colum. de re iudi. de quo latius locutus ſum in l. 1. in princ. in 9. col. ver. 13. limita, &c. ff. de ſicar. Et per prædicta iura ſcilicet d. §. imperatores. & d. l. Gracchus. teneas perpetuo menti ſing. verbum quod dixit Dom. Par. de Put. videlicet, quod ſi iudex nō præcedentibus indicijs poſuit aliquem ad torturam, quod ſi ille ſic indebite tortus occidat talem iudicem, non debet puniri pœna mortis ſed alia minori pœna citra mortem licet pro homicidio imponatur pœna mortis, vt dixi in ſuperiori pxi. not. Ita ſingu. dixit D. Par. de Puteo in tract. ſyndi. in 31. char. in 2. col. in fi. ſub ver. quidam iudex vbi refert quandam facti contingentiam. pro quo dicto faciunt optimè quæ dicūtur de prouocato delinquente qui excuſatur delicto. de quo late dixi. in d. l. 1. in prin. in 9. colum. ff. de ſica. & dixit etiam Ale. in conſi. ſuo 144. incip. Poſt redditum. in 2. colum. in 2. vol. Tene menti rogo prædictam doctrinam, quia modernis tēporibus plurimum iudices velo leuato torquent homines ſine indicijs, & velle ſuum ſubrogant loco indiciorum, quod eſt durum, & iniquiſſimum, tamen toleratur à ſuperiorib. immemores, quod lento gradu diuina procedit ira, non tamen ipſe Deus obliuiſcitur iniquitatum iniquorum iudicum, &c.

456 Habuiſti ſupra ſatis late in ſing. 195. incip. Nemo priuandus eſt poſſeſſione ſua, quod quis non debet ex abrupto nō ſeruato iuris ordine priuari poſſeſſione ſua, de quo me remitto ad ea quæ ibi dixi. Sed circa ipſam materiam poſſeſſionis dico vnum aliud not. verbum, videlicet, quod adeo iura abhorrent ſpoliationem poſſeſſionis alicuius, quod ſi quis vellet me expellere de poſſeſſione mea, quod amici, & vicini mei pñt illū impune percutere ne me expellat etiam ſi p magiſtratum fuerit miſſus talis executor, quia populus, & qlibet de populo poterit illi reſiſtere impune illum arcendo à tali nequitia quam committit. ita dixit Bar. in l. deuotum. C. de metal. quem refert, & ſequitur Dom. Par. de Puteo in ſuo tract. ſyndi. in 2. char. in 1. col. in ver. excedant plerique, &c. quod profecto eſt multum no. propter iſtos baratarios, & Modernos bariſellos qui de facto homines bonis, & rebus ſuis indebitè ſpoliāt vt tota die occurrit, & eis videntur oīa licere, &c. Et idem voluit Corſe. in no ſuis in ver. defenſio. in 2. no. pro quibus faciunt dicta per Do. Alex. in conſi. ſuo 119. incip. Viſo proceſſu, &c. in 3. col. in 7. vol.

457 Teſtimonium infamis infamia iuris vel facti, licet non ſit habile quo ad condemnandum, vt habetur in l. 1. C. de ſum. tri. & in c. teſtimonium. extra de teſtib. de quo late dixi in repet. mea l. fina. in 6 char. de proba. & in ſing. meo 109. incip. Infans, &c. Tamen ſcias, quod tale teſtimonium eſt ſufficiēs ad inquiſitionem, & ad torturam. Ita ſingu. dixit Bal. in l. 1. in 6. col. C. de ſum. tri. quem refert, & ſequitur D. Par. de Puteo in tract. ſindi. in 94. char. in 4. col. circa med. quod eſt ſingulariter not. Sed hoc tamen indiſtincte non audeo affirmare per ea quæ dixi infra in ſingu. 476. incipien. Audiuiſti, &c. vbi videas.

458 Liber mercatoris, an & quando faciat fidem pro eo, vel contra eum, habetur late per ſcribentes in l. quædam. in §. nummularios. ff. de eden. & in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. rationes. C. de proba. & in l. Lucius. in §. tutelæ. ff. de admini. tut. & in l. argentarius. ff. de eden. & habetur per Bal. in l. in 2. col. C. de confeſ. & per Pau. de Caſt. in l. tale pactum. in princ. ff. de pact. & per B. l. in rubr. C. de conſti. pec. in vlti. colum. & in l. in bonæ fidei. in 4. colum. C. de reb. cred. & in rub. C. de fide inſtrum. in penul. char. Sed in hac materia teneas menti duo. primum quod ſi ex forma ſtatuti vel conſuetudinis ſtandum eſt libro mercatoris etiam in magnis qtitatibus, quod tale ſtatutum, vel talis conſuetudo debet intelligi accedente tamen conſenſu iudicis, & ſi iudici videbitur conſiderata qualitate mercatoris, & quantitate ac conditione cauſæ, ita dixit Bal. in l. vnica. in 4. colum. C. de confeſ. quem refert, & ſequitur Abb. in cap. bonę. el 2. in vlt. colū. de poſtu. præla. quos refert, & ſequitur Iaſ. in repe. l. admonendi. in 50. colum. de iureiur. Et ſubdunt prædicti in locis ſuperius alle. quod ſi talis conſuetudo indiſcreta eſſet, & indifferens, puta quia diſponeret quod ſcripturæ mercatoris credendum eſſet pro ſe, quòd non ualeret, quia eſſet ſine ratione, & eſſet prona ad falſum committendum contra. l. conuenire. ff. de pac. dot. & contra c. erit autem lex. 10. diſt. quod etiam voluit Iaſ. in l. quædam. in §. nummularios. ff. de eden. Secundo teneas menti quod ſtāte dicto ſtatuto, vel conſuetudine, ꝙ libris mercatorum plena fides adhibeatur pro ſcribente, debet hoc intelligi, & limitari, niſi mercator eſſet alias infamis, vel ſuſpectę vitæ, ita dixit Bal. in d. l. cunctos populos in repe. in 15. colum. in ver. quartum exemplum ſtatutum pmittit, &c. & Bal. in l. Caſſius. in vlt. colum. ff. de Sena. quod ibi intelligit ſi talis infamia ſit publica, alias ſecus. quæ dicta refert, & ſequitur Iaſ. in repe. l. admonendi. in 50. col. ff. de iureiur. ubi pro hoc adducit etiam Bart. in ſimili. in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. vbi dicit quod hodie libris mercatorum, vel campſorum, plena fides datur pro alio contra tertium. quod intelligit Barto. eſſe verum, niſi talis mercator ſit perſona ſuſpecta. argu. l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edē. Quæ omnia tene menti, quia multum ſeruiunt in curia mercatorum, &c.

459 Vox viua dignior eſt voce mortua, & ei merito præfertur. tex. eſt in Auth. de inſtr. c. & fide. in §. ſi vero tale. & voluit Sp. in titu. de proba. in §. videndum reſtat. in ver. Sed pone, quia inſtrumento. & glo. in c. tertio loco. de proba. & ibi Barba. in 27 col. & Pet. de Anch. in repe. c. canonum ſtatuta. de cōſt. in 7. col. & Barb. in c. 2. in 10. col. extra de prob & voluit gl in c. poſt ceſſionem. & ibi Barto. in 24. col. extra de proba. Attamen teneas mēti vnum caſum not. in quo vox mortua præfertur viuæ voci. Nam tu ſcis quod confeſſio facta abſente parte non plene probat, vt habetur in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. & in l. fi. ff. de interro. act. per cano. maximè per Dom. Felyn in c. cum olim. de reſcr. & dixi ſupra, in ſing. 202. incip. Tu ſcis regulam. hoc tamen fallit in confeſſione quam facit mercator in libris ſuis abſente parte, nam talis cōfeſſio plene probat licet ſit vox mortua. Ita not. dixit Bar. in l. inter chartulas. C. de conue. fiſ. deb. lib. 10. quem refert, & ſequitur Bal. in l. vnica. in 4. colum. verſi. primo caſu ſtatur, &c. C. de confeſ. vbi dicit quod hoc euenit, quia ſcriptura habet actum permanentem, quod non contingit in confeſſione viuæ vocis, vt de ſe patet. ad quod etiam ipſe Bal. adducit dicta per Inn. in c. cum contingat. de offi dele. & in c. ſi cautio. de fide inſtr. & idem tenet D. Alex. plura allegans, in conſ. ſuo 245. incip. Ponderatis. in 6. vol. & in hac materia confeſſionis factæ abſente parte, vide quæ dixi ſupra in ſing 202. incip. Tu ſcis regulam illam, &c.

460 Notiſſimum fore opinor in iure, quod dictum teſtis ſine iuramento eſt inualidum, vt habetur per omnes in l. iuriſiurandi. C. de teſtib. & in c. tuis quæſtionibus. eo. tit. & in c. itē iuriſiurandi. 4 q. 3. & in c. hortamur. 3. q. 9. cum ſim. & hocq̃ne dum procedit in teſte, ſed etiam habet locum in alia quacunque perſona cuius dicto ſtandum eſt ex diſpoſitione ſtatuti vel alterius diſpoſitionis, ſecundum Ang. in repe. l. ſi vacantia in 2. colum. C. de bo. vac. lib. 10. de quo latiſſime dixi in repe. mea l. fi. in 7. char. C. de prob. & s. in ſing. 204 incip. Ad validitatem. Attamen teneas menti perpetuo, ꝙ quando fides teſtis eſt ab vtraq; parte approbata in tali teſte non requiritur iuramentum, & valet eius dictum ſine iuramento, ita ſingu. dixit Bar. in l. Lucius, in fi verbis. ff. de fideiuſ. alleg. no. in l. 1 §. 1. ff. de fer. Quod dictum pro valde no refert, & ſequitur dicens illud non legiſſe alibi, Iaſ. in repe. l admonendi. in 46. col. ff. de iureiu. quod dicit no eſſe ad limitationem d. l. iuriſiurandi. cum ſi. & illud dictum Bar. etiam pro no. refert, & ſequitur idem Iaſ. in §. item ſi quis, in 13. col. Inſt. de act. & vide quæ dixi in ſing 434 inc. Alias tibi dixi, &c.

461 Regulariter ſtante ſemiplena probatione in cauſis nō magnis nec arduis defertur iuramentum in ſupplementum probationis, vt late habetur per omnes in l. admonendi ff. de iureiu. & in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. Sed ſcias tu quod tale iuramentum in ſupplemētum probationis non differtur etiam ſtante ſemiplena probatione quando veriſimiliter debent poſſe inueniri plures teſtes illius rei. Ita no. dixit Bart. in d. l. admonendi. in 13. col. in ver. Item hoc intelligo verum. & idem voluit Bal. in d. l. in bonæ fidei. & in repe. l. de quibus. in 22. col.

22.col.ff.de legi.quos refert,& ſequitur Alexan. in conſi.ſuo 456. incip.Viſo proceſſu cauſæ.in vlt. colum. pro quibus facit gl.no.in c.ſtatutum.in §.cum vero.in verbo,ſaltem.de reſcrip. in 6. quæ dixit quod iuramento non creditur niſi in defectum aliarum probationum.quam glo.refert & approbat Bal.in l.1.in 1. colum. C.de reb.cred. Tene menti, quia vidi hoc in facto in palatio Poteſtatis,non ſunt adhuc tres dies, &c.

462 Notario non creditur niſi de his quę coram eo fiunt quādo celebratur actus vel contractus,vt late tradunt ſcribentes in c.quoniam contra. extra de proba. Et ideo teneas menti vnum perpetuo,quod ſi Notarius hodie conficit inſtrumētum mutui,& aſſerit, quod heri in ſua præſentia fuit numerata pecunia,nihil probat de numeratione, quia tēpore numerationis non fuit rogatus de ipſa numeratione,ſed hodie & non poteſt atteſtari in inſtrumento niſi de viſis tempore rogationis. Et ideo licet falſum dicat,non punitur de falſo, quia loquitur vt priuata perſona,ita no dixit Bal.in l.ex his.in 2.colum.C.de teſtamen.mili. quod dictum pro valde not.refert, & ſequitur Dom.Fely. in cap.ſi cautio.in 23.colum.ver. & vnum perpetuo no. de fide inſtrum. vbi dicit quod iſtud dictum nunquam exeat mentem tuam. & vide quæ dixi ſupra in ſingu.4 5. incip. Iuramentum,&c.& Socy.in conſ.95. incip. In cauſa in 1.colum.in 3.volum. Alex.conſi.20.incipiē. Viſo in 3.col.in 6.vol.&c.

463 Rigor iuris ciuilis in pluribus moderatur ab æquitate iuris canonici,& hoc patet.nam de iure ciuili ille qui non opponit exceptionem non num.pec. intra biennium, vlterius non auditur illam opponendo.tex.eſt vulgatus in l.in cōtractibus.C.de non num. pecu.& ibi habetur per omnes. attamen de æquitate iuris canonici auditur etiam poſt biēnium volens probare pecuniam non fuiſſe numeratam. Ita dixit Dy. in regu.locupletari.de reg.iur.in 6.quem refert,& ſequitur Lud.Roma.in l.diuortio.ff.de verb.oblig.& in conſ ſuo 44. incip. Ex.ſ.narrato.in 1.col.& Ang.in conſi. 54.incip.Videtur prima fronte.& voluit.D An.& Io.de Imo.in c.fina.in pen.char.extra de ſol.& volunt alii plures Doct.in alijs locis. quos accurate refert, & ſequitur D Fely in c.ſi cautio. in 19. col.ver.modo fallit primo.de fide inſtrum. Moderatur etiā in alio. Nam tu ſcis,quod vbi eſt dies,& pœna,non admittitur more purgatio,vt late habetur in l.magnam. C. de cōtrahen.& commit.ſtip & in l.traiectitiæ.in § de illo.ff de act. & obli.& habetur latiſſime in l.ſi inſula.ff.de ver. obli. & ibi dicit Ange ꝙ debitor obligatus ex inſtrumento publico ſi cōuenitur non poteſt moram purgare ſi extat ſtatutum quem debere cogi ad obſeruantiam promiſſorum ꝑ inſtrumētū guarentigiatum.quod dictum ibi refert,& ſequitur Alex. in 1.col.Attamen de æquitate canonica eſt ꝙ mora poteſt purgari etiam vbi interuenit iuramentum,ita dixit Bald. in l.qui crimen.in 11.q.C.qui accu.non poſ.quod dictum approbat Alex.in l.ſi quis maior.C.de tranſac.vbi ad hoc etiam alle D. Ant.& Io.de Imo.in c.dilecti.de arbi. volentes quod de iure canonico ſeu de æquitate iuris canonici mora ſemper poſſit purgari ſi aduerſarius nō ſit paſſus damnum propter moram.& idem videtur velle Bal.in l.ſi pacto quo pœnam.in pe. col.C.de pact.Et ita tenuit auunculus meus,D Hiero.de Zanetinis in repe.c.1.de accu.in 55.differentia inter ius canonicum, & ius ciuile & ibi ipſe alleg.D.Ale pro hac parte conſuluiſſe in conſi.ſuo 266.incip Videndum eſt igitur,&c. in 2. char.de quo latius per Do.Philip. Dec. qui prædicta refert in conſi. ſuo 138. in 3.colū. & faciunt optime dicta per eum in conſi. 146.in fi. .col.vbi ponit,an emphyteuta quādo ſoluit canonem debito tempore poſſit purgare moram.Item etiā in alio æquitas iuris canonici moderatur rigorem iuris ciuilis. Nam tu ſcis quod de iure ciuili incertitudo vitiat omnē obligationem,& omnem diſpoſitionem,vt latiſſime dixi in repe.mea rub.C.de proba.in fi. tamen de æquitate canonica poteſt compelli promiſſor vt arbitrio boni viri adimpleat promiſſa incerta,ita ſing.dixit Archi.in c.nonnulli.1.q.2. quē refert,& ſequitur D.Ant.in c.ex parte.extra de cenſib. quod refert, & ſequitur Dom.Alex in l.1.in 6 col.ff.ſol.mat.vbi dicit,ꝙ non recordatur hoc dictum vidiſſe apud legiſtas relatum præterq̃ à Bal.in l.ſalarium. ff. manda. de quo latius ſatis dixi in ſing.meo 223.incip.Nonnulla dedi tibi ſingularia.vbi videas. Et in materia æquitatis,vide quæ dixi in l.1. §. fi. in 13. col.ver.& ad hoc dicēdum.ff.de quęſt.Et ſcias etiam,ꝙ ęquitas non conuenit Iudæis,& ideo illis non eſt ſeruanda,ſecundum gl.in c.2.extra de Iudæis.de quo latius per Iaſ. in repet.l. ad monendi.in 108.col.de iureiur.

464 Ex pacto nudo non oritur actio.l.iuriſgentium.in §.ſed cū nulla.ff.de pact. Et idem dicas eſſe in promiſſione nuda. ar.d. §.Et ideo ſcias,& menti teneas vnum, videlicet, ꝙ ſi aliquis peteret à me ꝙ donarem ſibi veſtem,& ego reſpondi,nō tātum veſtem ſed omnia quæ habeo,ꝙ talis reſpōſio ſeu promiſſio me nō obligat in aliquo.ita probat tex. & hoc ibi voluit Ioan And.Bal.& alij,in cap cum veniſſent.circa med.extra de inſti. & hoc etiam expreſſe voluit Lud.Rom. in repe. rub.ff.de arbi.in 3.col.vbi alleg.Bal.in d.c.cum veniſſent. quē refert Iaſ in l.ex his verbis.ante fi.C.de teſt.mili.Et pro iſtis facit,nam licet confeſſio ſit magni effectus.& importantiæ, tamen quilibet confeſſus non poteſt ex ſua confeſſione condemnari. quod patet ex his quæ dixit Alb.de Roſa. in 2. parte ſtatu.q.148.incip Item quæro de eo, &c. vbi dixit ꝙ ſæpe in caſtris ſeu villis ſunt ſtatuta, ꝙ quando fit æſtimum quilibet debeat iurare,& dicere omnia bona ſua,& etiam debita ſi habet,modo aliquis iurauit ſe debere Titio. 10.quę vere ſibi non debebat,modo ille Titius virtute illius confeſſionis, & iuramenti vult petere dicta 10.quæritur an poſſit? arguit ad partes,ſed finaliter dicit,ꝙ non poterit petere dicta. 10. nā dicit,ꝙ non eſt reperire,ꝙ ex tali iuramento oriatur alteri actio,cum non ſit delatum à Iudice,nec à parte parti vt requiritur ad hoc vt ex iuramento oriatur actio, de quo ibi latius per eum.facit etiam optime dictum Saly.in l.vnica.in 8. col. C.de confeſ.vbi dicit,aliquis petebat à me mutuo.10.ego volens me excuſare à tali mutuo dico,non habeo,imo ſi haberē pecunias,reſtituerem.20. iſti Seio præſente,cuius ſum debitor ex mutuo, certe per hoc non potero cōueniri a dicto Seio. ad quod adducit ibi Saly.plures rationes, & plura iura de quibus ibi per eum vide tamen not.& ſingularem tex: in l. deſiderium. & quæ ibi dicit Bal. C depo. Et licet credam prædicta eſſe vera,tamen tales confeſſiones periculoſæ ſunt, & poſſent dare maximum faſtidium confitentis. Et in materia vide Berth in reper. ſuo in ver. verba contrahentium. in pen. & vlt. verſi.

465 Aliqua ſunt prohibita in vita quæ tamen conceduntur in morte. & hoc apparet.nam prohibitus alienare rem non eſt prohibitus illam relinquere in teſtamento, vel in alia vltima uoluntate. ita dixit Ang.in conſi.ſuo 67.inci. D.Andreas ſuū condidit teſtamentum,&c.quem refert,& approbat D.Ale. plura addendo,in conſi.ſuo 153.incip. Viſis & accurate, &c. in 2.vo.de quo etiam per ſcrib.poſt Bar.in l.pater.in §.fundū. ff.de leg.3.& per Socy.in conſi. 251. incip. Quoniam in præſenti,&c.in 2.3.& 4.col.& in conſi.19. inci.Pro declaratione. ante fi.& per Bal.in conſi.ſuo 102.incip.Verba ſtatuti, &c. in 1.col.in 1.vol.& per Iaſ.in l.non dubium.in 1.col.C. de teſta. & per D.Philip.Dec.in conſi.ſuo 38 incip.Circa primum. in 6.col.Item hoc etiam apparet,nam licet adultus habens curatorem nō poſſit in vita alienare res immobiles ſine authoritate curatoris, & decreto iudicis,vt in l.lex quæ tutores. C. de admi.tut.& l.magis puto.ff.de reb.eo.tamen adultus in teſtamento poteſt dare licentiam executoribus ſuis alienandi res immobiles ſine curatore,& ſine decreto iudicis.ita dixit Bal.in l.prædium.C.quando decre.opus non eſt & in l. 1. in prin.ff.de reb.eo quod dicit Iaſ eſſe mirabile, in l. ſi frater. in fi.C.qui teſtam.face.poſ.Et idem dixit Ale.in conſi.205.inc. Ponderatis,&c in .col.in 6.vol.

466 Quoniam multi ſunt Notarij nomine,pauci vero re,& intelligentia. Ideo non eſt mirandum ſi ſæpe reperiuntur multi errores in inſtrumentis ipſorum Notariorum,ex quib.inter partes oriuntur lites,& diſcordiæ.Et ideo ſcias ꝙ ſi Notarius in protocollo aliquid ſcripſit,& illud poſtea cancellauit, & poſtea in margine ſcribit,hoc fuit caſſum ſeu cancellatum de voluntate partium,nec de tali cancellatione ibi apponit teſtes, ꝙ hoc caſu non creditur Notario, & talis cancellatio non valet,& ea non obſtante poteſt inde ſumi publicum inſtrumentum.Ita multum no.dixit Io.And.in addi.Spe. in tit. de inſtr.edi.in § oſtenſo.in 7.co.in addi.incip. Dixit.Rolandinus,&c. vbi plura iura,& rationes alleg.pro hoc dicto,quod dictum refert,& ſequitur D.Ant.in c.cum P.tabellio.in vlti. col.de fi.inſtr.& Abb.in conſi ſuo 34. inci. Super quæſtionis materia.in 2. colum in 3.vol & D.Alex.in conſi.ſuo 59. inci. Viſo proceſſu.in antepen.col.in prin.in 2.vol.vbi refert alios approbantes hoc dictum.& refert etiam Bal. tenere contrarium,ſed reſpondet,& finaliter tenet cum Ioan.And.in loco præalleg.& idem tenet Iaſ.in l.ſi vnus.in fi.C.de teſta.& ibi refert Pau.de Caſt dicentem ita obtentum eſſe in facto in hac ciuitate Bononiæ.Tene menti,quia prima fronte videretur ex pluribus dicen.cōtrarium.& vide Bal.in rub.C.de fi. inſtr. in 8.col.ver.modo incidit,&c.

467 Viget ſtatutum fere per omnes ciuitates Italiæ, ꝙ inter affines de litibus,quæſtionibus ſeu differentijs fiat cōpromiſſum,quod etiam eſt cautum de iure communi, ut habetur in l.congruentius C.de pat pote.Sed ſcias,ꝙ tale ſtatutū non ſemper habet locum,nam quando agitur coram iudice ordinario

dinario

dinario extra contractum vel ex inſtrumento iurato,& reus
conuentus poſt oppoſitiones per eum factas petit compro-
miſſum fieri virtute dicti ſtatuti,tunc non habebit locum di-
ctum ſtatutum,quia petendo compromiſſum reus incide-
ret in periurium,& non eſt veriſimile,ꝙ de tali caſu ſtatuen
tes cogitauerint Ita no.dixit Pau de Caſt.in conſi ſuo 67.in-
cip.Viſis,& conſideratis omnibus.quod dictum pro no. re-
fert, & ſequitur Ale.in conſi ſuo 37 incip.Viſo, & opportu-
ne diſcuſſo proceſſu,in 10.col.in 2 vol.& Iaſ. in l. eleganter.
in 2.col.ff.de cond.inde de quo ego dixi in repe.mea.l fi. C.
de prob.in 34 char Item nec prædictum ſtatutum habet lo-
cum quando res de qua petitur compromiſſum eſſet liqui-
da, ſecundum Bartol. in l.ille aut ille. §. cum in verbis. ff.
de leg.3 vbi dicit,ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ iudex teneatur mit-
tere cauſam conſilio ſapientis,ꝙ tale ſtatutum non habet lo
cum quando res eſt clara,vel liquida,quod dictum refert, &
ſequitur Alex.in conſi ſuo 145.incip.Viſo proceſſu.in vlt.co.
quod etiam voluit Bal.in l.1.C.de rela.& Bal.Pau de Caſt &
Fulg.in l.placet.C.de ſacroſan.eccle.& voluit Iaſ.in d.l.elegan
ter.in 2.col.vbi dicit idem eſſe ſi ex forma ſtatuti, vel conſue
tudinis litteræ cambij haberent executionem paratam. al-
legat ad hoc Ang. in l. ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.de ver
bo.oblig.Et ſubdit generaliter loquendo, quod iſtud proce
dit vbicunq; quis habet aliquam exceptionem impedietem
litis ingreſſum nd quod alle.Bal.Saly.& Fulgo.in l.fratris. per
illum tex. vbi etiam Alex.C.de tranſac.& Bal. in l.ſi iudex. in
fi.ff.de his qui ſunt ſui vel alic.iur.& Lud.Rom.in repe.rub.ff.
de arb.in 18.col.quod etiam voluit Fely.in c.ſicut.in 1.co.de
re iud.& in c inter monaſterium.in 15.col.eo. tit. vbi latius
loquitur in materia. Adde quod prædictum ſtatutum nõ ha-
bet locum contra illum qui habet inſtrumentum habens
executionem paratam,vel ſententiam,ſecũdum Bar.in l.am-
bitioſa.in 5.col.ff.de decre.ab or.fa.& in l.ſi cauſa cognita.vbi
etiam per alios.C.de tranſac.& in l.poſt rem.ff.de tranſact &
Lud Roma.in d.repe.rub.ff.de arb.in 17.col & volunt cano.
in c.expoſita.de arbi.& Io.de Imo.in c.ſuper eo.ad fi.de tran-
ſac.& Iaſ.in d.l.eleganter.& Ange.in d.l poſt rem.& Alexã.in
conſi.82.incip.In cauſa.in vlt.col.in 1 vol.Videas tamen om-
nino Socy.prædicta reſtringentem multum no.in conſi.ſuo
4.incip.Viſis actis.in 1.vol vbi dicit quod prædicta procedũt
quando inſtrumenta guarẽtigiata ſunt clara,& aperta, ſecus
ſi aliquo modo,vel ex aliqua cauſa redduntur obſcura, quia
tunc non habet locum prædictum ſtatutum.alle. Abb.in ca.
cum olim de verb.ſign.vbi no.loquitur in materia. pro quo
faciunt optime dicta per eundem Socy.in conſi.ſuo 51.inci.
Præſtantiſſime Doctor.in 2.col.in 1.vol.Item prædictum ſta
tutum non habet locum vbi eſſet quæſtio de articulo meri
iuris,quia nulla ſubeſt compromittẽdi ratio,cum ius habeat
illam cauſam pro deciſa,ſi tamen habuit mixturam iuris, &
facti tunc poteſt cogi ad compromiſſum.ita dixit Bal.in l.cũ
proponas C.de iureiur.& in l.ancillę.in 1.col.C.de fur.& So
cy.in conſi.ſuo 51.inci.præſtantiſſime Doctor.in 2. col.in 1.
vol.& Ale.conſi.62 inc.Viſa facti.in 2.col.in 2.vol.& in conſi.
62.inc In cauſa, in 2.col.in 7.vol. Item prædictum ſtatutum
non habet locum in cauſis criminalibus exiſtentibus inter
affines. ita no.dixit Inno.Io.An.& Abb.in c.irrefragabili. in
§ cęterum. de offi.or. Item non habet locum dictum in q.tu
telę,nam affines non poterunt cogi vigore talis ſtatuti face-
re compromiſſum de tali lite ſeu differentia ita no.dixit Bal.
in l prætor ipſe. ff. de tuto. & curato. dam.ab his. Item di-
ctum ſtatutum non vendicat ſibi locum in cauſa appel-
lationis,ſed ſolum in cauſa principali, ita dixit Pau. de Caſt.
in conſil. ſuo 75. incipien. Quod in cauſa appellationis. &
eum ſequitur Ale.in l.ſi cauſa cognita. in vlt.col.C.de trãſac.
& in conſi 82.incip.In cauſa vertente.in 4.col.in 1. vol. & in
conſi.ſuo 296.incip.Diuini numinis,&c.videtur prima conſi
deratione dicen.in 4.col.Item prædictum ſtatutum non ar-
ctat clericos,ita dixit Bal.in conſi.ſuo 107.incip. Dictat ſtatu-
tum.in 6.vol.& Ale.in conſi.ſuo 210.inci.Viſa facti narratio-
ne,&c.in 5. col.in 2 vol. vbi allegat alios ad hoc,quod dicit ꝓ
cedere etiam in clericis in minoribus conſtitutis de quo ibi-
per eum.de quo etiam per Socy.in conſi 71.incip.Circa &c.
in 2.vol An autem tale ſtatutum habeat locum quando ali-
qui ſunt fratres legitimi, & aliqui non legitimi qui habent li
tem inſimul. vide Pau.de Caſt.in conſi.183.inc.In cauſa quæ
vertitur.in col.& D.Fel.in proœ.decre.in 3.col.ante fi.Ale.
conſi.60 inc.Viſa legitimatione.in 2.vol.Item an habeat lo-
cum in emancipatis.vide Iaſ not.loquentem,in l. qui ſe pa
* tris.in 27.col.in ver.2. * C.vnde lib.Item an habeat locum in
legitimatis vide Pau.de Caſt.in conſi.69.incip.Super eo, &c.
Item an habeat locum in minore.vide Bal.in 1. conſtitutio-
ne.C.in §.quibus Item ſcias,quod ſtante prædicto ſtatuto, ſi
vnus ipſorum affinium dicit rem eſſe liquidam, ideo non eſ-
ſe fiendum compromiſſum,alius dicit imo rem eſſe liquidã,
iſto caſu ſuper hoc an res ſit liquida,vel non,debebit fieri cõ
promiſſum.ita dicit Bar.in l.ſi quis in conſcribendo.per glo.
ibi.C.de pac.& ibi clarius hoc firmat Pau.de Caſt.Raph. Ale.
& Iaſ.& voluit Cæpo.in conſi.ſuo 10.incip.Non putet aliqs,
&c.in vlt.col & in conſi.74.incip.Viſo ſtatuto,&c.in 2.colũ.
Scias etiam in materia iſta, quod ſtante dicto ſtatuto iudex
non poterit compellere partes ad fiendum compromiſſum
niſi hoc petatur ab altera ipſarum partium. Ita dixit D. Ant.
in c.venerabilis.de excep.quem refert,& ſequitur Alexan. in
conſi.ſuo 82.inc.In cauſa. in pen.col.in 1.vol.& Iaſ.in d.l ele-
ganter.in 2.colum.ff.de condi.indeb. Et vt plene habeas ma
teriam dicti ſtatuti,ſcias quod quando dictum ſtatutum ar-
ctat aliquos ad compromiſſum,tunc à laudo dato poteſt ap-
pellari,licet regulariter à ſententia arbitri non appelletur, ut
in l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbi.tex.eſt in c. ab arbitris. de
offi.deleg.in 6.in fi.& ibi Bar.C.de iudi. & voluit Bart. in d.§.
ſtari.& in d.l.1.in 2.col.C.de peri.& commo. rei ven. & in l.
venales.C.quando prouo.nõ eſt neceſ.de quo etiam per eũ,
in l.quid ergo.§.ex compromiſſo.ff de his qui no infa. & per
Pet.de Anch.in d.c.ab arbitris & per Bal.in c.cum vigeſimũ.
de offi deleg & per Doct.in c.ſuſpiciones.de offi.dele. & per
Bar.in l 1.§.qui prouocauit in 11.col.ff.de pact.& in c. irrefra
gabilis.§.cæterum.de offi.ord.& per Bal.in rub. extra de arb.
in 7.col.& per Lu.in l.arbitro.ff.qui ſatiſd.cog. & in l. admo-
nendi.in 11.col.ff.de iureiu.& per Imo.in l.1.in 8.col.ff. ſolu.
mat.& per Bar.in proę.C.& in l.nemo poteſt ff. de leg. 1. &
in l.ſi,quis maior.C.de tranſact. Item ſcias quod dictum ſta-
tutum volens,quod inter affines fiat compromiſſum de liti-
bus,& differentijs inter eos vertentibus dicitur fauorabile,ſe
cundum Iaſ.in l.qui ſe patris in 27.& 28.col. C. vnde libe. Et
quando ſemel vigore dicti ſtatuti eſt factum compromiſſũ,
quod expirauit,an iterum poſſint cogi partes ad cõpromit-
tendum. vide quæ dixi in ſingu.meo 172.incip. Habeo nunc
&c.vbi ſatis late circa hoc locutus ſum. Scias etiam circa hãc
materiam dicti ſtatuti, quod ſtante prædicto,quod inter affi
nes fiat compromiſſum ſi vnus ipſorum affinium cedat iura
ſua quæ habet cum affine alicui alteri,quod etiam ille ceſſio-
narius tenebitur facere compromiſſum ſicut tenebatur ipſe
cedens ne ille affinis efficiatur deterioris conditionis per ta-
lem ceſſionem. Ita dixit Bal in l.ſi poſt diuortium. per illum
tex.ff.ſol.matri.quem refert,& ſequitur D.Phi.Dec. in conſi.
ſuo 59.incip.Licet in caſu,&c.in 4.col.Vltimo pro nunc quã
do vigore dicti ſtatuti poſſit peti fieri cõpromiſſum,an poſt
concluſionem in cauſa,vel quando colligitur ex dictis per iu
dicem quem ſententiam ferri velit.Ita dixit Do. Lanfran de
Brixia. in tract.ſuo de arbi.in vlt.ver. ad quod vide quæ dixi
in l.maritus.in 4.& 5.col.ff.de quæſt.& Rapha.Cuma.in conſ.
ſuo 85.inc.quamuis.de iure communi.ante fi.& Pau.de Caſ.
in l.ſi velut.C.de compen.& idem dixit Ale. in conſi 62. inc.
In cauſa,&c.in 2.col.in 7.vol. Tene menti prædicta, quia nõ
poſſent eſſe magis quotidiana, & notabilia, quàm ſunt, nec
alibi ſimul inuenies,&c.

468 Sciunt communiter iuriſperiti,quod ubi eſt dies,& pęna,
non admittetur morę purgatio,ut late habetur in l. magnã.
C.de contrahen.& commit.ſtip.& in l.traiectitiæ.in §.de illo
ff.de act.& oblig.& latiſſime in l.inſulam.ff.de verb.obl.& di
xi.ſ.in ſing.463.incip.Rigor,&c.Tamen ſcias tu quod iſta re-
gula non habet locum in contractu pignoris.nam ſi ſum de
bitor tuus in certa quantitate,& dem tibi pignus cum pacto
quod ſi tali tempore non dedero tibi tuam pecuniam,ꝙ ha
beas pignus in ſolutum,certe ſi non ſoluero tibi pecuniam
debito tempore pignus non erit tutum,ſed ego potero mo
ram purgare,& dare tibi pecuniam tuam,& non habebis pi
gnus in ſolutum.ita not.dixit Ang.in l.cum dominam C.de
pign.ad quod alleg.tex.quem dicit vnicum,& ſingularem, in
l.Calipodius alias inci.quamuis.ff de ſolu.Tene menti, quia
eſt caſus quotidianus,& vtilis,quia quandoq; pignora ſunt
magni valoris,& maioris q̃ ſit debitum.

469 Dixit profecto no.verbum Io.And.in addi.Spec.in titu.de
obli.& ſol.ſuper rub.in 1.col.videlicet, quod propter illam
regulam,quod circuitus eſt euitandus,de qua in cle.auditor.
de reſcr.& in l.dominus teſtamẽto ff.de condi.indeb. quod
ille qui promiſit ſe obligaturum ad 10. poteſt ſtatim ad 10.
conueniri abſq; alia obligatione etiam euitari circuitus. q̄d
dictum refert, & ſequitur Alex.in l.cum fundus.in §.ſeruum
tuum imprudens.in 1.not.ff.ſi cert.pet.& Iaſ.in d.l. dominus
teſtamento ff.de condi. indeb. ubi ambo dicunt quod eſt
multum no.verbum quia multi contrarium dicerent. Et li-
cet prædicti excellentiſſimi Doct.ſequantur hoc dictum, ta-
men illud nunquam mihi placuit,& ſemper de eo dubitaui
eo quia

eo quia ſtatutum ſeu lex loquens in vendente non habet locum in faciente pactum de vendendo,ſecundum Iac.But.in l.1.C. de pact.pig. vbi dicit, quod ſi ſtatuto cauetur, quod de venditione ſoluatur gabella,ꝙ non ſoluetur ſi fuerit factum pactum de vendendo,quia aliud eſt vendere, & aliud facere pactum de vendendo pro quo facit in arg.l.amplius nõ peti. ff,rem rat.hab.vbi dicitur,quod aliud eſt agere,& aliud eſt velle agere.& pro iſtis faciunt alia plura no,adducta ad hoc propoſitum per D Anto.Corſe. in notab.ſuis.in ver. ſtatutum. in 2.verſicu.inc. Statutum loquens, &c. quem omnino videas.& ideo cogita an ſit vera illa doctrina Ioã.And. in loco præalleg. quia apud me dubia eſt.& vide etiam Bal.in rep.l.2. in 3 col.ver.conſidera, quia longe,&c.ff.de iureiur. & Alex. conſi.168 inc.Stantibus veris.in 6.vol.

470 Habens domum diruptam,ex qua perducitur difformitas in ciuitate,tunc dominus ipſius domus ſi non habet vnde reficiat poteſt cogi ad vendendum alteri qui ſit potens ad reficiendum,& ſi eam iuſto precio vendere non poteſt non cogitur ad vendendum,ſed licite poterit à republica petere tantum quantum ſufficiat ad reparationem domus. Ita ſingula. dixit Spe.in tit de ſatiſda.§.hoc quoq;, vbi allegat aliqua iura de quibus ibi per eum,quod dictum pro valde not.refert, & ſequitur D.Bartho.Cæpo.in tracta.ſuo de ſerui.vrba.prædio. in 59.rub.videlicet,de refectione.in 1.col vbi dicit,quod hoc dictum refert, & ſequitur Lud.Rom.in ſingularibus ſuis.Tene menti,quia eſt no.verbum,neſcio tamen ſi data accidentia facti obſeruaretur à ſuperioribus.

471 Sæpe contingit, quod contractus fiunt ſine Notario, ſed partes contrahentes inter ſe faciunt ſcripturam priuatam cõuentionis, & obligationis initæ inter eas. & quia accidit qñque vnus ipſorum cõtrahentium neſcit ſcribere, facit quod vnus tertius ſcribit pro eo de mandato ſuo, & illa ſcriptura obligat ipſum mandantem tanq̃ ſi eam ſcripſiſſet, vt not. in l.diuus.in § ſenatus.ff.de fal & ideo dixit Gemi. in c.ſi pro te. in princ.de reſcrip,in 6.quod ſtante ſtatuto, ꝙ quis nõ audiatur,ſeu nõ admittatur ad excipiendum contra ſuam ſcripturam,habet locum etiam ſi ſcriptura nõ eſſet confecta manu propria ipſius,ſed alterius eo mandante,de quo tamen dicto dubitauit D.Fely.in c.inter.in 3.col.de re iud, Sed quæri poteſt an tali caſu credatur tali tertio, quod ſcripſerit de mandato talis? In quo dicas,quod non, quia eſt dictum vnius ſolius,quod non probat.Ita finaliter concludit Io. de Imo. in conſi,ſuo 91.inci. In cauſa quæ vertitur.in 1.col.quod eſt no. quia eſt quotidianum,de quo etiam dixi in repe.mea rub C. de proba.in 58. col. vbi videas aliqua circa hanc materiam. & vide Alexand.conſil. 33. incipien. Viſo proceſſu. in vlti. colum. in 6.volu.

472 Clauſula, rato manente pacto, operatur vt ſors, & pœna poſſit peti, & non tantum ſemel ſed pluries ab illo qui conuenit inſtrumento, vt habetur per omnes in l. cum proponas. & in l.ſi quis maior.C.de tranſact.& in l.qui fidem.ff. eo. de qua clauſula etiam habetur per Bart. in l.2. in fi.C. de iure emphyt.& in l.cum pactum,in § libertus. ff. de lega.2. & per Ioan.de Imo.in cap. potuit,in 14.colum.ver & nota bene gl. extra de loca. glo. & Bar.in l.fina ff.de eo quod cer lo.& per quendam Moder.Dom.Vitalem de Cambanis in ſuo tract. clauſularum. in 1,char. in 3.colum. vbi nota. loquitur, & habetur per Corſe. in conſi. ſuo 51. incipien. In hac conſultatione. in 2.& 3.colum.in 1.volum. Scias tamen quod pœna conuentionalis non committitur,& peti non poteſt niſi ſemel,etiam ſi in contractu ſit appoſita clauſula, rato manente pacto. Ita ſingulariter dixit Bal.poſt Spec.in addi.in tit.de loca. in 5.colum in fi.in verſic. incip. pœna legalis. quod eſt nota. cum in contractibus ſæpius apponatur pœna conuentionalis,quàm legalis, vel ſtatutaria, & tali caſu dicta clauſula nihil operabitur.

473 Memini me alias in aliquibus operibus meis plura dixiſſe in materia notorij,vt apparet in repet.mea rubr.C.de prob. in 41.col.cum tribus colum.ibi ſequentib. & in l. 1. §. ſi quis dicatur.in 5.colum.& in l.pen. in prin. ff. de quæſtioni. & in rubr.ff de fal.in 7.colum.& in practica mea cauſarum criminalium,in pluribus locis,vt videri poteſt in tabula ipſius practicę,in ver.notoriũ.Sed vltra ea quæ dixi in dictis locis ſcias, quod quando notorie apparet ſententiam eſſe iniuſtam debet reuocari non obſtante,quòd ab ea non fuerit appellatũ. Ita ſingu.dixit Inno.in c.fraternitatis. de frigi. & male. quem refert,& ſequitur ibi D.Abb.& etiam in c.2.de purga. vulga. pro quo facit tex.in c.inter cæteras.de re iudi.vbi habetur qđ notorietas iniuſtitiæ reddit ſententiam nullam, & ibi etiam Abb,refert, & ſequitur illud dictum Innocen.& no. Abb. illum tex,ad vnum,uidelicet,quod ſententia continens iniquitatem eſt ipſo iure nulla. ad quem vide etiam Car.in ca.cum Bertoldus. de re iudi.& Hoſt.in cap.fina de præben.& Dom. Anto. in cap.ſuam.de pœnis & Abb.in c nouit de iudi.& vide no.glo.in d.c.fraternitatis,in verbo,per errorem.& Hoſt. in c.2.de arbi.& Bal.in l.vnica C ſi de momen.poſſ.fue.app.& cano.in c.interpoſita.de app.Bar.in l.1.in prin.ff.de ope. no. nunc.Ang in l.ſi pars.ff.de inoffic.teſt.& Abb.in d.c. inter cæteras.& Corſe.in nota.ſuis in littera S. in notabili incip. Sententia poteſt reuocari,&c.& in no.ibi ſec. incip. Si notorie, &c.& ad prædicta etiam faciunt dicta per Abb. in diſputa.incipien.Stante ſtatuto condito in Italia.in 7.col.& Spe. in tit. de execu.ſenten in §.fi.in 4.col in ver. illud autem quæritur, &c. Item adde hic, quòd ſententia cuius euidens eſt iniquitas ex tenore ſententiæ,vel ex actis,& quæ per victoris dolũ, & obreptionem obtenta eſt per ſuperiorem omnimodo retractanda eſt ſaltem ſupplicationis auxilio cũ appellationis, vel reſtitutionis via nequeat ſubueniri.Ita dixit Io.de Imo.in conſi.ſuo 147.incip. In cauſa,&c.in penu.colum.ad quod allegat Inno.in c.cum dilecta.de reſcri.& in c. cum Bertoldus, de re iudi.& ibi Hoſt.& Io.de Ligna.in cle.paſtoralis.de re iudic.Item adde quod in notorijs iniuſtum videtur ineptum. Ita dixit Bal.in l.1.in 5.col in fi.C.ne ex deli.defun.& in reperto,ſuo in ver.notorium. in antepenul.ver. de quo etiam per Dom.Nico.Millum in reperto.ſuo,in littera S.in 6.colum.in 5.no. Et circa ſupradictam materiam de notoria iniuſtitia Dom.Fely.in cap.conſanguinei. in 1.colum. de re iudi. & in c.inter monaſterium.in 8 colum.de re iudic.vbi dicit quod iniuſtitia æquiparatur nullitati.ad quod allegat Inno in d.ca. cum Bertoldus,& uide etiam Dom.Fely. in c.fina.in 2. colũ. de re iudic & vide no.verba Alex.in conſil. 9.incipien.ſtantibus.in 5.colum.in 6.vol.& in conſi.91.inc.in cauſa.in 1.colu. in eodem vol.& ibi in conſi.183.inc.in cauſa, & lite,in fi.pen. col. Tene menti prædicta,quia ſunt practicabilia, & ego in hac materia pluries conſului,& oretenus allegaui.

502 Sententia ſi fuit dicta nulla, & poſtea expreſſe ſit cōfirmata,meretur executionē etiam ſi fuiſſet dicta nulla ex defectu iuriſdictionis.ita nota.dixit Inn.in c.1.de confir.vti.vel inutili.quod dictum pro valde no.refert & ſequitur Ang.de Are. in §.quadrupli.in 20.co.Inſt.de actio.vbi dicit ꝙ idem voluit An.Imo. & Raph. in l.ſi expreſſim. ff. de app. Tu ſcias vltra eum ꝙ idē voluit Inn.in c.ſuper literis.in gl. ſuper verbo,forſan. de reſcrip. & Abb.in d.c.1. de confir.vti.vel inuti & Ang. in l.2.in 7.fallen.ff.ſi quis in ius voc.non ier.& Bal.in l.1.in ver. circa tertium.C.quan.prouo.non eſt neceſ.& Do.Fran.Cur. in conſi.ſuo.67.incip.ſuper pręmiſſa.in 18.col. vbi allegat rationem dicens ꝙ magis debet attendi ſententia confirmāſ quam ſententia confirmata. ad quod allegat Alex.in l.de pupillo.in §.qui opus,circa.5.col.de oper.no.nuncia. Et iſta potes addere ad materiam confirmationis.

503 Ex pace & treuga fcā inter aliquos ſępius plura oriunt̄ dubia:& ideo ſtatui nunc data opportunitate aliqua circa talē materiam in mediū afferre, ideo ſcias ꝙ ſi duo inimici fecerunt pacem & promiſerunt ſe inuicem non offendere ſub pœna,ſi alter eorum poſtea cōmittat aliquam cauſam propter quam offendi poſſit,poterit ex illa cauſa impune offendi non ex antiqua inimicitia ſuper qua eſt facta pax, ſecundum Bal.in l.quæro.§. inter locatorem. & volunt communiter ſcrib.in l.qui ſeruum.ff.de verb. obli. & ideo dixit Bar. in l.aut facta.§.cauſam.ff.de pęn.quod ſi facta pace te offendi non ex veteri inimicitia, ſed ex noua cauſa,quod non rumpo pacem.quod eſt not. ſeccundū Alex. Pau. de Caſt. & Iaſ. in d.l.qui ſeruum.& idem tenet Bal.in c.1.in prin.in 2.col.de pace tenen.d.Ant.& Imo.in c.cum inter.per illum tex. extra de renun.Ludou.Rom.& Alex.in l.ſemel mora. ff.ſolu.mat. & Lud.Rom.in conſil.ſuo.173.incip. in caſu propoſito &c. & Alex.in conſil.ſuo.29.incip. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter procuratorem.in 1.vol. Et tene menti perpetuo quod offendens ex noua cauſa non dicitur rūpere pacem etiā ſi talis noua cauſa ſuperueniens nō eſſet iuſta cā offendendi, ſ'm Alex.in d.conſi.29. quem refert & ſequitur pro valde no.D. Iaſ.in d.l.qui ſeruum.in prin. 2.col. & ibi ſubdit quod in dubio offenſa præſumitur facta ex cauſa de nouo ſuperuenta, & ſic licite & non ex antiqua. ita dicit tenere Bal. in l. ſi prædium.ad fi.C.de ędi.actio.quod dictum reputat ſing.Alex.in d.l.qui ſeruum.& in l.ſemel mora.& ibi dicit quod illam deciſionem Bal. velut auream nunquam obliuiſcaris. Et in materia nouæ cauſæ vide etiam Alex.in cōſi.462.incip. viſo themate ſupraſcripto & atteſtationes &c. Et ex ſupradictis poteris limitare iura dicentia quod inualida non ſunt in conſideratione,de quibus aliquid ſupra dixi in ſing. meo.274.incip licet &c vbi videas.

504 Virtus iuramenti multiplex eſt, vt tractant doc. in aut. ſacramenta puberum.C. ſi aduer. ven.& in l.ſi quis maior.C. de tranſac.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ. & in l.ſi quis inquilinos.ff.de leg.1.& in c.cum contingat. extra de iureiur.& in c.quamuis.de pact.in 6.& in c.licet mulieres. de iureiur.eod. lib.& in alijs locis.& dixi ego ſupra in pluribus ſingularibus. Sed vltra omnia quæ dixi in hac materia in d.ſing.meis,ſcias ꝙ iuramentum appoſitū per teſtatorem in teſtamento hēt vim clauſulę codicillaris,adeo ꝙ veniētes ab inteſtato intelliguntur rogati, quia iuramentum facit vt actus valeat omnimodo quo poteſt valere; vt in l.cum pater. in §. filius matrem.ff.de le.2.ita dixit Bar.in l.ſi quis in principio. in vlt.col. ff.de leg.3.& in l.ſi quis pro eo.in 7.& 8.mēbro.ff. de fideiuſ. & in l. .§.ſi quis ita.ff.de verb.oblig.& Bal in l.eam quam. in 4.col.C.de fideicom.qui dicit ꝙ iſta eſt mirabilis virtus iuramenti.& in l.ſi iure.C.de teſta.ma.quos omnes refert & ſequitur Iaſ.in d.l.eam quam.in 20.colum.nu.16.vbi etiam alia adducit ad corroborationem prædictorum quem videas.& idem ipſe dicit in l. ſi conuenerit. in 3.col.ff. de iur.om.iudi.

505 Antiqua in pluribus caſibus ſunt fauorabiliora & magis priuilegiata quam ſint recentia, vt habetur per Doc.in c.cū cauſam.de probat.& in c.cum dilectus.de ſucceſ. ab inteſta. & in c.ſi Papa.de priui.in 6.& in pluribus alijs locis, quæ gratia breuitatis omitto. Et ideo teneas menti duo. Primū eſt ꝙ in antiquis fama facit plenam probationē, ſecundū Inn. in c.veniens de verb ſig.in 6.& in c.veniēs.el.1.de teſti.& Bal. in aut.quas actiones.in fi.C.de ſac.ſan.eccle.& dixi late in l.de minore. in §. plurium.in 14.col.ff.de quæſtio. Secundo tene etiam menti ꝙ apocha priuata nullo adminiculo nec teſtiū nec comparationis literarum ſuffulta in antiquis ſemiplene probat.ita ſin.dixit D.An.in c.2.in 4.col.ver.tertius caſus &c. de fi.inſtru.allegat Io.And.in addi.Spec.in titu.de inſtru. edi. §.nunc dicendum.ſuper ver.quid ſi producens &c.quæ duo dicta refert & ſequitur Iaſ.in l.cum aliquis.num.5.& 6.C. de iu.deli.& ibi ſubdit quod ſi apparet ſententia quæ ſit lata de antiquo licet non appareat aliqua acta præceſſiſſe, tamen talis ſententia in qua dicitur, viſo libello, viſa lit.conteſt.viſa probatione &c. probat acta præceſſiſſe.allegat plura de quibus ibi per eum. & ibi ponit quod dicatur factum de antiquo.& vide ſupra, in ſing.436. incip.late &c.

506 In teſtibus plurimum conſiderantur qualitates perſonarum ipſorum teſtium,nam aliquæ ſunt qualitates quæ in totum annullant dictū ipſorum vt infamia,excommunicatio, bannum,& ſimilia,aliquę etiam ſunt qualitates quę minuūt fidem ipſorum teſtium, ut eis non plene credatur. Et ideo ſcias ꝙ illi qui aſcendunt cacumina ædificiorum pro illis reficiendis uel reparandis quod talibus ſi examinantur in teſtibus non datur plena fid,ſed ed eis minuitur de fide. ita dixit Ang.in l.1.§.beſtias. ff. de poſtulan. quem refert & ſequitur Ioan.de Ana.in c.1.in 3.col extra de tornea.quod nota,quia poſſet contingere de facto.

507 Viget quandoque ſtatutum in ciuitatibus quo cauteur quod non poſſit per officiales ſeu iuſdicentes cognoſci de

delictis commiſſis retro, puta per tres annos, tali caſu nõ obſtante tali ſtatuto poterit tamen vltra tempus ſtatuti procedi contra illum, qui fabricauit falſum inſtrm: quia tale crimẽ falſi intelligitur eſſe exceptũ a tali ſtatuto. ita ſing. dixit Petr. de Anch. in repe. c. canonum ſtatuta. in 86. col. extra de conſti. quod eſt ſing. no. propter ſtatuta terrarum loquentia, vt s̃. dixi. Et hanc doctrinam addere poteris his, quæ dixi. s̃. in ſingu. 163. incip. crimen falſi &c. & in rub. ff. de falſis.

508 Tractant Doct. in pluribus locis, an frater poſſit eſſe teſtis pro fratre, quos ego adduxi in l. 1. §. ad quæſtionem. in 2. col. ver. limita etiam &c. ff. de qõ. Sed vltra ibi dicta ſcias, ꝙ vbi dictum fratris fratri prodeſt, & nemini nocet, vt eſt quando purgat fratrem de hæreſi, tunc valet eius teſtimoniũ. tex. eſt no. in c. literas. de præſump. per quod poteſt inferri, ꝙ frater de crimine inculpatus põt ducere fratrem contra fiſcum ad probandum, quod fecit ad ſuam defenſionem, quia per hoc non dicitur nocere fiſco, qui tractat de lucro pœnali, & odioſo cum alterius iactura. arg. eius, quod no. in l. ſi is cui. §. 1. ff. de furt. ita no. dixit Do. Flo. in l. teſtis idoneus. ff. de teſti. quod eſt menti tenendum in practica.

509 Alias dixi tibi. s̃ in ſing. 2. incip. ſi plures &c. ꝙ ſi plures rei debendi conſtituerentur, attamen ſi in rei veritate ad vnum tãtum peruenit pecunia, alij habentur loco fideiuſſorum, & gaudent beneficio fideiuſſorum, vt ibi late dixi adducendo plures Doct. hoc affirmantes. Nunc autem addo vnum in tali materia, videlicet ꝙ ad probandum hoc, ꝙ pecunia peruenit ad illum tantum poterit alius, vel alij correi adduci in teſtes, & hoc probabunt, quia non principaliter intereſt ſua teſtimonium ſuum. ita no. dixit Do. Flo. in l. nullus. poſt prin. ff. de teſti. quod dictum poteris addere dictis. s̃. in d. ſing 2.

510 Verba in dubio intelligenda ſunt ſecundum ſubiectã materiã. l. ſi ex legati cauſa. ff. de ver. obl. l. ſi ſtipulatus ff. de vſur. l. ſi vno. ff. loca. & vt hoc modo intelligantur debent impropriari verba l. ſed ſi poſſeſſori. in §. ſed ſi rerum. ff. de iureiur. & eſt gl. in l. ſi mandato Titij. §. Paulus reſpondet. ff. man. de quo per Io. de Ana. in conſi. ſuo 60. inci. in qõne iſta &c. in fi. & per Soc. in conſi. 2. inci. quoniam &c. in vlt. col. in 4. vol. itẽ verba contractus debent intelligi ſecundum naturam contractus. l. fi. C. de non num. pecu. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſu. voluit Inno. in c. ex literis. de iure patro. & Bal. in rub. C. de contrah. emp. in 9. q. & habetur in l. damni infecti quidam. ff. de dam. infe. & ideo ſcias, ꝙ ſi in contractu emphyteutico reperiantur inſerta iſta verba, videlicet quod emphyteuta poſſit vendere ſua melioramenta, non tamen poterit illa vendere domino irrequiſito, quaſi iſta verba ſimpliciter prolata debeãt intelligi ſecundum naturam contractus cui inſeruntur. ita dixit Spe. in tit. de loca. in §. nunc aliqua. ver. 93. quod dictum refert & ſequitur D. Flo. in l. ſi ſtipulatus ſit. in prin. ff. de vſu. pro quo facit tex. in l. 1. C. de meta. lib. 11. & ibi Bart. vbi dicitur, ꝙ ſi colonus vult vẽdere fructus perceptos in fundo pro iuſto precio dominus præfertur vnicuique emere volenti.

511 Notoria ſunt magnæ importantiæ, & propterea ſæpe receditur a regulis iuris, vt ego dixi in l. patre vel marito. in 12. col. ver. facit etiam dubium &c. ff. de quæſtio. & in l. pe. in 1. col. eo. tit. & in repe. mea rub. C. de proba. in 41. 42. 43. & 45. col. & in practi. mea cau. cri. in §. ij. q. nu. 41. cum plurib. nu. ibi ſeq. Et ideo teneas menti, ꝙ licet ordo iuris ſit ſeruandus in iudicijs, & proceſſibus, aliàs ſententia, & proceſſus eſt nullus, vt habetur in l. prolatam. C. de ſent. & dixi. s̃. in ſing. meo 354. inci. in dubio &c. hoc tamen non habet locum in notorijs, in quib. licet non ſit ſeruatus ordo iuris, tamen valet proceſſus licet iudex peccet, ita dixit Inn. in c. tua. de coha. cle. & mulie. & Io. An. in c. veſtra. eo. ti. ante fi. vbi dixit, ꝙ licet iudici nõ ſit factum notorium, & ſi iudex peccet ferendo ſñiam priuſquã hoc probetur, tñ eius ſñia irreuocabiliter tenet, quæ oĩa refert, & approbat D. Flor. in l. ſi irruptione. in §. ad officium. in fi. verbis. ff. fin. regun. quod dicit not. eſſe ad limita. eorum quæ not. per Bar. in l. hæc. ff. ex quib. cau. in poſ. eatur. de quo etiam dixi ego in d. l. pen. in 1. col. ff. de quæſtio.

512 Adduxi tibi aliqua circa materiam regulæ, quæ de nouo emergunt nouo indigẽt auxilio. s̃. in ſing. 142. inci. cautũ &c. & in ſing. 233. incip. quæ de nouo &c. & in l. 1. in §. fi. in 6. col. cum tribus col. ibi ſeq. ff. de quæſtio. Nunc autem dico tibi vnum in dicta materia, videlicet ꝙ ſtante ſtatuto, vel diſpoſitione iuris communis, ꝙ in cauſa appellationis, vel nullitatis non recipiantur nouę probationes, ꝙ tamen poterunt recipi ſi de nouo emergunt, quia cum non potuerint claudi in præcedenti iudicio ne fruſtra oriantur poterunt de nouo allegari, ita no. dixit Dy. in conſi. ſuo 22. quod inci. ſuper qõne, quæ vertitur vtrum filius, &c. quod dictum pro not. refert & ſequitur Bal. in l. inuitus. in vlt. col. C. de procur. & D. Fely. in c. cum Ioannes. in 9. col. ver. amplia tertio. de fide inſtru. & D. Flor. in l. quædam mulier. in 3. col. ver. ſimile dixit Dy. & c. ff. fa. erciſ. vbi dicit iſtud dictum eſſe no. ad limitationem cle. appellanti. de ap. Pro quo dicto facit not. verbum Ioan. Fab. Inſti. de excu. tut. in §. quis autem. vbi ſing. dixit, ꝙ ſiue ſit tp̃s ſtatutum a lege, ſiue ab homine ſi de nouo ſuperueniãt probationes ad notitiam volentis opponere, vel probare, ꝙ etiã poſt illud tempus poterit opponere, & probare. quod dictũ refert & ſequitur Ale. in l. mancipiorum. ff. de optio. leg. & facit dictum Alex. in auth. iubemus. in 2. col. C. de iud. circa med. vbi ſingu. dixit ꝙ renũciatio teſtium examinandorum nõ extenditur ad teſtes quos tp̃e renunciationis ipſe renuncians ignorauit poſſe producere. & faciunt etiã plura, & plura alia, quæ pro prædictis adduxi in l. 1. in §. fin in 10. col. ff. de quæſtio. vbi retuli illud dictum Dy in d. conſi. 20.

513 In cauſis criminalibus per confeſſionem rei actio fit tranſitoria ad hæredes, ſecundum Spec. in tit. de accuſa. in 4. par. in §. 1. in ver. quid ſi latro &c. quem refert & ſequitur Ange. de Are. in tracta. ſuo malefi. in ver. & veſtem cœleſtem abſtulit. in 5. char. in verſi. quid ſi fur confiteatur &c. de quo etiam per Bar. & Ang. in l. 1. ff. de priua. delic. Scias tamen ꝙ talis cõfeſſio eſt tranſitoria ad hæredes quando proceſſum eſt per viam accuſationis, vtputa, quia fur accuſatus confeſſus eſt tale furtum commiſiſſe de quo eſt accuſatus, & alia plura furta confitetur commiſiſſe, & ſic talis confeſſio ſolum prodeſt ipſi accuſanti. Sed ſecus eſt ſi proceſſum eſt per uiam inquiſitionis. nam tunc talis cõfeſſio commodum affert oĩbus furtum paſſis ex quo eſt facta iudici inquirenti, qui repræſentat perſonam oĩum, ita dixit D. Flo. in l. ait lex. in §. hanc actionẽ. ff. ad l. Aqui. & Io. de Imo. in l. defuncto. ff. de pub. iu. ad quod alleg. Io. And. in addi. Spec. in titu. de accu. in d. ver. quid ſi latro &c. de quo latius per Do Augu. de Ari. in addi. Ange. de Are. ſuper malefic. in d. ver. & veſtem cœleſtem abſtulit. ſuper. d. verſic. quid ſi fur &c. ex quibus habes differentiam inter accuſationem, & inquiſitionem.

514 Vigent communiter ſtatuta per Italiam volentia, ꝙ muliere decedente in matrimonio ſine filijs maritus lucretur dimidiam dotis, vel certam partem dotis. Sed tale ſtatutum nõ vendicat ſibi locum in marito non ſuſtinente onera matrimonij. nam tali caſu maritus non debet cõſequi lucrum dotis ſibi deferendum ex pacto vel ſtatuto, ita not. dixit Bal. in auth. dos data. in 1. col. C. de don. ante nup. quod dictum pro not. refert & ſequitur Alex. in conſi ſuo 122. incip. viſo proceſſu. in 4. col. in fi. in 7. vol. & ibi in conſi. 123. incip. viſo proceſſu, in 1. colum. vbi ad corroborationem iſtius aliqua adducit, de quibus ibi per eum.

515 Contingit ſæpius in hac alma ciuitate Bon. mihi patria, ꝙ ſuperiores eiuſdem ciuibus ruſticis forenſibus, ac incolis faciunt ſaluum conductum in latiſſima forma, in quo concedunt ſibi inducias prout eis videtur & mandant bariſellis, & exactoribus, vt eos non grauent, nec moleſtent pro aliquo debito. Sed ſcias tu ꝙ tales ſalui conducti non extenduntur aduerſus debitum iuratũ, ita ſing. dixit Ale. in conſ. ſuo 204. inci. viſis his &c. in vlt. col. ad fi. in 2. vol. vbi plura ad hoc alle. quod dictum pro not. refert & ſequitur D. Marcus Ant. Baueria in trac. ſuo de virtu. iuramen. in 21. priuileg. incip. nam licet ſit maior pars &c. vbi etiam ad hoc alle. Ale. idẽ tenentem in conſ. ſuo 38. incip. uiſa petitione. in 3. colum. in 3. vol. quod conſilium ſecũdum ordinem meum eſt 261. & idem tenet Iaſ. in l. quoties. in 1. col. C. de preci. impe. off. & Ale. cõſil. 27. inci. viſo, in vlt. col. in 1. vol. in ver. confirmo per not. & in conſi. 125. inci. viſis & conſidera. &c. in pe. col. in eod. vol. & in conſ. 449. inci. cum ſtatutum. ſecundum ordinem meũ, pro quibus faciunt, quæ ego dixi in conſi. meo 107. poſt redditum conſilium &c. in 3. 4. & 5. char. Tene menti prædicta, quia quotidie occurrunt.

516 Teneas perpetuò affixum cordi ſing. verbum lucri plenũ. nam tũ ſcis, ꝙ nemo eſt teſtis idoneus in facto proprio. l. omnibus. C. de teſti. l. nullus. ff. eod. & habetur in l. unica. C. ne qs in ſua cauſa. hoc tamen intellige eſſe uerum quo ad plenam probationem, ſecus aũt eſt quo ad faciendum indicium ad torturam, quia quis eſt idoneus teſtis in cauſa propria, quod intellige qñ talis, qui teſtificatur in cauſa propria eſt conſtitutus in mortis articulo, & ideo ſi inuaſus tp̃e inuaſionis clamauit, & dixit, talis interficit me, & incontinenti reperit interfectus, tale eius dictum facit indicium ad torturam ꝯ illũ quem noĩauit, quia non præſumitur immemor ſalutis æternæ. l. fi. C. ad l. Iul. repe. & in Auth. de iureiu. a mori. præſti. in §. j. ita ſing. dixit Iac. de Bel. in practica ſua iudiciali, ſub rub. de quæſtio. in 5. col. verſi. undecimam &c. quod dictum retuli in practica mea cauſarum crimi. in §. diligenter. nu. 121. & ibi aliqua adduxi pro hoc dicto. Tene menti, quia uerè eſt ſing. uerbum ratione fulcitum, & nunquam traden. obliuioni.

Donatio

517 Donatio oĩum bonorum p̃ſentium & futurorũ non valet, vt late hr̃ per oẽs in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. & in l. fi. C. de pac. hoc tamen limita eſſe verum ſolũ quo ad bona futura, ſecus aũt quo ad bona p̃ſentia, quia donatio inter viuos oĩum bonorum p̃ſentium & futurorũ, valet quo ad bona p̃ſentia, non aũt quo ad futura, ita not. dixit Ang. in conſi. ſuo 106. inci. quædã mulier. alias inci. ſup dicto facto &c. in 1. col. alleg. in ar. l. ſancimus C. de dona. qđ dictũ refert, & ſequitur Ale. in conſi. 157. inci. in cã & lite &c. in vlt. col. in 6. vol. licet ipſe erret in prin. d. conſilij. qđ tene mẽti ad materiam d. l. ſtipſo hoc mõ ꝯcepta. & d. l. fi. C. de pac. cũ ſim.

518 In aliquibus differunt bona q̃ſita a bonis quærendis, vt dixi ſ. in ſing. 194. inci. magna eſt dr̃ia. de quo ẽt hr̃ per Soci. in conſi. 77. inci. repetito. poſt me. in 4. vo & ibi in conſi. 53. inci. viſo inſtrõ. in 6 col. ante fi. & in conſi 75. inci. primo aſpectu. in 2. col. in prin. & hr̃ per Abb. in conſi. 82. inci. conditor omnium. in vlt. col. in 1. vol. & Soc. in conſi. 66. inci. viſa. in vlt. co. in 3. vol. & per D. Phil. Dec. in conſi. 259. incip. viſis. in 2 col. & in conſi. ibi ſeq in 2. col. & in conſi. 269. inci. conſultus &c. in 4. col. & per D. Ant. Burg. in rub. extra de emp. & ven in 6. co. & per Ale. in conſi. 151. inci. viſo themate. in 2. col. in 7. volu. Sed vltra oĩa dicta in dictis locis accipe aliam dr̃iam, nam pater emancipans filiũ p̃t accipere de bonis filij pro tali emãcipatione, vt hr̃ in l. vtrũ turpem. ff. de verb. obl. licet accipiẽdo de bonis filij in tali caſu ipſe pr̃ priuetur ſucceſſione filij per tex. in ſimili, in l. ẽt. in §. ſi quis nummos ff. de oper. libe. & l. ſi quam. C. eo. ti. & licet ipſe pr̃ emãcipans filium poſſit retinere dimidiam vſuſfructus in bonis filij emancipati, vt volunt Doc. in l. cum oportet. §. cum aũt C. de bo. lib. & hr̃ in §. hoc quoq;. Inſt. per quas perſo. nob. acq. per Sal. in l. pactum. C. de colla. tamen hoc limita, videlicet, ꝙ pr̃ emancipans filium p̃t retinere dimidiũ vſuſfructus. hoc eſt verũ in bonis q̃ſitis, ſecus aũt eſt in bonis q̃rendis, ita ſing. dixit Io. An. in addi. Spe. in ti. de fil. na. ex legi. ma. ſuper rub. qđ dictum pro ſing. refert & ſequit̃ Iaſ. in l. fi. in pe. col. vbi dicit, ꝙ iſtud fuit dictũ Old. ante Io. An. in cõſi. ſuo 214. inci. factũ tale eſt, in inſtrõ cuiuſdã emãcipationis &c. de quo latius per Iaſ. in d. l. fi. in pe. col.

519 Ille qui non ſuſtinet onera in ciuitate non gaudet beneficiis ſtatutorũ ciuitatis, ſ̃m Lu. Ro. in cõſi. ſuo 224. inci. iſta captura &c. & Pau. de Ca. in l. oẽs populi. in fi. ff. de iuſti. & iu. & voluit Bar. in trac. repreſaliarũ. in 5. q. prin. & Ang. in conſ. 73. inci. quod dicta actio &c. & Albe. de Roſa. in 1. parte ſtatu. q. 9. & Pau. de Ca. conſ. 343. inci. ſtatutum &c. & D. Phil. Dec. in conſi. ſuo 114. in prin. Tamẽ hoc non hẽt locum in ciuibus non ſuſtinentib. onera ex priuilegio ciuilitatis ſibi conceſſo. quia licet tales non ſuſtineant onera, tamẽ debent gaudere bñficiis ſtatutorũ ciuitatis, ita dixit Ale. in conſ. ſuo 32. incip. viſa conceſſione ciuilitatis &c. in 2. col. in verſ. & ex his apparet &c. in 5. vol. qđ dictum refert & ſequitur D. Philip. Dec. in conſ. ſuo 283. in 7. col. de quo latius ibi per eum.

520 Qualitas adueniens enti qualificat illud & reponit in diuerſa ſpecie. §. p̃terea. Inſt. de inuti. ſtip. c. licet canon. iuncto c. ſtatutum. de elec. in 6. & l. mariti lenocinium. §. fi. ff. de adul. vbi hr̃ ꝙ licet accuſatio ſtupri tollatur quinquennio, vt in d. l. in §. p̃terea. hoc tamen non hẽt locum in ſtupro cõmiſſo cũ violentia, quia illa qualitas violentiæ adueniens ſtupro eum reponit in diuerſa ſpecie. ad idem eſt tex. in l. itẽ apud Labeonem. in §. ſi quis virgines. ff. de iniur. vbi dr̃ ꝙ iura loquentia de ſtuprante virgines, non extendunt̃ ad ſtuprantes virgines indutas veſte meretricali, quia illa qualitas veſtiũ meretricalium reponit eam in diuerſa ſpecie, ad idem eſt tex. in c. in audientia. de ſen. excõ. & in c. ſi iudex laicus. de ſen. exc. in 6. & facit tex. in l. quæſitum. in §. illud fortaſſis. ff. de leg. 3. vbi appellatione marmoris non venit marmor ſculptũ. & facit tex. in l. hæres meus. in §. duæ ſtatuę. ff. de leg. 3. & facit. l. pali. ff. de le. 3. & l. pali. ff. de ver. ſig. in quib. hr̃, ꝙ appellatione lignorũ non veniunt pali, nec perticę, quia videntur hr̃e ens qualificatum a ſimplici ligno. Item facit ẽt. c. fi. extra de ſimo. vbi conſtitutio loquens de monacho non hẽt locum in Abbate, niſi in caſu illius capituli. & faciunt dicta per Abb. in c. 1. de vi. & ho. cle. vbi dixit, ꝙ ſtatutum loquens in clerico non hẽt locum in canonico. & dixit D. An. in proœmio Grego. qđ appl̃one ſcholarium non venit rector, quia iſta qualitas rectoratus reponit eũ in diuerſa ſpecie. & facit glo. in c. admonere. 33. q. 2. in verbo, carnem. & in c. presbyter. 82. diſ. quam reputat ſing. Abb. in c. conſuluit. de iude. & facit tex. & quod ibi dixit Bar. in l. 1. C. de ero. mili. anno. lib. 12. vbi dixit, ꝙ lardũ non eſt caro pp̃ qualitatem ſibi adiunctam. & facit quod dixit Bar. in l. ius ciuile. per illũ tex. ff. de iuſt. & iu. vbi dixit, ꝙ ſi aliquid additur, vel detrahatur libello nõ dr̃ primus ſeu antiquus libellus, ſed nouus. circa quam materiam vide oĩno Sal. in l. quis. in fi. C. in qui. cau. pig. tac. ꝯha. Sed vltra oĩa ſupradicta circa hanc materiam, ꝙ qualitas adueniens enti qualificat illud, & reponit in diuerſa ſpecie. adde not. verbum Bald. in l. vnica. C. de ꝯfeſ. & in antepe. col. in ver. ſed nunquid poſſeſſio. &c. vbi dicit, ꝙ ſi terra arida efficiat̃ lacus, vel ſtagnũ pp̃ impetũ aquarum vel ex induſtria, ꝙ p̃ſcriptio incepta dr̃ interrupta, quia primo qualitas mutata eſt mutato elemẽto, qa primo erat terra, nunc eſt aqua. & idẽ dicit ibi Bal. eõ ſi primo erat lacus, & poſtea eſt effecta terra arida. qđ dictũ refert, & ſeq̃t D. Phi. Dec. in conſ. ſuo 302. in pe. col. vbi pro hoc adducit, ꝙ ex mutatione rei poſſeſſio perimit. l. q vai. in §. itẽ qđ ſi id qđ poſſidebã. ff. de acq. poſ. & tex. in l. intm̃. in prin. ff. de re. diui. & in l. qđ in litere. in fi. ff. de acq. re. do. de quo latius p eũ in d. ꝯſ. de quo ẽt ego dixi in repe. mea. c. reintegrãda. nu. 187. 3. q. 1.

521 Ille qui vult fundare intentionem ſuam in conſtõ tenetur probare, qđ tp̃e conſtituti poſſideret ille, qui eius noĩe conſtituit ſe poſſidere, ſ̃m Ang. in l. quis. §. ſi cõductor. ff. de acq. poſ. vbi Alex. circa fi. ſequitur hoc, & poſt Ang. admonet aduocatum eius, qui agit virtute conſtituti, vt dẽat probare cõſtituentẽ poſſidere tp̃e ꝯſtituti, & idem voluit Ang. in l. ij. C. de acq. poſ. circa fi. vbi formal̃r dicit, ſis ergo cautus tu vt nõ ꝯfidas in conſtõne precarij ad ꝓbãdũ tibi eſſe traditã poſſeſſionem, niſi ꝓbes, ꝙ tp̃e ꝯſtõnis precarij ille, qui conſtituit ſe poſſidere precario noĩe tuo poſſidebat, alias illa conſtõ precarij eſſet inanis, & idem repetit Ang. in l. quædam mulier. in 1. col in ver. attende tamen &c. ff. de rei ven. & idẽ tenet Bal. in l. 1. in 1. col. C. quando lic. ab emp. diſce. de quo per Ale. latius in d. l. quis in §. conductor. in fi. & in conſi. 10. inc. viſo ꝓceſſũ. in 4. uol. q̃ oĩa ponit D. Phi. Dec. in conſil. ſuo 247. inci. in cauſa &c. in 2. col. Prædicta tamen limita non hr̃e locum in antiquis, qa in illis non requirit̃ talis probatio, ita dixit Soci. in conſ. ſuo 187. inci. in controuerſia. in 4. col. ver. tertio ꝓbatur &c. vbi dicit, ꝙ in inſtrõ antiquo in quo ſit conſtitutũ p̃ſumitur pp̃ antiquitatem, ꝙ poſſeſſio eſſet apud cõſtituentem. quod dictum refert, & ſequitur D. Phil. Dec. in cõſi. ſuo 302. in prin 3. col. vbi dicit, ꝙ pro hoc facit, qđ uoluit Pau. de Ca. in conſi. ſuo 50. inci. in cã, quæ vertitur inter reuerendiſſimum patrem &c. in 2. col. in ver. patet etiam ex inſtrõ antiquo &c. vbi propter antiquitatem inſtr̃i arguitur poſſeſſionem eſſe apud eum de quo loquitur inſtr̃m, quod eſt not.

522 Opponens exceptionem ſolonis non vr̃ confiteri debitũ ꝯceſſiſſe quãdo aduerſarius negat talem ſolonem eſſe factã, ita dixit gl. not. in l. Iulianus verũ debitorẽ. ff. de ꝯdi. inde. quã gl. ibi ſummè not. Bar. in 7. col. in ver. itẽ aduertas ad iſtam lecturã. & Ale. in conſ. ſuo 183. inci. in cã & lite. in vlt. col. in 6. uolu. ubi allegat alios plures Doc. ad hoc. Pro quo facit, nam quis non p̃t ſe iuuare ex poſitione negata, ſ̃m Archi. in c. 1. de conſe. eccle. vel alta. in 6. & Spe. in tit. de poſit. in §. octauo. ver. 1. quem refert & ſequitur Bart. in l. poſt legatum. in prin. in pe col. ff. de his qb. vt indi. & in l. naturaliter. in §. nihil cõe. in vlt. col. ff. de acq poſ. & in l. non vtiq;. ff. de exce. & Doc. in c. 1. de confeſ. in 6. de quo latius per Iaſ. in repe. l. admonẽdi. in 48. col. de iureiu. ubi plura ponit ſimilia. & per Soc. in cõſi. 102. inc. viſo ꝓceſſu. in 2. col. in 4. uol. & p Ale. in ꝯſi. 91. inc. in cã. in pe col. in 6. uol. & ibi in ꝯſi. 94. in ult. col. & in conſil. 35. inci ponderatis &c. in 3. col. in 2. uol. & ibi in conſi. 49. inci. in cauſa. in 3. col. & ibi in conſil. 76. in 2. col. & ibi in conſil. 182. viſo. in 1. col. & ibi in conſi. 209. incip. in cauſa &c. in fi.

523 Inter alios effectus quos operatur incertitudo, de quibus latiſſime dixi in repe. mea rub. C. de proba. in 74. col. cum 12. col. ibi ſeq. eſt unus alius effectus, uidelicet quòd ſi inter creditorem, & debitorem celebratur contractus obligationis alicuius abſolutionis fiendæ, & dicatur hoc modo, videlicet, qui Titius debitor promiſit dicta centum ſoluere ipſi Sæio creditori Bononiæ, Imolæ, Florentiæ, Ferrariæ, Mediolani, & generaliter alibi vbicunque locorum, ubi contigerit poſtulari per dictum Seium creditorem &c. hoc caſu nemini dubium, ꝙ dictus Titius tenetur ſoluere in vno ex dictis locis, & per conſequens electio loci ubi ſit fienda dicta ſolutio cõſiſtit in uoluntate dicti Sęij creditoris, & ipſe Titius debitor ſi non ſoluerit adueniente tp̃e ſolutionis non ſoluendo nõ poterit dici in mora, cum non fuerit facta interpellatio per creditorem in aliquo loco, & cum per ipſum non fuerit facta electio certi loci dictæ ſolutionis fiendæ, & pp̃ hoc ſi contra dictum debitorem fuerit factus aliquis actus executiuus contra dictum Titium debitorem erit nullus, & inualidus, & debebit reuocari, ita ſing. dixit Alex. in conſil. ſuo 45. inci. in cauſa & lite &c. in pen. col. in 5. vol. vbi latius loquitur circa hoc. Tene menti, quia eſt profecto ſingul. verbum.

524 Inquiſitio & accuſatio multum fraternizant, & ideo videmus, ꝙ iudex inquirens ſuccedit loco accuſatoris, ſecundum Bart. in extrauag. ad reprimen. in uerbo, per inquiſitionem. & in l. ij. in §. ſi publico. in 5. colũ. ff. de adul. & in l. querelam.

C.de fal.de quo latius dixi in rub.extra de accu. circa prin. & ideo illę ſolemnitates,quæ requiruntur in accuſa. requiruntur etiam in inquiſitione,ita dixit Alex.in conſi.ſuo 64.inci. viſo themate.in 2.col.in 1.vol.vbi etiam ſubdit,quod ſtatutū repellens accuſatorem videtur etiam repellere iudicem inquirentem.allegat not. in l. non ſolum . in §. quanquam . ff. de iniur. & in pluribus aliis locis de quibus ibi per eum , de quo etiam per Ang.de Are.in tract.maleſi.in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio, in 3.char.in 1.col.& per Pet.de Anch.in repe. c.canonum ſtatuta.in 86.col.in prin.de conſti.& habetur per Berthac.in reper.ſuo,in verbo,inquiſitio.in 3. col.in 10.verſ.& ibi in 5.col.in 6.ver.Et licet inquiſitio,& accuſatio multum fraternizent,vt dixi,tamen diſcrepant , & differunt in vnum.Nam dicunt Docto. ꝙ licet pœna legalis poſſit per iudicem ex cauſa minui,vel mutari,vt in l.quid ergo.in §.pœna grauior.in glo.ſi.ff.de his qui not.infa.& not. in c.in archiepiſcopatu,de rap. hoc ſolum habet locū quando iudex procedit ex denunciatione,vel per inquiſitionem , ſecus autem ſi procedit per accuſationem , quia tunc non poterit iudex mutare vel minorare pœnam legalem,ita ſing.dixit Hoſt.in d.c.in archiepiſcopatu.extra de rap.quem refert, & ſequitur Bal in reper.ſuo in verbo, pœna. in 2.col. in ver.pœna legalis &c.quod profecto eſt ſingulare verbum menti tenendū. de quo dicto feci mentionem in practica mea cauſarum criminalium.in §.conſtante.in nu.83.vbi videre poteris , & vide etiam quæ dixit Do.Phil.Dec.in §.1.in c.at ſi clerici.in 1.col.de adul. & ego ibi.nume.27.

525 Clericus qui commiſit cauſam propter quā meretur priuari beneficio ſuo eccleſiaſtico, licet non ſit ipſo iure priuatus antequam feratur ſententia,vt voluit Lap.alleg. ſua 127. inci. Anaſtaſius Canonicus.in fi.pro quo eſt tex.in c.licet epiſcopus.de præben.in 6.pro quo faciunt dicta per Bar.in conſil.ſuo 174.inci.ſer Ioannes de Caſtro duranti.& in l.eius qui delatorem.ff.de iu.fiſ.& faciunt,quæ latiſſimè fortè vltra omnes dixi ego in conſi.meo 97.inter conſilia ciuilia,quod incipit,caſus talis eſt cauetur quodam ſtatuto,&c.Attamen ſcias ꝙ quamprimum commiſit cauſam propter quam meretur priuari beneficio,vt dixi, efficitur indignus , & ſic malæ fidei poſſeſſor, & ſic a tempore cōmiſſę cauſæ tenetur ad oēs fructus reſtituendos.ita dixit Guil.& Ang.in l.1.per illum tex.C. de his quib. vt indi. & dicit ibi Pau. de Caſt. ꝙ illa lex ad hoc eſt valde ſingularis,quæ alibi non reperitur. & iſta ibi refert, & ſequitur Iaſ.in ij.col.in ver.& ideo habes hic &c.

526 Licitum eſt vnicuique ingenioſe ſibi bona acquirere. l.fi. C.ſi quis aliq.teſta.prohi.vbi dicitur, quod licitum eſt marito blandis verbis inducere vxorem,vt eum inſtituat heredē, hoc tamen verum intellige niſi teſtator prius feciſſet teſtamentum,& alium inſtituiſſet hæredem,quia tunc ſi qs blandis verbis,vel adulationibus induceret teſtatorem , vt eū inſtitueret,licet tunc teſtamentum valeat,tamen primus inſtitutus reuocabit a ſecūdo per actionem de dolo,vel in factū, ita no.dixit Ang.in l.1.C ſi quis aliquem teſta.prohib.& in l. non enim.per illum tex.cum gl.ff.de inof.teſt.de quo vide latius per Iaſ.in l.1.C.ſi quis aliquem teſta. prohib. & in l.dedi. in §.fi.ff.de condi.cau.da.cau. non ſecu. Tene menti, qa hoc anno caſus iſte venit bis in facto in hac ciuitate.

527 Ad validitatem ſententiæ requiritur , quod ſcribatur , & quod per iudicem legatur ore proprio,ali s non valet.l.1.& 2.C.de ſent.ex peri.reci.c.fi.de re iudi.in 6. Et ideo ſcias, ꝙ ſi de cauſa vertente coram iudice ordinario ſit petitum conſilium ſapientis, & cauſa ſit commiſſa conſilio vnius confidētis partium , & porrecto conſilio iudici ordinario iudex diſſigillat conſilium,& dicit , pronuncio prout in iſto conſilio continetur.poſtea tradit conſilium notario banchi,& notarius in fine ſcribit qualiter iudex pronunciauit,prout in conſilio continetur, tunc talis ſententia eſt nulla ipſo iure , quia ſententia diffinitiua debet ſcribi , & proferri ſeu recitari per iudicē,iudex ergo primo debuit ſcribere iſta verba,pronuncio prout in iſto conſilio continetur,deinde proferre ſententiam,alias ſententia eſt nulla,ita not.dixit Ange.in conſi.ſuo 249.incip.Domina Liberina de Mantua &c.quod dictū pro nota.refert & ſequitur Iaſ.in l.ne quicquam. in §.vbi decretum.nu.67.ff.de off.proconſ.quod dictum menti habeas,qa multoties vidi iudices in hoc errare. Et vide etiam circa hāc materiam Abb.in c.3.in fi.de accuſa.

528 Dixi tibi ſuperius,in ſing.435 incip.trita &c.quod licet habeamus regulam , quod in ore duorum vel trium ſtet omne verbum , attamen plures ſunt caſus in quibus vnus teſtis tantum probat plenè,vt ibi dixi . Modo dico tibi vnum non minus notabile,videlicet quod etiam eſt dare caſum in quo in ore duorum vel trium non ſtat omne verbum . Et ideo ſcias,ꝙ ſi aliquis contractus ſit celebratus inter aliquos,& ex parte vnius interuenerit præſentia cōiunctorum, uel iudicis, tunc ſi talis dicat,ꝙ in ipſo contractu interuenit metus contra ipſum , tunc talis aſſertus metus non poterit probari per duos teſtes,prout alias poſſet , ſed requirētur pluſquam duo teſtes,ita ſing.dixit Bal.& Pa.de Ca.in l.tranſactionem dominij.C.de tranſa.quod dictum pro not.& ſing.refert & ſequitur D.Fran.de Cur.in conſi. ſuo 44.inci.ſuper contingentia. 6.col.vbi etiam ad hoc allegat Spec.in tit.de proba.in §.fi.verſus finem.& alia de quibus ibi per eum,ad quæ etiam vide dicta.ſ.in ſing.417.inci.præſentia coniunctorum.

529 Non omnes profecto intelligunt importantiam abſolutionis a iuramēto,ſed quampluribus videtur ꝙ habita abſolutione a iuramento apposito in aliquo contractu poſſint libere venire contra contractum iuramento firmatum . ſed certe decipiuntur,qm̄ abſolutio a iur̄o appoſito in cōtractu non facit , ꝙ abſolutus poſſit venire ꝯ talem ꝯctum quando ipſe contractus erat validus,& perfectus etiā ſine iur̄o, ſecus autem quando ſuſtinebatur ſolum propter iur̄m, quia alias erat inualidus,ita dixit Abb.in c.cum contingat . in 10.colū. ver.ſed ultra prædicta.de iureiu.vbi refert Ang. ita conſuluiſſe,de quo latius per Soc.in conſi. 115.inci.circa primam &c. in pen.colum.in 1.vol. quod eſt multum not. cum plures in hoc errent & decipiantur.

530 Propter peccata veniunt aduerſa,vt in Auth.vt non luxu. contra nat.circa med.& in c.2.de pur.vul. & habetur late per D.Roch.Cur.in c.fi.in 3.col.in fi. de conſue. Et ex hoc potes limitare tex.no.in l.miles.in §.defuncto.ff.de adul.vbi hr̄ ꝙ ſi mulier maritata ēt habet rem cum alio, q̄ cum marito,ſi pariat filium præſumitur eſſe filius mariti,& non adulteri. Attamen hoc limitatur niſi filius natus ſit claudus, cęcus, luſcus, vel aliter corpore vitiatus,quia tali caſu præſumitur potius filius adulteri,q̄ filius mariti,quia peccatum arguit vitiū,& corpore vitiatus præſupponit cōceptionem, & natiuitatē ſuam fuiſſe in peccato,ita no.dixit Barb.in c.in præſentia.in 70. co. de prob.qđ eſt no.limitatio ad d.§.defuncto.quē tex.Doc.reputant ſing.in pluribus locis,vt refert Barb. in d.c. in pſentia. in d.70.col.de quo tex.vide etiam Pa.de Ca.in conſi.175. incip.ſuper primo.in pe.col.& Ale.in conſil.157.inci. circa primum.in 1.col.in 5.vol.& Barb.in conſi.68.inci. omnipotentem.in prin.in 4.uol.& Ale.in conſi.88.inci. omiſſis.in 3.col. in 7.vol.& D.Philip.Dec.in conſi.272.inci.uiſo.in 2.col. & in conſi.288.inci.quæritur.in princ. de quo tex.vide etiam quæ ego latius dixi in l.1.in § ad quæſtionem.in 6.colū. in fi. & in col.ibi ſeq.ff.de quæſtio.ubi latius loquutus ſum.

531 Vtilitas publica eſt magnæ importantiæ,& magnæ potentię,quod apparet.Nam quando ſtatutum,priuilegiū,vel conceſſio tranſit in contractum,tunc non poteſt reuocari ſicut nec contractus.l.ſicut.C.de act.& obl.l.perfecta.C.de dona.q̄ ſub mo.l.ij.C.quando lic.ab emp.diſce.ita dixit Inno.in c.nouit.de iudi. & Archi.11.q.1. c.quicunque.in c.licet canon.de elec.in 6.& ſequitur D.An.in c.quæ in eccleſiarum . de cōſti. & idem voluit Bal.in l.fi.C.de condi.ob cau.ubi dicit,ſtatuto cauetur, ꝙ quicunq; Doctor legerit medicinam de mandato habeat a cōi centum aureos pro ſalario,& quidā poſt ſtatutum incepit legere,ꝙ non poterit ſine cā caſſari,qa tranſiuit in ꝯctum.dixit Bal.in l.ſi cum mihi.ff.de dolo.ꝙ ſi ſtatuto ciuitatis cauetur,ꝙ quicunq; uenerit ibi ad habitandum , & ſteterit ibi per aliquod tp̄s ſit exemptus a collectis,ꝙ ſi aliqui uenerunt ad habitandū ibi, ꝙ ciuitas non poterit illud ſtatutum reuocare,& allegat rōnem dicens, ꝙ priuilegiū conceſſum,qđ non pendet ex ſola authoritate concedentis, ſed ex iure acquiſito alteri ꝑ aliqđ factum illius cui conceſſio fcā eſt reuocari non pt̄,& hoc dicit ſe conſuluiſſe in ciuitate Senarū,ꝙ priuilegiū datum qbuſdam bannitis, ut poſſint ſecure morari in ciuitate, ex eo,qđ eorū opa occuparunt quoddā caſtrum eſt irreuocabile,qđ dictū,& alia ſuperius adducta refert,& ſequit̄ Ale.in conſi.ſuo 215.inc.nec arguendi &c.in 2.& 3.vol.ubi alia ēt plura ad hoc adducit, & idem dixit Bar. in l.oēs populi.in 7.col.in uerſ.circa prædicta. ff.de iuſt. & iu. Prędicta tamen oīa limitantur ꝑ publicam utilitatem,nam ꝑ publicam utilitatem poſſunt tolli a principe, uel ſuperiore illa,quæ tranſiuerunt in ꝯctum,uel in quaſi ꝯctum.l.qđ ſemel.ff.de decre.ab ordi.facien.vbi ēt inferiores,puta decuriones licet ſuū decretum reuocare non poſſint, tamē fallit ꝑ cām reipublicę expedietem,ut ibi,& intell'r illa lex de decreto,qđ tranſiuit in ꝯctum,ut ibi per gl.in uerbo,item ſpāle. & ibi clarius hoc tenet Dy.& Bart.& ita illum tex.ad hoc alleg. An.in l.ij.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iur. De quo latius per Ale.in d.conſi.215.incip.nec arguendi.in 6.col.ubi in prin.illius col.dicit,ꝙ iſta limitatio hēt locum in ſubdito, ſed ſecus in non ſubdito,qa in eo non hēt locum ſ'm Ant.de Bu.in c. in noſtra.de iniur.& dā.da.de quib. etiam habetur per Barb. in c.1.

in c.1.in 9. col. de prob. ſed melius & latius quã alii loquitur Alean. in dicto conſilio ſuo 215.in ſecundo volum.quem videre non omittas.

532 Superioribus diebus fui interrogatus a quodam aurato milite de vno,videlicet duo inimici conſtituti coram iudice ordinario ciuitatis ſuæ promiſerunt ſub magna pœna ſe inuicem non offendere,quo ſtante poſt aliquos menſes, vnus ipſorum reperit alium in loco valde remoto a dicta ciuitate & a iuriſdictione dicti iudicis,coram quo facta fuit dicta promiſſio de non offendendo,& vnus offendit alium,an ceciderit in pœnam appoſitam in dicta obligatione, & contractu? in quo reſpondi,quod licet prima facie videretur dicendum ꝙ non,per regulam.l.fi.ff.de iuriſ.om.iud.cum ſimi. vbi dicitur,ꝙ extra territorium iuſdicentis impune non paretur,attamen contrarium dixi eſſe verius, ſcilicet quod ille qui alium offendit in dicto loco remoto, & extra iuriſdictionem cadit in dictam pœnam promiſſam,& ad hoc alleg.Bar. poſt Guil. de Cun.in l.illicitas.in §.ne potentiores.in 2.col.ver.quæro ſi Titius.de quo timebam.ff.de offi. præſi.& ibi Alb.in 3. col.qđ dictum refert & ſequitur Iaſ.in d.l.fi. ff. de iur.om.iud.in 6.limitatione.vbi ad hoc etiam alle. Ang.in conſi.ſuo 313.incip. magnifici D.Anciani &c. quod eſt ſummè not. pro facientibus pacem.de quo ego feci mentionem in repe.mea.d.l fin. de iuriſdi.om.iudi.nu.16.

533 Satis prolixè dixi alias,in l.diuus Pius.in 2.& 3.col.ff.de quæſtio.& s.in ſing.73.incip.plures &c.in conſi.meo.113.incip.Illumina quæſo Domine &c. ꝙ teſtes inhabiles admittuntur quando aliter veritas haberi non poteſt, & in dictis locis adduxi plures & diuerſas doctrinas, ſed in tali materia vltra ea, quæ dixi in dictis locis,do tibi vnum aliud,videlicet ꝙ licet habeamus de iure, ꝙ proxeneta non admittitur in teſtem,niſi vtraque parte conſentiente,vt volunt Doc. in c. dilectorum. de teſti.cogen.& voluit gl.in auth.de inſtru. cau. & fid.in §.in his vero ad numerationem.& probatur in c.1.de teſti.in 6.iũcta ibi gl.pe.vbi eſt caſus ſpecialis,in quo admittitur proxeneta altera parte inuita,ergo in contrarium eſt ius commune. l.ius ſingulare.& l.quod vero.ff.de legi.& hanc partem etiam ſequitur Bar.in l.deferre.in §.idem decreuerunt.ff.de iu. ſiſ.& voluit glo.in c.pe.de teſti.in 6.& Bar.in l.omnibus.C de teſti. D.An.in c.cum a nobis.de teſti.& Ioan.de Imo.in l.ſi cui legetur.§.fi.ff.de leg.1.de quo per D.Alex.in conſi. ſuo 212.incip. ponderatis.in 6.colum.in 6.vol.& in conſi.116. inci.viſo &c. poſt prin.in 7.vol.& ibi in conſi.127.inci.viſo.in vlti.colum.& ibi in conſi.186.inci.viſo &c.in 2. colum. Tamen talis proxeneta admittitur multis partibus vel altera tantum inuita quãdo veritas aliter ſciri non poteſt.Ita no. dixit D.An.in c.cum dilecti.de elec.& in c.cum a nobis.in vlt.col.de teſti.quem refert & ſequitur D.Nic.Millus in ſuo repertorio. in verbo, teſtis.in antepenulti.colum.in verſi.teſtis proxeneta &c. quod eſt menti tenendum,quia ſæpe occurrit in facto.

534 Attende ad vnum, quod memoriæ ſemper habeas, quoniam ex eo poteris acquirere pecunias & honorem, & adiuuare amicum,vel affinem. Tu ſcis, ꝙ ſi laicus committit delictum, & poſtea ingrediatur religionẽ, vel efficiatur clericus, vel religioſus,ꝙ per talem mutationem fori non impeditur iudex ſæcularis contra eum procedere,& eum punire,ſecundum Bar.& alios in l.1.ff.de pę.& in l cum quædam puella.ff. de iuriſ.om.iu.de quo etiã per Bar.in l hos accuſare. in §.hoc beneficio.ff.de accu.& in l.adultera.in §. ſi eo tempore. ff. de adul.vt voluit Bar.& Bal.in l.fi.ff.ſi ex noxa.cau.aga.Bar.Bal.& Ang.in l.ſi quis poſtea.ff.de iud Bal.in l.officiales. C. de epiſ.& cle.Bal poſt Cy.in auth.cauſa quæ ſit cum monacho. eo.titu. Bal.in l.ſi quis decurio.C. de fal Bal. in l.idem Vlpianus. ff.de excuſ.tut.Bal.Ang.& Pau.de Caſt.poſt gl.in l. nemo poteſt.de leg.1.Bal.in l.ſi crimen.C.de ordi.cog. Bal. in c. at ſi clerici.in 5.colum.de iudi.& in c.cum non ab homine.in 3. colum.eo. titu.& in c.cum acceſſiſſent.in fi.de proba.& in c. quia veriſimile.de præſump. Hoc tamen limita ſing. niſi talis qui commiſit delictum, & poſtea ingreſſus eſt religionem feciſſet votum clericatus vel intrandi religionem antequam commiſiſſet delictum,quoniam tunc nullo modo poteſt puniri per judicem ſæcularem quaſi votum trahatur retro. Ita ſing. dixit Bal.in l.1.C.an ſeruus ex ſuo facto. in fi. quẽ refert & ſequitur Io.de Ana.in c.ad falſariorum.in vlt.col.extra de cri. fal. & Iaſ.in l.cum quædam puella.in 2.colum.ff.de iuriſ.om.iud.vbi dicit hoc eſſe valde no.quia ex hoc poſſes quem euadere a pœna mortis, maximè quia de hoc ſtaretur iuramento ſuo, an votum emiſerit ante commiſſum delictum ſicut ſtari debet iuramento de alijs quæ dependent a voluntate,vel conſcientia noſtra,ſecundum glo.in §.aliq.Inſti.de act.& in c.ſignificaſti.el 2.de homi.& Bar.in l interdum.§.qui furem.ff.de fur.& ſubdit Iaſ.vbi ſupra ꝙ illud, quod dicitur in religioſo procedit in eo qui eſt intra annum profeſſionis,quia tunc cenſetur perſona eccleſiaſtica,ſecundum Ange.in l. 1.ff.de pę.per tex. optimum in l.ſtatuliber.ff.de quæſtio.quamuis extra hãc materiam qui eſt intra annum profeſſionis nõ habeatur pro ingreſſo,vt per Bar.& alios in auth.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccle. & dicit etiam Iaſ.ſecus eſſe ſi efficiatur de fratribus tertij ordinis,quia tunc iudex laicus non impeditur contra eum procedere ſecundum cano.in c perpendimus.de ſenten.excomm. & Fride.de Sen.in conſi.303.ita dicit Iaſ. in d.l.cum quædam puella.in 2.colum.& pro illo dicto Bal.in d.l.1.C.an ſeruus ex ſuo facto.facit quod voluit Abb.antiquus in c.per tuas.de dona.quem refert & ſequitur Bal.in marga.ſua.in verbo,alienare.in vlt.ver. & faciunt dicta per Moder. in c. quoniam contra.in 41.char.nu.108.de proba.& ibi in char.92.nu.25.

535 Abuſiua percuſſio dicitur illa,quæ fit cum pugnis. Ita dixit tex.in l.item apud Labeonẽ.in §.verberaſſe.ff. de iniu. & ideo dixit Guil.de Cu. & Bal. in l. 2.in §. prætor ait. el 2.ff.de in ius voc.quod percuſſio cum manu vacua, vel cum pugno non dicitur atrox iniuria,quod etiam tenet Ang.in l. leuia. ff. de accuſ.& dixit no. verbum Ang.in d.§.prætor ait.vbi alleg.Bal. in c.1.§.iniuria.in vlti. col. de pace iu.fir. vbi dicit ꝙ occidens aliquem manu vacua tenetur,ac ſi gladio occidiſſet,dummodo dolo fecerit,per l.qua actione.§.1.& ibi Iac.Butr. ff ad leg. Aquil.Et vide quę dixi in l.1.nu.37.cum pluribus numeris ibi ſeq.C.de ſicar.

536 Habuiſti iam ſupra in ſing.20.incip. maſculinum.& in ſingu.39.incip.capias vnum &c.& in ſingu. 191.incip.ſæpius &c. materiam quando maſculinum concipiat fœmininum. Sed vltra omnia dicta in dictis locis dico tibi vnum nuperrimè,videlicet,ꝙ in priuilegio cõceſſo Comiti Palatino ad legitimãdum ſpurios maſculinum non concipit femininum, & ideo habens priuilegium ad legitimandum ſpurios non poterit legitimare ſpurias.Ita no.conſuluit D. Signo. de Homodæis in conſ.ſuo 186.incip.in quæſtione vertente inter Durãtem. quod conſilium refert & ſequitur Iaſ. in l. ſi quis id quod.in 2.colu.ff.de iuriſ.om. iudi.& ibi dicit,ꝙ hoc dictum refert & ſequitur Cardi.Alexan.in c.per venerabilem. in 12. colu.qui fil.ſint legiti.

537 Qui manus violentas imponunt clerico incidunt in excõmunicationem,vulgato.c.ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Sed ſcias tamen ꝙ quicunque etiam clericus delinquẽs poteſt detineri in loco vbi deliquit,vt ſatisfaciat,nec tali caſu incurritur excommunicatio.Ita no.dixit Io.Cal.in repeti.c.de illis.de rapt. in 2.no.vbi pro hoc allegat illum tex.& cap.vt famæ.extra de ſen.excom.& in c.ſi clericus.eo titu. de ſen. excommu. lib.6. quod dictum refert & ſequitur Bal. in margarita ſua. in verbo,clericus.in 2.colum.in verſicu.clericus etiam fugiens &c. & vide quæ dixi ſupra in ſingula. 43. incipiente, debitor fugitiuus &c.

538 Per interpellationem extraiudicialem debitor conſtituitur in mora,ſecundum gloſ.in l. qui Romæ.in §. cohæredes. ff.de verbo.obliga.& in l.fideiuſſor obligari.in §.fina. ff.de fideiuſ.& in l.amplius non peti.ff.rem ra. habe. & habetur in l. ſi ex legati cauſa.ff.de verbo. obliga. & habetur in l.quod te. ff.ſi cer.peta.Item talis petitio extraiudicialis facit reum teneri ad expenſas,ſecundum Bal.in authẽ. contra qui propriam. in fi.C. de non numera.pecu.& Ange.in authenti.qui ſemel. in vlti.colum.C.quomo.& quando iud. & Ange.in l.debitores.C.de pigno.& Abb.in capitulo ſecundo,de accuſa. & Ludoui.Roma.in ſing.ſuo 399.incipien. alio ſecundo &c.& Iaſ. in l.certi condictio.in princip.2. colum. ff. ſi certum peta. Et ſcias ꝙ non ſolum interpellatio extraiudicialis conſtituit debitorem in mora, ſed imo etiam ſola notificatio debiti extraiudicialis conſtituit debitorem in mora.Ita no.dixit Bal.in l.vinum.circa fi.ff.ſi cer.peta.quod dictum pro valde nota.refert & ſequitur ibi Iaſ.in 8.col. vbi dicit, ꝙ iſtud dictum raro alibi inuenies,& ibi latè loquitur circa hanc materiam interpellationis.

539 Probatio irregularis, requirit perſonas omni exceptione maiores,& ideo ſtante ſtatuto quòd de damno dato in fundo, vel vinea alicuius ſtetur iuramento damnum paſſi, nam cum talis probatio ſit irregularis requiritur, quòd ille damnum paſſus ſit omni exceptione maior. Ita nota. dixit Iaſ. in repetitio. l. admonendi. in centeſima nona columna, in principio.ff.de iureiurando.vbi ad hoc allegat quandam doctrinam Domini Antonij, de Alexan. Neapolitani, in l. qui accuſare. in ſecunda columna. Codi. de eden.pro quo etiam adducit primo Angelum in l. prima in §.ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. vbi dicit, quod ſtante ſtatuto, quòd delictum probetur per ſolam famam, tunc quia talis probatio eſt irregularis oportet quòd talis fama habuerit ortum a perſonis fidedignis & quæ

ſint omni exceptione maiores, & ibi Iaſ. ampliat hoc dictũ
pluribus modis, & pluribus iuribus de quibus ibi per eum.
Tene menti tu Bononienſis, quia hic Bonon. habemus tale
ſtatutũ, & ex ſupradictis facies corruere mille accuſationes
damnorum datorum.

540 Hodie fui interrogatus a quodã iudæo, qui apud me mul
tum inſtetit ſuper vno, videlicet an immunitas conceſſa ho-
minibus certi loci, vel ciuitatis comprehendat iudæos ibi ha
bitantes. in quo licet aliqua poſſent adduci contra iudæos, ꝙ
non cõprehenderentur, attamen dixi ei, quod ipſi iudæi gau
dent tali immunitate, & hoc tenet expreſsè Bal. in l. ſpadonẽ.
in §. iam autem. ff. de excu. tu. quod dictum refert, & ſequitur
Ale. in conſi. ſuo 75. inc. videretur. in 2. col. in 5. vol. & ibi pro
hoc alleg. Angel. in l. vtimur. ff. de ſepul. vio. vbi dicit, ꝙ ſaluus
conductus conceſſus alicui, & ſocijs ſuis cõprehendit iudæũ
ſecum venientem, & hoc ẽt dicit confirmari per tex. in l. iu-
dæi. C. de iudæ. vbi dicitur, ꝙ iudæi habent illa, quæ ſunt ciuiũ
Romanorum. & illud dictũ Bal. ẽt refert, & ſequitur Barb. in
cõſi. ſuo 63. inc. licet &c. in 4. vol. in 1. col. & in c. Rodulphus.
in 9 char. de reſcr. & Soc. in conſ. ſuo 62. inci. in præſenti con-
ſultatione &c. in 5. col. in 1. vol. & ibi in conſil. 70. inci. in præ-
ſenti conſultatione. in 1. col. & Alc. in conſi. ſuo 99. inci. viſa
inqſitione. in 2. col. in 6. vol & in cõſi. 13. inci. attentis his &c.
in 3. col. in 7. vol. pro quibus faciunt optimè dicta per D. Phil.
Dec. in conſi. ſuo 51. in 2. col. vbi etiam dicit, ꝙ ſaluus condu
ctus alicui conceſſus comprehendit etiam iudæum, vt dixi,
& idem dixit Corſe. in nota. ſuis in verbo, ſocietas &c.

541 Abſolutio fauorabilior eſt, q̃ condemnatio, vt in regula,
fauorabiliores. de reg. iu. in 6. cum multis ſi. & ideo ſcias, qđ
licet plus credatur duob. teſtibus affirmantibus q̃ 10. negan
tibus, vt voluit gl. in l. diem proferre. in §. inde quæritur. ff. de
arbi. quam gl. ibi ſequuntur cõiter Doc. & Io. de Imo. in l. in-
ter pares. in 1. co. ff. de re iudi. Bar. in l. 1. in prin. ff. de ven. inſpi.
& in l. hæredes palam. in prin. ff. de teſt. & idem voluit Inn. in
c. qui per nouale. de verb. ſig. & facit tex. & quæ ibi habentur,
in c. accuſator. 6. q. 5 de quo ẽt per Bal. in marg. ſua. in verbo,
iurm. in 9. ver. & per Alc. in conſi. 148. inci. excellentiſſime do
mine vicarie. in 1. col. in 2. vol. & dixi in conſil. meo 113. inci.
illumina quæſo &c. vltra me. Tamen tene menti, ꝙ illa glo.
d. §. inde quæritur. limitatur, quod non habet locum in crimi
nalibus, quia in illis fauore abſolutionis magis creditur duo-
bus negantibus me deliquiſſe, q̃ duobus affirmantib. me de-
liquiſſe. Ita ſing. dixit Ale. in d. l. hæredes palam. in prin. ad qđ
alle. gl. no. quam dicit ſing. in c. clerici. 80. diſt. ſecundum eum
ſequitur Bal. in l. data opera. in 20. col. C. qui accu. non poſ. &
illam gl. etiam dixit ſing. Lud. Ro. in conſi. ſuo 241. inci. ſpe-
ctabiles domini collaterales. in 1. col. & illam ẽt refert, & ſe-
quitur Abb. in c. ad noſtram. in 2. col. de proba. & in c. cum P.
Manconella. in vlt. col. de accu. & Abb. in ca. quoties. in fi. de
purg. cano. & in c. inter. & in c. de teſti. eo. tit. & Abb. in c. bo-
næ memoriæ. el 1. in 5. col. de elec. & in c. in noſtra. in vlt. col.
de teſti. & in c. ex tenore. in 1. col. eo. tit. de qua gl. vide ẽt Cor
ſe. in not. ſuis, in verbo teſtis. in 9. no. & vide Iaſ. in rub. ff. de iu
reiu. nu. 8. & illam gl. dixit ſing. Lud. Ro. in l. illa. in pe. col. ff. de
verb. obl. & Iaſ. in l. vt vim. nu. 6. ff. de iuſt. & iu. & illam gl. ẽt
alleg. Dec. in c. ex literis. nu. 7. de proba. de qua ego ẽt feci mẽ
tionem in repe. mea. l. fi. C. de prob. in 50. char. vbi plura addu
xi in materia abſolutionis. & idem dixit Soc. in conſi. ſuo 54.
inci. viſa breui narratione &c. in pe. col. nu. 22. in 4. vol.

542 Tex. in c. 1. §. naturales in ti. ſi de feu. fue. contro. inter do. &
agna. dicit ꝙ filij natutales etiam ſi ſint legitimati nõ admit-
tuntur ad ſucceſſionem feudi. pro quo facit, nam filius ado-
ptiuus non ſuccedit in feudo, vt in d. c. 1. in §. adoptiuus. ſed fi
lius adoptiuus, & filius legitimatus æquiparantur, ſecundum
gl. in l. cum in adoptiuis. C. de adop. & in l. filius. C. de muni.
& orig. lib. 10. & in l. 1. ff. de admi. tuto. quas gl. ad hoc alleg.
Card. Alex. in d. §. naturales. in 1. col. ergo nimirum ſi ẽt natu-
ralis legitimatus non ſuccedit in feudum prædictum, tamen
tex. & ſuperius dicta limita non procedere, nec habere locũ
in filio naturali legitimato per ſubſequens matrimonium,
quia tales legitimati per ſubſequens matrimonium ſucce-
dunt in feudum. Ita no. dicunt Hoſt. & Io. An. in c. lator. in 2.
col. qui fil. ſint legi. & ibi hoc ſequitur. D. An. Car. & alij. & Ia-
co. de Bel. & Bal. in d. §. naturales. & ita cõiter tenetur ſecũdũ
Ale. in l. ex facto. in §. ſi quis rogatus. in 13. col. ff. ad Trebel. de
quo latius per Dec. in conſil. 155. in 3. & 4. col. & idem dixit
Pau. de Ca. in l. fi. C. de his qui ve. eta. impe. circa fi. quod dictũ
refert, & pluribus iuribus, & doctrinis comprobat D. Philip.
Dec. in conſi. ſuo 155. inci. & diligenter. in 4. col. vbi ẽt dicit,
ꝙ appellatione legitimè nati ẽt in materia ſtricta comprehẽ
ditur legitimatus per ſubſequens matrimonium, ſ'm Ant. de
Bu. in c. innotuit. in 2. col. in fi. ver. no. glo. de elec. Subdit etiã
ꝙ pro iſtis etiam bene facit tex. in c. cum in cunctis. de elect.
ubi dicitur ꝙ in epiſcopatu nõ poteſt promoueri niſi natus
ſit de legitimo matrimonio, & tamen ille, qui ſit legitimus ꝑ
ſubſequens matrimonium eligi poteſt in epm, vt per glo. &
Doc. in d. c. innotuit. Adducit etiam, nam vbi per matrimo-
nium fit legitimatio vere reſtituitur ius legitimorum, & ab
initio cenſetur fuiſſe legitimus, ſ'm Ang. in §. & quoniam. in
Auth. qui. mod. nat. effi. ſui. in prin. Et ſic ex ſupradictis appa-
ret, ꝙ maioris vigoris, & importantiæ eſt legitimatio, quæ fit
per ſubſequens matrimonium quã aliæ legitimationes. cir-
ca quod ponit plura not. dicta Dom. Philip. Dec. in d. conſil.
155. in 3 col vbi omnino videas ẽt D. Fran. Cur. in conſ 74.
inci. ſuꝑ memorata. in nu. 61. per totũ. & Dec. in c. cũ in cun
ctis. nu. 9. de elec. Tene mẽti, qa iſta ſunt magnæ importãtiæ.

543 Maleficiis & delictis ante factum obuiandum eſt ne com
mittantur, poſt factum vero punienda ſunt. l. nullus. circa fi.
C. de ſum. tri. & fi. catho. & ideo dicit ibi Bal. arg. illius tex. ꝙ
ſi inter duos contenditur de poſſeſſione, & eſt timor armo-
rum, ꝙ iudex poteſt ad ſe aduocare poſſeſſionẽ, & prohibe-
re partibus ne accedant ad poſſeſſionẽ donec ſit diſcuſſum
de iure cui competat. ad quod allegat dicta per Inno. in c. in
præſentia. de proba. & per Cy. in l. 1. ad fi. C. vti poſſid. & l. fin.
ff. de offi. proc. Cæſa. vbi bonus tex. & voluit latius D. Paris de
Puteo in ſuo trac. ſynd. in 64. char. in 4. col. & Flor. in l. cõi di-
uid. in §. de vſufructu. ff. com. diuid. de quo etiam latius, & co
pioſius per D. Fran. Cur. in conſi. ſuo 61. inci. ſuper eo &c. per
totum conſilium. Prædicta tamen intellige procedere, & ve
ra eſſe quando neutra partium poſſideret, ſed utraque præ-
tenderet poſſeſſionem ad ſe ſpectare, ſed ſecus ſi vna pars tã-
tum poſſideret, ſiue eſſet in poſſeſſione alias non, nam tunc
iudex nõ poteſt ad ſe aduocare poſſeſſionem, & prohibere
partibus, vt nõ accederent ad poſſeſſionem etiam ſi videret
partes peruenturas ad arma. ita limitat Bal. prædicta in l. æ-
quiſſimum. ff. de vſufru. & in l. fi. C. de ord. cog. & in c. 2. in 2.
col. de vi. & hone. cler. & in l. ordinarij. C. de rei ven. & in c. 1.
de ſeque. poſ. & fruc. in 4. col. de quo latius per D. Iaſ. in l. qui-
dã eſtimauerunt. in 3. co. ff. ſi cer. pet. & per D. Fran. de Cur. in
d. conſi. ſuo 61. Item aduertas etiam ꝙ quando neutra partiũ
poſſider, & dubitatur de ſcãdalo futuro, vt dixi, iudex poteſt
prohibere partibus ne accedant ad poſſeſſionem, hoc eſt ve-
rum, ſed primo debet ſaltem ſummariè cõſtare iudici parte
citata, quod ſit timor armorum, & quod ſcandalũ oriri poſ-
ſet, nec crederetur verbis iudicis aſſerẽtis, ita eſſe, niſi hoc cõ-
ſtaret ex actis, alias ſi iſtis non præcedentibus iudex procede-
ret ad inhibitionem poſſeſſionis diceretur proceſſiſſe de fa-
cto, & de facto deberet reuocari. Ita not. dixit Ang in conſi.
ſuo 107. inci. Iacobellus & Lucas &c. alias incip. dicta conſti-
tutio &c. in fi. verbis. quod dictum pro no. refert & ſequitur
D. Phil. Dec. in conſ. ſuo 366. inci. pro declaratione &c. in vlt.
col. Sed credo tamen ego, quod poſſet eſſe tanta feſtinantia
& res poſſet egere tali celeritate, ꝙ iudex poſſet inhibere par
tibus acceſſum ad poſſeſſionem etiam parte non citata, vtpu
ta, ſi ambe partes cũ armis eſſent in procinctu eſſendi ad poſ
ſeſſionem, nam quando periculum eſt in mora relaxãtur ſo
lemnitates in res, vt dixi latè in l. qui cedem. in 2, & 3. col. ff. de
ſica. vbi inter alia, q̃ in tali materia adduxi ẽt Pet. de Anch. in
conſi. ſuo 278. inci. ex prædicta &c. in vlt. col. vbi dixit, qđ con
temni poteſt ſtatutum, lex, vel canon, ſi in eius obſeruantia
mora ſit periculum allatura, de quo ibi valde latius.

544 Omnibus iuris profeſſorib. ſatis notum puto valorem, et
importantiã magnam clauſulę codicillaris, ideo circa eius va
liditatem, et importantiã aliter non me extendam. Sed ſolũ
dicam tibi unum circa dictã clauſulam codicillarem, quod
iudicio meo inter alia eſt not. dignum, videlicet: tu ſcis, ꝙ te
ſtamentũ efficitur caducum quando hæres inſtitutus morit
ante teſtatorem, vt in l. 1. §. pro ſecundo. C. de cad. tol & in l.
non putauit. in §. primo gradu. ff. de ꝯtab & facit tex Inſt. qb.
mod. teſt. infir. in §. 1. Attamen etiam tali caſu quando mori
tur hæres inſtitutus ante teſtatorem teſtm̃ ſuſtẽtatur ſi in eo
adſit clauſula codicillaris. Ita ſing. dixit D. Alex. in conſil. ſuo
17. inci. ponderatis his, quæ in themate &c. in vlt. col. in 3. vol.
quod ſ'm ordinem meum eſt. 240. et idem dixit Bal. in cõſi.
ſuo 464. inci. quidam Nicolaus. in 2. vol. et Soci. in conſi. 140.
inci. conſiderato &c. in 3. et 4. col. in 1. uol. quæ omnia refert,
et ſequitur diuinus ille doctorum princeps, Do. Phil. Dec. in
conſi. ſuo 242. incip. in caſu propoſito &c. in 2. col. in prin. et
in conſ. 369. incip. iuridicas eſſe &c. in 2. col. in fi. Et circa clau
ſulam codicillarem dixi aliqua in conſi. meo 103. inci. cordi
meo ſpiritum ſapẽtiæ infundę Domine &c. quaſi per totũ.
quod conſilium eſt inter conſilia ciuilia.

545 Litigantes ut plurimum quando ſuccumbunt condem-
nãtur in expenſis per regulã illam, quod victus victori debet

condem-

condemnari in expenſis,vt hr̃ in l.qui ſolidum. in §. ẽt. ff. de leg.2.& in l.eum quem temere.ff.de iudi.& in c. finem litib. de do.& contu.& in §.hæc aũt oĩa.Inſt.de pę.teme.litig.quæ cum regula limitatur niſi victus habuerit iuſtam cãm litigãdi,quia tunc abſoluitur ab expenſis, ita hr̃ per Doc. in dictis locis,& in l.properandum.in §.ſinaũt.C de iudi.de qua materia latiſſime dixi in l.patre vel marito, in 4. & 5. col. ff.de qõ. teneas tamen menti perpetuo, quod quãdo iudex abſoluit victum ab expenſis, eo quia habuit iuſtam cã litigandi tenet̃ in ſnĩa exprimere illam iuſtam cãm, alias talis ſnĩa abſolutoria nõ valet,tex.eſt in §.oportet.in Auth.de iudi. ita dicit Bal. in auth.generaliter.in 5.col.ver. quia ergo &c. C. de epiſc. & cle. & voluit Spec.in ti.de expen.in §.nunc videndum.in ver. quidam.alias eſt in §.poſtremo.circa prin. & in tit.de proba. ſenten.§.qualiter.verſ.verum.& volunt alij quos refert,& ſequitur Iaſ.in l. properandum. in §. ſinautem alterutra. in 5. col.C.de iudi.Tene menti prædicta,quia raro,vel nunquam iudices abſoluentes partem victam ab expenſis propter iuſtam cauſam litigandi non exprimũt dictam iuſtam cauſam ex quo talis abſolutoria expẽſarum eſt inualida,ad quod nec etiam partes aduertunt.

546 Licet hæres & defunctus cenſeantur vna & eadẽ perſona, vt in Auth.de iureiu.a mori.præſti.in prin.& dixi s̃. in ſingu. 475.inci.non eſt tibi nouũ &c. Attamen teneas menti duos caſus in quib. hæc regula fallit.primus eſt,qđ ille,qui vult venire ꝯ iur̃m præſtitum debeat primo petere abſolutionem, vel relaxationem a iur̃o,hoc eſt verum,& habet locum in iurante eo viuente,eo aũt mortuo hæredi eius non eſt neceſſaria aliqua abſolutio,vel relaxatio a iur̃o,quia vinculum iur̃i quod eſt ſpirituale eſt finitum morte iurantis. Ita dixit Inn. in c.veritatis.de iureiu.& Io.An.in c.fin.de fo.compe.in 6.in nouella.quos refert,& ſequitur Sal.in l.emptione.C.plus uale.qđ agi. & in auth. ſacr̃a puberũ.C.ſi aduer.vend. quos ego retuli in repe.mea.l.de vnoquoq;.in 36.col. ff.de re iudi. Secundus caſus eſt,quod in inſtr̃o adeſt pactum, quod de damnis, & intereſſe ſtetur iur̃o damnum paſſi,tamen talis facultas non tranſibit ad eius hæredem.Ita dixit Guil. de Cu. in l. cum debitoris.ad fi.ff.de iudi.& Lud.Ro.in l.pe. in §.hoc iudicium.ff.ne quis eum,qui in ius voc.eſt vi exi.& in l.iuſiurãdum,quod ex conuentione.in prin.ff.de iureiu. quos refert, & ſequitur Iaſ.in d.§.hoc iudicium.in vltimis verbis.

547 Clariſſimum eſt in iure,ꝙ pater in teſtõ ſuo tenetur aliqd relinquere filijs iure inſtõnis,alias teſtm̃ non valet.tex eſt vulgatus in §.aliud quoq; capitulum,in Auth.vt cum de app.cogno.& hr̃ in ca.quintauallis. de iureiu.& in auth.non licet.C. de libe. præte. & hoc niſi ipſi filij commiſerint vnã de cauſis enumeratis in d.§.aliud quoq; capitulum.Scias tamen ꝙ ſufficit,ꝙ pater relinquit dotẽ filię,licet non dicat iure inſtõnis, quia tunc non dr̃ præterita,nec exhæredata.Ita dixit D.An.in c.Raynutius.in 3.col.de teſta.quem refert, & ſequitur Alex. in conſi.ſuo 240.inci.ponderatis his,q̃ in themate &c.in vlti. col.pro quo faciunt dicta per eundem Alex.in conſi,335. ſecundum ordinem meum,quod incip.poſt redditum conſilium.& illud dictum D.Anto.in d.c.Rayn.etiam refert,& ſequitur Ale.in conſi.ſuo 125.inci.quoniam abundè &c. in 2. col.in 6.vol.& vide quæ dixi s̃.in ſing.36.inci.clauſula &c.

548 Rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter.l.in re mãdata. C.mãd.l.legis Aquilię debitori.ff.ad l. Aquil.l.ẽt. §.licet in dotalibus ff.ſolu.mat.cum ſi.Sed ſcias,qđ hæc regula non eſt ſꝑ vera, nam ſi eccleſia conceſſit fundum in emphyteuſim alicui,in quo fundo quidam colonus ſteterat ad laborandũ ꝑ maximum tp̃s, hoc caſu ſit talis emphyteuta repellit illũ colonum cũ bonus eſſet,& aliũ ſubrogauit in eius loco dẽt emphyteuta priuari emphyteuſi Ita ſing.dixit Bar.per illum tex. in l.cognouimus.C.de mancip.& colo.patri.lib.11.qđ dictũ refert & ſequit̃ Corſe.in not.ſuo.in verbo,emphyteuſis &c. Tene menti,vt qñ cõducis,vel emis fundum apponas pactũ, vt poſſis remouere colonum, qui reperitur laborare ipſum fundũ,& vide quæ dixi s̃.in ſing.321.incip. credo te ſcire &c.

549 Litigantes ſolent de facili ſe inuicẽ verbis iniuriari, vt ſæpius contingit,& de facto vr̃. Sed aduertant ne hoc faciãt in ſentẽtia iudicis, qm̃ ſi hoc facerent coram iudice poſſent de iure ſtatim & incontinenti ab ipſo puniri arbitrio ſuo.Ita dixit gl.not.in c.Deus omnipotens.in §.quando aũt. in verbo, iudicis.2.q.1.quẽ gl.dixit ſing.Albe.de Roſa.in l.illicitas. in §. veritas.ff.de offi.præſid.& eam refert,& ſequitur ẽt D.An.in c.veſtra.in 61.col.ſuæ repe.de coha.clę.& mulie. ad quod ẽt eſt gl.in l.3.in §.preterea.ff.de ſuſpe.tut.& hoc voluit Iaco.de Bel.in practica ſua iudiciali.in 4.char.in 2.col.ſub ver. & pro tribunali ſedente.vbi ad hoc allegat dictas gl. ſed vltra eũ dicas tu,ꝙ ad hoc eſt ẽt glo.in l.ij.in verbo,aſpectu.ff.de fer. & ibi Bal.Ang.& Mod.& Io.And.in addi.Spec.in titu.de noto. cri.in §.fi.in addi.magna,inci.vbi tractat &c.in fi.& voluit D. Paris de Puteo in tract.ſynd.in 62.char.in 2.col.& in eo.trac. latius in 66.char.in 3.co.& Io.And.in c.accepimus.de fi.inſtr. quem refert,& ſequitur Bal.in l.1.C.de fi.inſtru. quos refert, & ſequitur Baue.in tract.ſuo de virtu.iuramenti.in not.53.in 3.col.credo tamen quod requiratur hoc caſu,quod iudex ſedeat pro tribunali,eo quia iudici,vt iudici debet conſtare de delicto ad hoc,vt poſſit illud punire,alias ſi ſibi conſtaret, vt priuato non poſſet illud punire,ſecundum Docto.in d.l.ij.ff. de fer.& Gandi.in ſuo tract.malefi.ſub rubri. de aliqui. quæſtio.var.in malefi.in 6.col.in ver.item pone. & Spec.& Ioan. And.in d.titu.de noto.cri.in §.fi.in pe.ver. in quibus locis dicunt, ꝙ ſi iudex videt aliquem occidentem hominem ſtando ad feneſtram palatij,ꝙ ſi vel probationibus dicti homicidij nõ poterit dictum homicidam punire,de quo etiam per Ang.in l.a diuo Pio.in §.ſed ſi emptor. in fi. ff.de re iudi.& ꝑ Bal.in l.ſi irruptione. ff.fin. regun. & per glo. in l.ij.ff.de in lit. iur.& per Bar.in l.ij.in §.ſi publico.in 3.colũ.ff.de adul. & per Bal.in l.contra negantem.C.ad l. Aquil.in fi.& in l.1.in pe. q. C.ſi aduer.lib & in rubr.C.de proba.in 3.col.ver.ſequitur viſus & per Bal.in l.1.in 1.col. C. vt quæ deſunt aduo.par.& in c.pen.de teſti.cog.& per Pau.de Caſt.in conſi.ſuo 195.incip. viſa inquiſitione.in vlt.col.& per Lud.Ro.in conſi.211.in fi. 1.col.& in conſi.ſuo,de quo etiam per Bal.in conſi.235.inc. creditor.in 3.volu.& per Albe.de Roſa.in 3.parte ſtatu q.53. inci.Item pone &c.& idem in materia vide etiam D.Alber. de Cataneis in ſuo tract.violantes.in verbo, ſubmiſſo oculo. in 3.char.in 2.col.& Ale.in conſi.464.inci.uiſo proceſſu &c. in 4.col.et Bal.in l.ampliorem.in prin.in fi.1.col.C.de app.Vide tamen ad prædicta omnino D.An.in c.fi.in 5.col.ver.no. ergo gl.iſtam &c.de confeſ vbi ponit ſing.verbum,quem refert,& ſequitur D.Nico.Millus in reper.ſuo.in ver.delictum. in 5.verſi.& idem dicit D.Paris de Puteo in tract.ſynd.in 66. char.in 4.col.uerſi.nec ſufficit ſecundum eum &c.et ad prædicta uide no.uerba Ale.in l.leuia in 2.apoſt.ff.de accu.

550 Statui tibi tradere no. et ſingulare uerbum in materia locationis.et conductionis.et ideo ſcias, ꝙ ſi alicui fiat locatio alicuius fundi ſterilis uel inutilis, & ad tempus fiat talis locatio puta ad 15.ann.tunc ſi conductor laborat taliter dictum fundum, ꝙ ex labore ſuo efficiatur fructuoſus,talis locatio facta ad tempus efficitur perpetua,et tranſibit ad hęredes extraneos,nec finietur tertia generatione, licet in inſtrumẽto hoc non dicatur.Ita ſing.dixit Bart.per illum tex.in l.quicunque.la 2.C.de omni agro deſcr.lib.11.quod dictum refert,et ſequitur Lud.Ro.in repe.rub.ff.de arbi.in 19.col. & Barb. in c.cum clerici. extra de pac vbi dicit ſe pluries pro illo dicto conſuluiſſe.et idem uoluit Bal.in l.penul.C.de ſolu.et illud dictum Bar.refert et ſequitur Pau.de Ca.in conſi.63.inci.videt̃ dicendum &c.in 1.col.et D.Philip.Dec.in conſil. ſuo 147. in vlt.col.ſed illud dictum Bar.improbat Lud.Ro.in l.etiam.ff. ſol.mat.et in ſing.ſuo 371. inci. ſterilis &c.et contra eum uidetur tenere Iaſ.in l.ij.in 66.col.ver.vnum tamen no. &c.C. de iu.emphy.et Pau.de Ca.in conſi.126 inci uiſo inſtrumento &c.circa fi.Attamen mihi uidetur tenen.eſſe dictum Bar. primo per illum tex. qui multum facit pro illo dicto ſi bene ponderentur eius verba.ſecundo pro illo dicto Bar. eſt tex. no.in c.ad aures.extra de reb.eccle non alie.et in l.fi C.de alluquem tex ad hoc alleg.Angel in l.ſi ſeruitus.in 3. col.ff.de ſerui.vrb.præd.& cum dicto Bar concordat glo.in d.c.ad aures.et cum illo dicto etiam tranſit Alex. in d.l.quicunque.in ſuis apoſt ad Bar.ideo tene dictum Bar.et vide quæ in materia iſta latius dixi in tract.meo banni.in ver.eccleſiæ.nu.39.

551 Pœna debet tenere ſuos authores,et nõ alios l.ſancimus. C.de pœn.et nemo debet alterius odio prægrauari, ut in regula,non debet de reg.iur.in 6.Et ideo ſcias,ꝙ ſtatutum,qđ eſt hic Bononiæ volens,ꝙ ſi unus ruſticus non eſt ſoluendo debitum ſuum exigatur ab aliis ruſticis villę non ualet. Ita no.dixit Bar.in l.legatorum.in prin.per illum tex. ff.de leg.2. quod dictum refert,et ſequitur Iaſ in l.ſi quis ſuo.§.legis autem.C.de inoffi.teſta.ad quod etiam alleg Ioan. de Imo.in l. cum filius.in princip ff.de verborum oblig.& ponit Iaſ in d. §. legis autem. quamplura not. ad hanc materiam, quæ per te videas.

552 Sæpius in ciuitate noſtra,& etiam in alijs ciuitatibus fit ꝓclama, ꝙ nullus audeat ludere ad azardum, uel ad alium ludum ſub magna pœna,quo ſtante ſcias, ꝙ ita punitur ille, q inſpicit ludere ſicut ille, qui ludit. Ita no. dixit Bal.per illum tex.in auth interdicimus.in prin.C.de epiſ. & cle.quod dictũ refert,& ſequitur Bertha.in repertorio ſuo,in uerbo,iurans. in 1. col. Sed aduerte tu, quia iudicio meo ille tex.non facit ad hoc, quia non ſolum tex.ille prohibet ludere, ſed etiam prohibet inſpicere ludentes, ꝙ non facit proclama, nec ſtatutum

tutum

tutum prohibens ludum, ideo cogita. Et quod idem operetur inſpectio quod operatur factum, vide quæ dixi. ſ. in ſing 395. inci. dubitarunt &c. & in practica mea cauſarum crim. in §. pro complemento. nu. 27. vbi poſui not. verbum.

553 Vidi alias plures etiam peritos errare, nam aliqui ſunt in dignitate & in aliquo officio, & quandoque ſubrogant loco ſui aliquos qui non poſſunt ſubrogari, vtputa, poteſtas vnius ciuitatis ſi vult recedere, rediturus ſubrogat loco ſui aliquem ciuem illius ciuitatis, quæ ſubrogatio non valet, cum ipſe ciuis ſubrogatus non poſſet eſſe poteſtas illius ciuitatis, & ideo geſta per talem ſubrogatum non valent. Ita dicit Bal. per illũ tex. in l. parabolani. C. de epiſ. & cler. quod dictum refert & ſequitur Do. Fely. in c. 1. in pe. col. de ſum. trini. & fi. cath. & Ale. in l. ſtipulationes commodiſſimum. ff. de verb. obl. & in l 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſta. lib eſſe iuſ. fue. Et idem videtur dicere Bar. in l. 1. in fi. C. de præpo. agen. in reb. & ibi D. Alex. in apoſtil. refert & ſequitur Bal. in d. l. parabolani. & aliqua alia adducit in materia. & ad prædicta etiam faciunt dicta per Alex. in conſi. 57. incip. perſpectis &c. in 4. colum. poſt medium. in verſi. nam per prædicta &c. in 2. vol. & per Iaſ. in §. fuerat. in 2. colum. Inſti. de actio. & Card. in Cle. 2. in 11. q. de æta. & quali. & quæ ego dixi in repe. mea rub. C. de proba. in 71. colum. circa fi. Et per ſupradicta dico & alias pluries dixi, quod aliqui Doctores noſtri collegij ſubſtituti ſeu ſubrogati a Domino Archidiacono noſtri collegij non poterant ſubrogari, cum eſſent mere laici, & haberent vxorem, & filios, & ſic non poſſent ipſi habere Archidiaconatum illo vacante, ideo non poſſunt loco Archidiaconi ſubrogari, & ideo poſſent oppugnari Doctores creati per tales illegitimè ſubrogatos, & ad hoc nemo animaduertit, ideo teneas menti, quia de facili poſſet de facto contingere.

554 Memini me alias plura dixiſſe in l. de minore. in §. tormenta. in 3. colu. ff. de quæſtio. circa hoc quod teſtis inhabilis iunctus cum teſte habili plenè probat, quia integra fides vnius ſupplet defectum alterius. de quo etiam habetur per Socy. in conſi. ſuo 130. incip. viſa continentia. in vlti. colum. & per D. Nellum in tract. ſuo bannitorum, in 1. parte tertij temporis. in 16. q. & per Alex. in conſi. 130. incip. perſpectis. in penul. colum. in 6. volumi. Sed iſta omnia limita & intellige eſſe vera quando ille teſtis inhabilis non eſt in totum inhabilis, adeo quod nec etiam faceret indicium, vtputa ſeruus contra dominum, vt in l. diuus. §. ex quibus. & in l. maritus. ff. de quæſtio. nam tali caſu etiam ſi teſtis taliter inhabilis concurrat, cum valde habili, tamen non probat, nam ſi nullum facit indicium non poteſt ab alio teſte recipere incrementum, cum incrementum præſupponat aliquid adeſſe, vt in l. ſi manente. ff. de preca. ita multum ſing. limitat prædicta Alex. in repe. l. ſæpe. in 17. colum. in fi. ff. de re iudi. vbi adducit prædicta. Tene menti, quia eſt ſingularis limitatio.

555 Tu ſcis, quod probationes factæ in iudicio ſummario non probant in iudicio plenario, & ſimiliter ſententia lata in cauſa ſummaria, non releuat in plenaria, & ordinaria, vt habetur in l. ſi iudex. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & in l. 2. C. de ordi. cog. cum ſimi. Attamen ſcias, ꝙ ſi probationes in iudicio ſummario factæ fuiſſent plenarię, tunc præiudicant eodem modo, ac ſi ordinaria fuiſſet cauſa. iſtud fuit not. verbum. Iac. But. in l. ab hoſtibus. in §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cau. ma. quod dictum refert & ſequitur plura addendo Alex. in repe. l. ſæpe. in 20. col. ff. de re iudi.

556 Plura, vt credo te ſcire, ſunt priuilegia militum, & Doctorum in iure ſparſa, quæ cumulare præſentialiter non curo, & inter alia eorum priuilegia habent hoc, quod non poſſunt pro aliquo maleficio torqueri, licet contra eos extent indicia ipſius maleficij, ſecundum Bar. in l. milites. C. de quæſtio. vbi dicit, quod alias euaſit quendam poteſtatem, qui erat miles dum eſſet in ſindicatu, & ſindicator propter legitima indicia volebat eum facere torqueri, & hoc habet locum in militibus noſtri temporis, vt ibi ſentit Bar. & expreſſe firmat Sal. poſt Cy. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. & Alex. in l. centurio. in 9. col. ff. de vul. & pup. & idem eſt in Doctore ſecundum Bar. in l. 1. C. de aduo. diuer. iudi. & Cyn. in d. l. milites. & in l. 4. C. ad l. Iul. maie. & non valeret conſuetudo in contrarium diſponens, imo eſſet ipſo iure nulla. l. omnes iudices. vbi Bar. no. C. de decur. lib. 10. quæ omnia ponit Iaſ. in l. de quibus. nu. 104. ff. de legi. Prædicta tamen limitat Do. Alex. in d. l. omnes, non habere locum in crimine læſæ maieſtatis, & proditionis populi, per l. fallaciter. C. de quæſtio. & per not. per Bal. in l. decuriones. C. de quæſtio. & dicit, quod hoc etiam voluit Ang. de Are. in tract. maleficio, in verbo, fama publica. in 6. quæſtio. & ſubdit Domi. Alex. in d. l. omnes. ꝙ in caſibus in quibus tales poſſunt torqueri debent primo degradari antequam torqueantur, ad quod allegat tex. quem dicit ſingu. in l. ſi exempta. C. de maleſi. & mathe. in ver. preſidio dignitatis exuti &c. & ſubdit Alex. vbi. ſ. ꝙ Doctor & miles legitimè degradatus a dignitate ſua ad eandem nunquam aſpirare poſſunt. alleg. Bal. hoc dicentem in l. 2. circa fi. C. de libe. & eo. libe. & idem dixit Paris de Puteo in tracta. ſindi. in 70. char. in 2. col. quod eſt no. & idem dicas tu eſſe in tabellione depoſito ab officio & priuato officio tabellionatus, quia tunc non poteſt creari tabellio, ſecundum Bal. in c. at ſi clerici. in 3. colum. de iud. & in c. gratum. de poſtu. præla. & in l. 2. C. de manu. vind. & vide Barb. in c. ex literis. in pe. char. in vlt. colum. de conſti. & Iaſ. in l. dedi. in §. idem erit. in vlti. colum. ff. de condi. cau. da. cau. non ſequu. & in l. naturalis. in 2. colum. ff. de præſcrip. verb. & Do. Philip. Decium in c. vt noſtrum. num. 4. de appel. ad quæ vide etiam Do. Parid. de Puteo in tracta. ſindica. in 68. char. in 4. colum. & ibi in 76. char. in 2. colum & Moder. in repetit. capi. quoniam contra. in 86. char. nu. 35. de proba.

557 Tu ſcis, ꝙ teſtis de auditu regulariter non probat, vt habetur in c. teſtes. 3. q. 9. & habetur in l. teſtium. C. de teſti. & voluit Specu. in titu. de teſte. in §. nunc tractandum. in 5. colum. verſicu. de auditu quoque. & habetur per Alex. in conſi. 77. incip. in cauſa. in 2. colum. in 1. volumi. & ibi in conſi. 100. incip. ſuper 1. &c. in 6. colum Card. Alex. in 4. colum. in fi. ff. de app. & Socy. in conſi. ſuo 89. incip. in cauſa &c. in 1. colum. in 1. volu. & habetur latè per Doct. in c. ex literis. ff. de teſti. & ideo dixit Do. An. in c. quoties. in fi. de teſti. ꝙ teſtis de auditu nõ eſt verus teſtis. & dixit idem Domi. An. in ca. auditis. in 1. not. de elec. ꝙ quando teſtis deponit de auditu non ſequitur, quod intellexerit niſi præſumptiuè, de quibus omnibus dixi in conſi. meo 19. incip. clariſſimi &c. in 1. char. Scias tamen, quod dictum talis teſtis facit indicium, & præſumptionem quę transfert onus probandi contrarium in aduerſarium. Item ſingu. dixit Archid. in c. hoc videtur. 22. q. 5. quod dictum pro not. refert & ſequitur Lud. Roma. in l. ſi vero. in §. de viro. ff. ſolu. matri. & in ſingu. 341. incip. teſtimonium de auditu. & Alex. in conſi. ſuo 77. incip. in cauſa accuſationis. in 1. colum. in 1. volum. quod eſt duplicatum. in 3. volum. conſi. 63. & Domi. Fran. de Curte in conſi. ſuo 70. incip. circa primum. in 3. col. vbi ad corroborationem huius dicti adducit Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 17. incip. in cauſa quæ vertitur Parmæ. in 11. colum. vbi dixit teſtimonium de auditu facere coniecturam & præſumptionem. Tene menti prædicta, quia poſſunt ſeruire ad multa & ſunt momenti.

558 Clauſula generalis, non obſtantibus aliquibus in contrarium facientibus, licet tollat omnia in contrarium facientia etiam ſi talia contraria haberent ſpecialem clauſulam derogatoriam, vt dixi ſatis latè in practica mea cauſa. crimin. in §. quæritur. nume. 16. Tene tamen menti, ꝙ ſi in ſtatuto, vel reſcripto principis ſit clauſula generalis, non obſtante aliquo priuilegio, ꝙ debet intelligi de priuilegio in corpore iuris ſcripti non clauſo: illa enim, quæ ſunt in corpore iuris communis, vel ſtatutorum clauſa, non intelliguntur ſublata per illa verba, ita dixit gl. in l 2. in §. omnes autem iſti. ff. de iudi. quã ibi ſummè no. ad hoc Pau de Ca. quod dicit perpetuo eſſe tenendum menti, & quod nunquam debes obliuiſci.

559 Sæpe in literis apoſtolicis in fine ponuntur iſta verba, videlicet, nulli igitur hominum liceat contra has literas auſu temerario contraire, alioquin indignationem Apoſtolorum Petri & Pauli ſe nouerit incurſurum &c. Quid importẽt iſta verba? Dicas, quod important pœnam arbitrariam. Ita dixit Bal. in repe. l. cunctos populos. C. de ſum. tri. & fide catholi. quem ibi refert & ſequitur Do. Ioã. Baptiſta de Sancto Seueri. in 4. char. in 1. colum. vbi etiam adducit Bal. in ca. porro. in tit. quæ fuit pri. cau. benefi. amit. vbi dicit, ꝙ illa verba comminantur priuationem beneficiorum. de quo latius per Dom. Ioan. Bapti. vbi ſupra & per Iaſ. in l. 1. nu. 3. ff. ſi quis iuſdicen. non obtem. vel latius loquitur de dicta clauſula. de qua vide etiam Alexan. in conſi. 103. incip. videtur primo. in 3. col. in 1. vol. Tene menti, quia alias vidi peritos & doctos dubitare de importantia dictorum verborum.

560 Habemus in hac ciuitate Bononiæ, in curia mercatorum quoddam ſtatutum volens, quod credatur libro mercatorũ quod ſtatutum intelligitur ſolum in his, quæ pertinent ad artem mercantiæ, & non in alijs, ſecundum Io An. in addi. Spe. in ti. de inſtr. edi. in §. nunc dicendum. in addi. magna. in 1. col. quod dictum refert & ſequitur Lu. Ro. in conſi. ſuo 205. inc. in puncto propoſito &c. & Iaſ. in l. ſi quis ex argentarijs. in §. rationem. ff. de eden. & Lu. Ro. in conſi. ſuo 204. inci. pro diſcutienda in 1. col. & illud dictum Io. An. etiam refert & ſequitur Do. Franciſ. de Are. in conſi. ſuo 33. inci. conſultatio &c. in 1. col. & in conſi. 44. quod incip. in propoſita conſultatione. & in conſi. ibi ſeq. in vlt. col. & pro prædictis Iaſ. in d. §. rationem. adducit etiam Lu. Ro. in conſi. ſuo 309. inci. in cã

Ioan-

Ioannis &c. vbi dicit, ꝙ diſpoſitio ſeu prouiſio ſtatuti diſponens ſuper adhibenda fide theſaurario non procedit quãdo agitur de materia non pecuniaria. Et iſta puto notanda eſſe contra iudæos mutuantes ad vſuras ſuper pignoribus diuerſarum perſonarum, qui habent ampliſſima priuilegia, vt credatur libris ſuis, quod hoc tantum intelligitur de mutuo facto ſuper pignoribus, & non circa alia. Et pro prædictis optimè faciunt dicta per Iaſ. in l. age cum Geminiano. C. de tranſac. vbi plura iura, & doctrinas allegat in ſimili, & inter alia dicit, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ conſules artium cognoſcant de cauſis, intelligitur de cauſis ſpectantibus ad illam artem, & non de alijs. alleg. Lud. Rom. in conſ. ſuo 300. incip. in caſu propoſito. & adducit etiam Bal. in l. fi. in 3. not. C. de iuriſdict. om. iud. & Cy. & Ange. ibi. vbi dicunt, ꝙ conſules mercatorum, qui habent cognoſcere de cauſis mercatorum, intelligitur quãdo cauſæ ſunt occaſione mercantiæ, ſecus ſi alterius rei. & dicit etiam ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ filius artifex obligetur, intelligitur ſi contrahat cauſa illius mercantiæ, vel artificij, ſecundum Bal. in l. fi. in 2. col. C. ad Maced. & in l. 4. §. ex hoc edicto. ff. nau. caupo. ſtabu. & Pau. de Ca. in l. j. §. in filio. ff. ad Macedo. vbi dicit, ꝙ pluries uidit iſtum caſum Florentiæ in ſimili. & dicit, ꝙ ſindici, qui habent ſindicare officialem non impediunt ſe de geſtis extra illud officium, ſecũdum Bal. in l. ij. C. vbi de ratioci. agi opor. & in l. obſeruare. §. proficiſci. in 2. q. ff. de offi. procon. & Bal. in l. 3. in §. *ff. nau. caupo. ſtabu. Similiter dicit, ꝙ dominus non tenetur de delicto ſuorum officialium, vel famulorum quando delinquunt extra miniſterium in quo dominus eis vtebatur, ſecũdũ Bar. in l. ne quid. in prin. ff. de incen. rui. naufr. & in l. 1. §. familiæ. ff. de publi. & Abb. in c. 1. in 3. col. de reſti. ſpol. Pet. de Anch. & Gemi. in c. ſi epiſcopus. de offi. ordi. in 6. Item adducit etiam Ange. in l. 1. C. ſi rec prouin. vbi dicit, ꝙ poteſtas non tenetur de male geſtis per ſuos officiales extra eorum officium. Dicit etiam ꝙ communitas nõ tenetur de delicto officialis a ſe electi quando deliquit extra materiam officij. alleg. ad hoc Ludo. Ro. in conſi. ſuo 338. incip. in caſu propoſitæ conſultationis &c. Dicit poſtea, ꝙ nuncio publico non creditur niſi circa officiũ ſuum, vnde ſi dicat citatum dixiſſe ei iniuriam non creditur ſibi, ſecundum Io. An. in addi. Spec. in titu. de cita. §. 1. in prin. & eum ſequitur Abb. in ca. cum parati. in 4. col. de appel. & eum ſe. Iaſ. in l. properandum. in §. & ſi quidem. in 2. col. ante fi. C. de iudi. Vltimo adducit Bal. in l. ſi aduerſarius. C. de fide inſtru. vbi dicit, ꝙ ſtatutum diſponens bannitum haberi pro confeſſo, intelligitur quo ad maleficia deſcripta in libro banni, & non quo ad alia. Tu autem vltra Iaſ. vbi s̃. circa hãc materiam adde dicta per Lud. Ro. in conſi. 434. inci. in quo &c. in fi. verbis. & per Bal. in l. 1. in prin. ff. de magiſt. conue. & per Catal. in trac. ſyndic. in verſic. 226. inci. adde ꝙ ſi officialis &c. & per Fel. in c. poſt ceſſionem. in 2. col. in fi. de proba. & per Barb. in c. cum ordinem. in vlt. col. de reſcri. & per Fel. in ca. fraternitatis. in 1. col. ver. fallit. 2. de hæreti. & in c. Petrus. in 3. col. de homici. in quibus locis prædictis ſcribentes plura adducunt facientia ad hanc materiam poſt Iaſ. vbi s̃. & hæc materia profecto quotidiana eſt, & utilis.

561 Capias not. & ſingulare uerbum lucri plenum, uidelicet quòd ſi teſtator legat vxori ſuæ vſumfructum fundi cum hoc, quod proprietatem alienare non poſſit eiuſdem fundi, tunc cenſetur etiam proprietatem dicti fundi ei legaſſe. Ita ſingu. dixit Bal. in l. Proculus. ff. de vſufruc. quod dictum pro not. refert & ſequitur Ludo. Ro. in conſi. ſuo 209. incip. licet de communi concluſione &c. & Soc. in conſi. ſuo 131. inci. in præſenti &c. in 7. col. in 1. vol. & Rapha. Fulg. in conſil. ſuo 13. inci. circa primum &c. in vlt. col. & Alex. in conſi. ſuo 150. incip. viſo themate &c. in 1. col. in 7. vol. & D. Pet. Phil. Cor. in conſi. ſuo 64. quod inci. in caſu præſentis &c. in 1. col. in 4. vol. & D. Franc. de Cre. in nota. ſuo 28. quod inci. maritus legauit &c. & vide ad prædicta Iaſ. in l. cum hi. in §. ſi vni. ff. de tranſact. & uide etiam D. Franciſchinum de Curte in conſil. ſuo 14. inci. uiſis. in 1. col. & Soci. in conſi. ſuo 102. incip. viſis ſupra &c. in antepen. col in 3. volu. & Cæpo. in tract. de ſerui. in 4. rubri. in 2. col. Et uide quæ ego dixi in repet. mea rub. ff de fideiuſ. in 23. q.

562 Aduertas ad vnum & bene arrige aures. Nã habemus hic Bononiæ quoddam ſtatutum ſub rub. de genera. ſeu cõmu. pe. bannitorum. in 3. col. quo diſponitur, ꝙ capto bannito in figura banni deſcripto in archiuo publico debeat intra tres dies ſequentes ꝯ eum fieri executio banni nulla defenſione, vel exceptione ſua audita, vel admiſſa &c. quod ſtatutũ, non fallor, vr̃ continere iniquitatem, vt ſatis dixi in practica mea cauſa. crimi. in §. vltimá qõ. per totum illum. §. Tamen dicas, ꝙ non obſtantibus uerbis dicti ſtatuti p̃t ẽt de iure ſuccurri dicto bannito. nam põt allegare, & proponere nullitatẽ banni, & maxime illam, q̃ prouenit ex defectu iuriſdictionis, iuxta gl. in cle. 1. de ſequeſt. poſ. & fruc. de qua dixi s̃. in ſing. 100. inc. tu ſcis &c. & debet audiri, qm̃ terminus datus ad oẽm defenſionem faciendam, licet ſit elapſus, tamẽ non excludit allegationem nullitatis, & ideo poſt terminum banni licet ſtatutum dicat, ꝙ vlterius non audiatur, tamen põt ꝓponi nullitas. Ita ſingu. dixit Bal. in l. ſcire oportet. in §. hæc de his. ff. de excuſ. tuto. per illum tex. quem mõ prædicto ſummat. Tene menti perpetuo, & nunquam obliuiſcaris pro adiuuando amicum quando per aliquod ſtatutum eſt ſibi præcluſa uia faciendi defenſiones ſuas, & uide inf. in ſing. 592. incipiente, nullitas.

563 Parum aĩaduertunt quandoq; notarij conficientes inſtr̃a, nam quandoque incurrunt maximam pœnam conficiendo inſtr̃a, licet non ſint falſa ſi tamen ſint licita, quia conficere illicita inſtr̃a eſt quãdoq; ſpecies falſitatis, vt hr̃ in l. iubemus. in fi. C. de teſt. Et ſcias, ꝙ notarius ſcribens inſtr̃m ſimulatum punitur pœna manus, & eſt perpetuó infamis. tex. eſt ſing. in c. imperialem. in §. ſcriba. de prohi. feu. alie. per Frid. quẽ tex. pro ſing. ad hoc alleg. Bal. in rub. C. res inter alios acta circa fi. quod ego etiam retuli in l. ſi ſciente. ad fi. ff. de parrici.

564 Mutuans pecuniam ſtatim conſumpturo eum non obligat ad reſtõnem, vt late hr̃ in l. ſi quis cum ſciret. ff. pro emp. & uoluit Flor. in l. 1. in fi ff. de alea. & Iaſ. in l. iuriſgentium. in §. prætor ait. in 1. col. ff. de pac. Sed pone, aliquis mutuauit cẽtum alicui hoc pacto, ꝙ illa conſumeret in meretricibus, an ſi cum hoc pacto accepit, tamen illa centum non cõſumpſit in meretricibus, an ille mutuans poſſit illa repetere? & dicas quod non. Ita not. dixit Io. An. in addi. Spe. in tit. de oblig. & ſolu. in rub. in prin. qđ dictum refert, & ſequitur Ale. in l. ſi cũ dotem. in §. ſi poſt ſolutam poſt princ ff. ſol mat. vbi dicit, ꝙ de hac quæſtione alibi Doct. Canoniſtæ, nec Legiſtæ non faciunt mentionem.

565 Dubitarunt alias Doct. & legiſtę, & canoniſtæ, vtrũ damnatus ad perpetuos carceres poſſit facere teſtm̃? in quo Abb. in rub. extra de teſta. in 1. col dicit, ꝙ in laico cõis ſn̄ia eſt, ꝙ ſit inteſtabilis, ut not. in l. ij. ff. de publ. iudi. ſed in clerico dicit, ꝙ varie fuit conſultũ, nam quidam conſuluerunt, ꝙ nõ poſſit teſtari, quia illa pœna æquiparatur pœnæ mortis ſeu deportationis, vt no. Inn in c. qualiter & quando. de accu. conſulentes vero ꝯrium moti ſunt, quia ius canonicum nõ imponit perpetuũ carcerem ad pœnam, ſed ad pœnitentiam, vt in c. nouimus. de verb. ſig. & in c. pe. de hæreti. & in c. quamuis. de pęn. in 6. ergo non debet hæc pœna inhabilitatis teſtãdi prodire ex pęnitẽtia. & dicit, ꝙ hæc opinio eſt mitior, ſed alia vr̃ verior, quia negari non põt quin ibi ſit quaſi mortuus. Ita reſidet Abb. in d. rubr. Barb. autem in c. quia ingredientibus. in 10. col. relato ab Abb. in d. rub. dicit qđ idẽ Abb. in c. tuæ. de pœn. tenet, ꝙ non perdit factionem teſtamenti. & dicit, qđ Bal. in repe. l. 1. C. de ſac. ſan. eccl. tenet idem, videlicet ꝙ non poſſit facere teſtm̃. Et dicit ipſe Barb. conſiderandum, ꝙ de iure ciuili liber homo non põt damnari ad perpetuum carcerem, ut uoluit Bar. in l. ij. ff. de publi. iudi. & dicit, ꝙ de hoc eſt tex. in l. aut damna. in §. fi. ff. de pęn. Item dicit, ꝙ loquẽtes in clerico non bene loquuntur, eo quia damnatus ad perpetuum carcerem æquiparatur damnato in metallum, vt not. dixit Inn. in d. c. qualiter & quando. & eum ſequitur Bart. in d. l. ij. Sed damnatus in metallum perdit teſtamenti factionẽ, vt in l. ſi in metallum. ff. de his, quæ pro non ſcrip. hab. cum ergo de iure canonico pœna perpetui carceris ſit introducta in locũ pęnæ metalli, ergo ſequitur, quod ſortitur oẽm eius effectũ. c. eccleſia. vt li. pen. Item pro hac parte adducit text. in l. 1. C. qui ad liber. perue. non poſ. ubi damnatus ad perpetua uincula perdit teſtamenti factionem actiuè & paſſiuè, & dicit ibi Bal. quod clericus damnatus ad perpetuos carceres dr̃ inteſtabilis actiuè & paſſiuè, niſi quo ad alimẽta. & hoc refert & ſequitur Io. de Imo. in d. l. ij. vbi refert Benedi. de Plũb. alleg. d. l. 1. ad hoc, ꝙ damnatus ad perpetuos carceres ex forma ſtatuti, quia de iure cõi hoc fieri non poteſt, ut dictũ eſt non poterit acquirere ex teſtõ vltra alimenta. & dicit Io. de Imo. ſecundum Barb. vbi s̃. ꝙ de iure canonico quo eſt permiſſa iſta pœna etiam alimenta relinqui non poſſunt damnato ad perpetuos carceres, quæ omnia ſunt notanda, ſecundum Barb. in d. c. quia ingredientibus. in 10. col. de teſta. ubi prædicta refert ad literam.

566 Regula eſt tria & vulgata, qđ rl̃r ultima derogant priorib. & maximè in teſtĩs, & ultimis uoluntatibus, vt hr̃ in l. diuus. in §. licet. ff. de iu. codic. & in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legat. 1. & in l. hac conſultiſſima. in §. ſi quis antea. C. de teſta. & in l. ſancimus. eo. tit. & in l. 4. in fi. ff. de adimen. leg. de qua materia dixi latè in l. 1. in §. ſi ſerui quaſi. in 3. & 4. col. ff. de qõ. Et adeo vera eſt iſta regula, ꝙ ſi aliquis ſolemniter cũ ſeptem

teſtibus

teſtibus fecit teſtamentum, poſtea ingreſſus monaſterium fecit ſecũdum teſtamentum coram duobus teſtibus ſ̃m formam.c.cum eſſes. & c. relatũ.de teſta. iſtud ſ̃m tollit primũ, ẽt ſi in primo fuiſſet facta inſtitutio, vel legatum in piã cãm, quia tunc talis ingreſſus ſubiectus eſt eccleſiæ, vnde in actib. ſuis non ſubiicitur ſtatutis laicorum, nec legibus, ſed iuri canonico Ita not.dixit Ant.de But.in c.in præſentia. in 4. col. in ver ex his poteſt decidi &c. de proba. & dicit ſe in facto, ita reſpondiſſe.quod dictum pro not.refert & ſequitur Ale. in conſi.452.inci.viſo ac diligenter &c.in 3.col.& hoc ſecundum ordinem meum.aliter eſt conſ.105. in 4.vol.

567 Omnia noſtra facimus quibus authoritatem noſtram impartimur.c.1.& 2.de confir.vti.vel inuti.c.ſi apoſtolicæ.de p̃ben.in 6 l.1. C.de iu. vete.enucle.& ideo dixit Bal.in l.ex placito.C de re.permu.in 3.col ꝗ ſi Papa confirmat ſtatuta Spoleti, non dicuntur amplius ſtatuta Spoletana, ſed ſtatuta Papalia.& dicit Bal.in l.ex facto.in prin.ff.de vulg.& pup. ꝗ ſi ſuperior confirmat ſtatutum non poteſt inferior amplius de illo ſe intromittere.& voluit Alex. in conſil.469. ſecundum ordinem meum, incip.viſo puncto.in 2.col.& Barba. in c paſtoralis.in §.præterea.in 17.col.de offi.deleg.& Barba.in conſilio incip.ſcripſit Eccleſiaſtes.in 9. col. quod eſt inter conſilia Alex.nume.470 & Lud.Roma.in conſi.98. incip. quo ad id &c. in prin. & Barb.in tract.Car.in 1.q.in 5.col.in fi.& Do. Feli.in c.qualiter.el 1. in 12.col.de accuſ.& in c.1 in 9.col. vbi plura alia ad hoc adducit extra de ſponſa.Stantibus prędictis iam pluries, ego dubitaui de vna doctrina Abb. quod nõ ſit vera: nam dicit ipſe Abb.in c.dilecto.de pręben.in 2.colum. quod ſtatuta collegij confirmata per ſuperiorem poſſunt tamen per collegium reuocari confirmatione non obſtante. quod dictum refert, & ſequitur Alexan. in l.omnes populi. in 4.col. in apoſtil.ff.de iuſti. & iu. Sed ſi per confirmationẽ ſuperioris efficiuntur ſtatuta ſuperioris, & non collegij per illam regulam, ꝗ omnia noſtra facimus &c.ergo non poterit per collegium reuocari, cum inferior non poſſit reuocare factum ſuperioris, vt in cle.ne Romani.de elect. & 21. diſtin.c.inferior.& in c.cum inferior.de maio. & obed. & in l. fin.C.de legi. ideo cogita, quia puto, quod Abb. inaduertenter locutus ſit.

568 Datiarij habent plura priuilegia a ſuperioribus, qui ſibi locant datia, vt quotidie videmus in locationib.datiorum per totam Italiam.Et vltra priuilegia, quæ ſibi dantur a locatoribus, etiam habent aliud priuilegium a iure.Nam contra fraudantes datia & gabellas ſufficiunt probationes per coniecturas, quia talia clam committuntur, ideo lex contenta eſt facilioribus probationibus, & indiciis.Ita not.dixit Ale.in conſi. ſuo 188.incip.viſo proceſſu.in 2.col.in 7. vol. pro quo faciũt dicta per me ſupra in ſingu.meo 1.& in repe.mea rubr.C.de proba.in 64.col. in prin. & in practica mea cauſarum crimi. in prin.num.13.& in dicta practica.in §.diligenter. nu.126.in quibus locis plura iura, & doctrinas ad hoc propoſitum adduxi, quæ per te videas.

569 Pia cauſa habet plura ſpecialia, & plura priuilegia, de quib. per Ludo.Roma.in auth.ſimiliter.C.ad leg.fal.& in conſilio ſuo 428.incip.in terminis &c.& per Dom.Philip.Decium in conſi.182.incip.in caſu occurrenti. in 3.colum. & per Alex. in conſi.102.incip.ſuper primo.in 7.vol & ibi in conſil. 131. incip.ſuper themate &c.in 1 col.& per Ale.in conſi.190. incip.plura narrata &c in 6.vol & per Dom. Philip.Dec.in conſilio 273.incip.in caſu &c.& in conſi.284.incip.viſo.in 4.col. & per Soci.in conſi.ſuo 121.incip.præmittenda &c.in 5. col. in 4.volu.Et inter alia pia cauſa non ſubiacet humanis legib. nec ſolemnitatibus iuris, vt habetur in c.fin.de ſecun.nup. & voluit Bar.in l.cunctos populos. in 5. q. C. de ſum.tri.& fide catho.& ideo dixit Bal.in l.generali.in fi. C.de ſacroſan. eccl. quòd ſtatutum dicit, quòd mulier non poſſit teſtari ſine cõſenſu propinquorũ, ꝗ tñ poterit teſtari ad pias cãs ſine conſenſu propinquorum.quod etiam ſentit Bar. in d.l cunctos populos.quod dictum refert, & ſequitur Pet.de Ancha.in repeti.c.canonum ſtatuta.in ver. dicit Bal.&c. de conſti. & idẽ etiam dixit Bal.in l.generali.in fi.C.de ſacroſan. eccle. vbi dicit, ſtatutum dicit, quòd non valeat teſtamentum niſi ſit poſitum in archiuo publico, quòd ſi reperitur teſtamẽtum ad pias cauſas non poſitum in archiuo publico, tamen valebit, & allegat rationem dicens, quòd cõtra priuilegium piæ cauſæ, quod reſpicit dictum, & eius eccleſiam non poteſt fieri ſtatutum.Et pro iſtis faciunt dicta per Saly.in auth.caſſa.C.de ſacroſan.eccle.& per Do. Anto.in c.relatum.el 1. de teſta.& faciunt alia plura, quæ vltra prædicta refert Ale.in conſil. ſuo 452 ſecundum ordinem meum.quod inci.viſo & diligẽter. in 4.colũ. Sed aduertas tamen quia contra illud dictum Bal. in d.l.generali.tenuit Ludo.Roma.in conſil.ſuo 166. incip. viſo diligenter.in 1.colum. Item circa hãc materiam teneas menti vnum videlicet, quod notarius priuatus officio tabellionatus ſcribit relicta ad pias cauſas, non propterea valet eius ſcriptura, licet ipſum ſit relictum, quia priuilegium teſtantis, vel hæredis, vel legatarij non tollit delictum ſcribentis.Ita not.dixit Bal.in l.in fraudem.in § ſi quis.ff.de teſta. mili.quod dicit eſſe menti tenendum.

570 Aduertas ad vnum ad quod pauci aduertunt, quod vere eſt magni ponderis, & magni honoris & vtilitatis. Nam habemus, quod nõ ſufficit alicui dicere, ſed illud quod dicitur oportet probari.tex eſt iuncta glo.in c 1.de præſcrip.in 6. & in c.non eſt de conſue.eo.lib.& voluit glo.in l.1.ff.ſi quadru. paupe.feciſ.dica.& glo.in l.ij.ff de fer. & in l.magis puto.in §. illud.ff.de reb.eo.& glo in l.ait prætor ff vi bo.rap.& in l.1.ff. de incen.rui.naufra.& glo.in ca.ſuper eo. de appel. & in clemen.1.de reſti.in integ.pro quibus faciunt dicta per Ang. in l.quæcunque.ff.de pub. & per Barba in conſil.ſuo 56. incip. propoſita mihi.in 2.colum.in 3.volum.& in conſi. 73. incip. viſo puncto.in 6.colum.in eo.vol & ibi in conſ 76.incipien. viſo puncto.in 2 colum & ibi in conſilio 88.incip.in contingentia.in 5.col.& per Dom.Feli.in c.cum dilectus. in penul. col.de accuſa.vbi alleg.alias glo hoc dicentes, de quo etiam per Abb.in conſilio ſuo 34. incip. ſuper quæſtionis materia. in 2.colum in prin.& per me in l.qui falſam.in 5 colum.ff.de fal & per Alex.in conſilio 78.incip.viſo, in pen.col.in 5. volu. & in conſilio 26.incipiente, viſo.in pen.col.in 6. vol. & ibi in conſilio 216.incip.ponderatis. in 2. col. Et facit etiam, quod dixit Do.Philip.Dec.in conſilio ſuo 402.incipiente, in cauſa. in 6.col Item facit etiam, nam ſtatutum dans præmium accuſanti, intelligitur ſi ipſe accuſans probauerit cõtenta in accuſatione eſſe vera, & non aliter.Ita dixit glo.in c.1.in verbo, oſtenſum.de his quæ fi.a maio par.cap.& probatur in c.poſt electionem & in c.ſuper.de conceſ.præben.& glo. in l. ſi cuius appellatio.ff.de appel reci.& glo.in l.ij. C.quod met. cau. & Alexan.in conſilio 296.incip.diuini numinis.in 2.col.& in conſilio 71.incipiente, videretur in conſultatione, &c. in 2. col.in 5.volum.de quibus omnibus dixi in practica mea cauſarum crimi.in §.diligenter.num.173.cum ſeq. Et adeo ſunt vera ſupradicta quod non ſufficit dicere, ſed illud quod dicitur debet probari, quod etiam ſi ſtatutum diceret, quòd ſtaretur allegationi alicuius, debet intelligi, & probationi. Ita ſingu.dixit Domi.de ſancto Gemi.in ca.non eſt. per gloſ. ibi de conſue.lib.6 quod dicit eſſe bene not. quod dictum pro not.refert, & ſequitur Do. Anto. Burgos in c.cum dilecti.in 11.colum.de emp. & vendi. Quod dictum ſummè nota ad ſtatutum, quod habemus hic Bononiæ volens in aliquibus, quòd ſtetur dicto alicuius, maxime de damno dato.nam debet intelligi ſi damnum, vel damnum dantem probauerit alias non ſtabitur eius dicto, quod perpetuo tene menti, qa per hoc facies corruere mille accuſationes damnorum datorum.Nec obſtat ſi in contrarium diceretur, quod dictum ſtatutum vult, quod ſtetur dicto damnum paſſi cum iuramento ſuo, & non ſimpliciter dicto ſuo. Quia reſpondeo, quod cum requiratur probatio cum dicto ſuo non ſufficit loco probationis iuramentum, quia appellatione probationis intelligitur de probatione valida & legitima, & ſic in potiori, & in digniori ſignificato, vt habetur in l.1.in §.biduum. ff.quando appel.ſit.& in l.1.in §.qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig.vel emphy pet & in c.pen de ſentent. excomm.& in c.cum olim.extra de teſti & in §.quoties.Inſtitu de iu. natu. de quo late dixi in repe.mea.l.de vnoquoque.in 1.colum.ff. de re iudica. Sed iuramentum non dicitur legitima probatio, vt habetur in pluribus iuribus, quæ ego late adduxi in repeti.mea rub.C.de prob.in 26.col.vbi videas. Ergo iuramẽtum non ſuſtinebit talem accuſationem, ideo tene menti p̃dicta, quia ex prædictis poteris conſequi honorem, & lucrũ.

571 Adiuui ſemel quendam pauperrimum amicum meum a pœna, qui fuit examinatus in teſtem contra quendam diuitem, & potentem. nam dixit, quod ille diues habuit in depoſitum ab vno ciue libras centum, & in principio dicti ſui dixit, quòd illi depoſito fuit præſens Titius, & Sæius: poſtea in fine eius teſtimonij interrogatus, qui erant præſentes quando fuit factum dictum depoſitum, & ipſe teſtis reſpondit, quòd nemo aderat, quo audito curia inſurrexit contra eum, & formauit inquiſitionem de falſo, & de periurio: tunc ego comparui, & dixi, quod non poterat puniri, nec de periurio, eo quia quando teſtis in principio dicit, quòd tali actui fuit præſens talis & talis, & poſtea dicit, quòd illi actui nemo erat, intelligitur niſi illos quos primo dicit fuiſſe præſentes. Ita ſingula.dixit Albericus de Roſa.quem ibi refert, & ſequitur Alexand.in l.non erit.in §.dato. ff. de iureiuran. & Soci in l.ſi quis ita.ff.de rebus dub.& Alexand. in conſilio

ſuo

ſuo 170.incip.viſo inſtrumento.in fi.in 6.vol.& in conſ. 190. incip.viſis atteſtationibus.in 2.col.in 7.vol.pro quibus etiam faciunt dicta per Alexand. in conſi.185.incip.viſo.in 2.col.in 7.volu. & in conſi. 197.incip.viſis &c. in 2.col.in eo.vol.& ex iſtis ego feci illum abſoluere ab illa inquiſitione, licet ille iudex ægre ferret,& multum recalcitraret.

572 Multa & quamplura operatur ignorantia, vt dixi in l qui ignorans.ff.de fal.quaſi per totum.& in l.qui falſam.in 11.colum. eod. titu. & inter cætera operatur magnum effectum. Nam vt forte ſcis, dantur quatuor anni minoribus effectis maioribus ad petendam reſtitutionem in integrum eorũ, quæ facta ſunt in minori ætate, quæ ſunt nociua ipſis minoribus effectis maioribus,ut habetur in l.ſi.C.de tempo.in integrum reſti pet.& in c.1.de reſtit. in integ.lib.6. & in clem. vnica.eod. tit. & tale tempus quatuor annorum non currit ignoranti ſe eſſe læſum.Et ideo ſi quis ignorans ſe eſſe lęſum ex aliquo facto in minori ætate ſteterit per centum annos, quod non petierit reſtitutionem,ſemper illam poterit petere.ita ſingu.dixit Bal.in l.falſam. C.ſi ex fal.inſtrumen. & Do. Ale.referens Bal in conſi.ſuo 408.ſecundum ordinem meũ incip.ſtantibus his &c.in 6.col.in ver.nec obſtat &c. de quo etiam dixi in d.l.qui ignorans.in fi. 2. col. ff. de fal. & in l. qui falſam.in 11.col.eod.titu.& idem dixit Alex.in conſi.207. incip.Dom.Alexander &c.in vlti.col.in 7.vol.& Abb. in c.1.in fi.de præſcrip.& Cardi.in d.clem.vnica.de reſtitu.in integ. in 25.q.& Alex.in conſi.4.incip.videretur inſpectis.in antepen. colum.in 2.uolu.& in conſi.71.incip.videretur prima conſideratione &c.in vlt. col.in 1.uol. & in conſil.84. incipien. in cauſa uertente.in 3.col.in 1.uolu.& in conſi.116.inci.perſpectis &c.in 2.col.in 5.vol.& Do.Philip.Dec.in conſi.ſuo 36 in vlt.col & in conſi.42.in fi.& in conſi.303.incip. In occurrenti caſu &c.in pen.col.Tene menti,quia iſtud dictum non eſt parui momenti,ſed eſt maximę importantiæ.

573 Grauior eſt iniuria ſeu offenſa facta a fratre, vel cõiuncto quàm illa,quæ fit ab extraneo,& ignoto.ita probat tex.& ibi Bal.in l.cum oportet.in verbo, grauius. C. de bo quæ lib.Et ideo ſcias,quod licet pater non poſſit remittere iniuriam factam filio,inuito ipſo filio,ut habetur in l.ſed ſi vnus. in §.filio.& in §.fin.ff.de iniur. & voluit glo. in l.in perſonam.ff.de pact.iſtud tamen intelligas eſſe uerum quando iniuria fuit illata filio per cõiunctum, ſecus autem quando fuit facta per extraneum & ignotum, quia tunc pater poteſt illam remittere etiam filio inuito. ita dixit Iaſ. in l. contra iuris.in §.1.in vlt.col.ff.de pac.allegat ad hoc tex.& ibi Bar.Ang.Imo.& Ludo.Roma.in l.Lucius.ff.ſolu.matr.

574 Mulier conſtante matrimonio poteſt dotem ſuam repetere a marito quando incipit male uti ſubſtantia ſua,& uergere ad inopiam. l. ubi adhuc. C. de iu. dot. l.ſi conſtante.in prin.ff.ſolu.matri.cum ſim.Et ſcias,quòd maritus dicitur male uti ſubſtantia ſua quando implicat ſe pluribus fideiuſſoribus, & tunc mulier habet legitimam cauſam repetendi dotem.ita dixit Ang.in l.in perſonã. in §.qui pecuniam.ff.de pactis.quem ibi refert,& ſequitur Iaſ.& quod hoc caſu, ꝙ maritus dicatur male uti ſubſtantia ſua patet ex illo trito,& vulgari prouerbio dicente,qui pro alio intrat pro ſe eſt una beſtia,quod eſt uero uerius.

575 Proximis ſuperioribus diebus conſului in ciuitate Tridenti in uno caſu in quo non memini me uidiſſe aliquem Docto.conſuluiſſe, nec etiam audiuiſſe aliquem oretenus allegaſſe.Qui caſus talis eſt nã in dicta ciuitate fuit crudeliter interfectus a pluribus illius ciuitatis quidam Dominus Paulus de Fatis de Tarabellis de Trilaco, q erat Doctor V. I. Eques & Comes familiariſque Imperatoris. Et quidam poteſtas illius loci condemnauit dictos reos contumaces in pœna capitis ſi unquam peruenerint in fortiam ipſius, uel ſucceſſorum ſuorum. Sed fuit dubitatum utrum fuerint ſufficiẽter, & debitis pœnis condemnati? in quo ego dixi, & conſului, quod non,eo quia debebant etiam condemnari in confiſcatione bonorum,quia commiſerant crimen læſæ maieſtatis, cum dictus Dominus Paulus eſſet familiaris Imperatoris,& plura ad hoc adduxi de quibus in dicto meo conſilio. Item dixi, quod ultra dictas pœnas debebant etiam condemnari in alia pœna.Nam debet per peritos, & cognoſcentes dictũ Dominum Paulum fieri exiſtimatio quot annis etiam potuiſſet naturaliter uiuere, & quantum ſingulo anno ex officijs,& negociationibus ſuis, & ex induſtria perſonæ ſuæ poterat ſuperlucrari, & intantum ſunt condemnandi dicti interfectores, & ad damna,& intereſſe filiorum, & hæredum ſuorum,& ad hoc alleg. tex. not. Inſti. de obli. quæ ex quaſi delic.in § iudex.& text.in l.fin. ff.de his qui deiece,uel effu.& in l.ex hac.ff.ſi quadru.paupe.feciſ.dica.& in l.ait lex. ff.ad legem Aquil.& in argum.l.Stichum aut Pamphilum.& l.ſi ſeruum.eodem titulo. Et dixi,ꝙ iſtud in terminis tenuit Specu. in titu.de iniur.in §.ij. in uer. ſed nunquid pro libero &c. & in verſi.ibi ſeq.& Io.Fab.& Ang.de Are.in d.§.iudex.& adduxi etiam Abb.hoc expreſſe dicentem in ca.1.in fi.1.col.extra de iniur.ubi alleg.d l.fi.ff.de his qui deie.uel effu.& d.l.ex hac. & alia etiam adduxi ad corroborationem prædictorum de quibus plene in dicto conſil.95.incip. notam fac mihi viam in qua ambulem &c. Quæ omnia teneas menti, quia hodie videtur iudicibus maleficiorum ſatis eſſe condemnare occiſores hominum in pœna mortis non habito reſpectu ad intereſſe filiorum,uel hęredum interfecti,nec habito reſpectu ad alia ſupradicta, ideo non tradas prædicta obliuioni, quia facient tibi honorem & utilitatem adueniente caſu,& tunc eris mei memor.

576 Retro actis temporibus pluries uidi in facto quæſtionem illam,uidelicet, an committens homicidium in aliquo loco extra domicilium ſuum poſſit ratione originis accuſari, vel inquiri,& puniri in loco originis? in qua dubitatione Doct. ſunt varij,vt ego late dixi in repe.mea.l fi. ff.de iuriſdict. omnium iudi. nume. 128. cum plur.nume. ibi ſeq. Circa quam queſtionem teneas perpetuo menti ſingu.uerbum nunquã tradẽdum obliuioni,uidelicet, quod in terris eccleſiæ iudex non poteſt inquirere contra ſubditum ratione originis de delicto commiſſo extra iuriſdictionem. ita ſing. dixit Bal. in l.1.§.ij.in pe.col.ff.de offi.præfec.urb.quod dictum refert & ſequitur Do.Augu.de Ari.in addi.ad tract.Ange.de Are. ſuper malefi.in uerbo,hæc eſt quædam inquiſitio.in 8.char. in addi.incip.tu autem in hac materia adde,quod Bal.& Ange. in l.fi.&c. quod eſt ſummè no.in materia. quod dictum etiã retuli in d.repe.mea.l.fi.ff.de iuriſd.om.iud.nume.131.Tene menti,quia ſæpe,imo ſæpiſſime,occurrit in facto.

577 Mulier contrahendo ſecundum matrimonium dicitur honeſte viuere & ſeruare uoluntatem uiri, qui in teſtamento dixit, lego vxori meæ ſi caſtè uiuet. c. Nicena ſinodus. 31. diſtinct.per quem tex.dixit Barto. in l. mulier.in §.cum proponeretur. ff.ad Trebel. quod vxor non perdit legatum ſibi factum a marito ſi caſtè & honeſtè uixerit tranſeundo ad ſecunda uota.pro quo etiam eſt tex.ibi ſecundum Bar.& alios in uerbo, mulieris pudicitiæ &c.quod etiam uoluit Abb. in c.quod ad te. de cle.coniug. & in cap.ut clericorum. de uita & honeſtate cler.Bald.autem in l.fin.in 1.col.C.de indic.uid. tol.in hoc diſtinguit dicens, quòd aut legatum fit uxori per maritum ſub illa conditione, ſi caſtè & honeſtè uixerit, aut fit ei per patrem,fratres,uel coniunctos ipſius mulieris. primo caſu perdit legatum tranſeundo ad ſecunda uota, quia per talem tranſitum contriſtatur anima mariti: ſecundo uero caſu tranſeundo ad ſecunda uota non perdit legatum.& hanc diſtinctionem etiam facit,& approbat Angel. & Ioan. de Imo.in dicto §.cum proponeretur.dicentes idem eſſe in legato facto per filium matri ſub illa conditione, ſi caſtè & honeſtè vixerit. nam per matrimonium ſequens etiam filijs fit in iniuria,vt in Authen. de non eligen.ſecundo nuben in §.1.& idem etiam dixit Ang.in d.Auth.de non elig ſecundo nuben.in §.cum igitur. vbi facit eandem diſtinctionem, & idem videtur tenere Bal.in l.Deo nobis.in 4.col.C.de epiſ. & cle.& in l.vnica.in 15.not.C.de rap. virgi. & contra Barto. & ſequaces in d.§.cum proponeretur. tenet Iaſ. ſequendo dictam diſtinctionem in l.fin.in fi.C.de indic.vid.tol.vbi dicit, quod Bart.in d.§.cum proponeretur. fortiter æquiuocauit. Mihi autem,& ſi minimus ſim,videtur ꝙ imo Bar.& ſequaces optime loquantur,ſiue loquamur in marito vel in filijs, ſiue in patre vel alijs affinibus mulieris.nam ſi per maritum, uel filios ſit factum legatum vxori, ſi caſtè & honeſtè vixerit,ſi tranſeat ad ſecunda uota, tamen debebit etiam tunc habere legatum, cum etiam tunc dicatur caſtè & honeſtè viuere, ut in dictis iurib. Nec obſtat illud quod per tranſitum ad ſecunda uota contriſtatur anima viri, & fit iniuria filijs. Quia dico hoc eſſe imputandum marito,& filijs, qui non dixerunt,ſi caſtè & honeſtè uixerit, & vitam vidualem ſeruauerit, parum erat eis addere illud verbum, & uitam uidualem ſeruauerit,& ideo eis eſt imputan.iuxta ea, quæ habentur in l.veteribus.ff.de pac.poterant enim leges apertius dicere,ergo ſibi imputẽt, cum hoc eſſet in eorum poteſtate.pro quo faciunt dicta per Ioan.de Imo.in conſi.ſuo 106.incip in cauſa,quæ vertitur &c.in 2.col.poſt princ. Præterea hoc confirmatur. nam quod teſtator non loquitur,uelle non præſumitur,ſm Bal.in l.1.§.ſin aũt ad deficientis.C.de cadu.tol. & nõ ſufficit teſtatorem velle niſi diſponat,ſecundum Bal.& Ioan. de Imo.in l.quidam cum filium.ff.de hæred.inſti. & pro hoc facit regula illa,uidelicet quòd propoſitum in mente retentum nihil operatur, ut in l.ſi repetendi. C de condi. ob cau. quod uoluit Do.Philip.Dec.in conſi ſuo 362.incipien.pun-

ctus

ctus de quo &c.in prin.2. colum.& in conſi.359. incip.iudicas.in 1.colum.& in conſi 374.incip.in caſu.in vlt.col.& in cōſil.205.incip.in cauſa.in 2.col Nec prædictis obſtat ſi dicatur quod coniecturata tacita voluntas teſtatoris in teſtamentis & vltimis voluntatibus hētur pro expreſſa,& attendenda eſt, vt habetur in l. in conditionibus primum locum. ff. de condi.& demon. & in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. & in l. pen. ff.de lega.1.& in l.fideicomiſſa.in § item ſi quis.de leg.3. & ſufficit voluntas etiam tacita quæ ex cōiecturis colligitur. l.cum proponeretur. in fi.& l.qui ſolidum.§ .ff. de leg.2.& l.cum auus.ff.de condi & demon. & l. licet imperator.& ibi Bar.ff.de legat. 1.& in l.cum virum.C de fideicom.cum ſimi. ita in hoc caſu debet attendi & haberi pro expreſſa hæc coniecturata mens & voluntas mariti vel filiorum,ſcilicet quod vxor vel mater non tranſeant ad ſecunda vota, cum ex tali tranſitu eis fiat iniuria & moleſtia, vt dixi ſupra. Quoniam reſpondeo ꝙ iura quæ dicunt attendendā eſſe voluntatem teſtatoris,intelliguntur quando apparet de tali voluntate teſtatoris diſpoſitiue:quia,vt ſupra dixi,non ſufficit teſtatorem ita voluiſſe niſi diſponat.pro quo facit tex.in l.Gallus in §. q dam recte.in verſi.vt eo caſu valeat qui ex verbis concipi poſſit &c.quem tex.ad hoc ponderauit Bal. in c. ſecundo requiris.de appel.apoſtil.tex. ibi in verbo, intentioni.vbi alleg. etiā bonum tex.in l.ſi alij.ff.de vſufruc.leg.in fi.vbi interdum plus valet ſcriptura quam quod actum ſit.ideo dicit Bal in c.mandatum.de reſcrip.quod voluntas teſtatoris tacita retenta in corde non attenditur, ſed illa quæ coheret expreſſe pro expreſſa habetur,quæ omnia ad hoc propoſitum adducit immortalis ille Decius in conſilio ſuo 205 .incipiē.in cauſa iſtorum . in ſecunda columna. Et pro iſtis facit, nam grauatus a teſtatore ſi deceſſerit ſine liberis extantibus liberis ceſſat fideicommiſſum, & dato quod liberi qui faciunt deficere fideicommiſſum poſtea moriantur ſine filijs, non tamen admittitur ſubſtitutus, quamuis veriſimiliter iſta fuiſſet intentio teſtatoris,tamen quia vlterius non diſpoſuit non admittitur ſubſtitutus.ita dixit Oldr. in conſil. ſuo 21.incip. thema tale eſt &c.& Io.And.in addi. Spe.in titu.de teſta.§. in primis in vlt.q.quem refert & ſequitur Pau.de Caſt.in l. ex facto.in §.penul.ff. ad Trebel.& in conſi.172. incip.ne improprijs vtamur vocabulis &c.in pe.col.& Abb.in conſi.ſuo 51.incip.venio ad primum.in 1.dubio.in 1.vol.& Alex. in conſi.31.inci. ponderatis his.&c.in princ.in 3.volu.quos omnes refert & ſequitur Domi.Philip. Dec.in conſilio ſuo. 484. incip. in caſu propoſito &c.in vlti.col. Ex quibus mihi videtur quod opinio Bar. & ſequacium in d.l.mulier.§. cum proponeretur.ff. ad Trebell. ſit verior, ſiue loquamur in marito vel in filijs, ſiue in patre vel alijs relinquentibus mulieri, ſi caſtè & honeſtè vixerit quod tranſeunte ad ſecunda vota non perdat relictum per ſupra dicta. Sed iſta tamen omnia ſingu.limita eſſe vera in muliere tranſeunte ad ſecunda vota, ſecus autem ſi trāſiret etiam ad tertia vota, quia tunc perderet tale legatum.ita not.dixit Ang.in §.hoc ideo. in Auth.quando opor. epiſ.quod dictum pro not.refert.& ſequitur Dom.Feli.in c. ſi cautio.in 13.colum.in ver. & hic eſt &c. de fide inſtru. ſed in alia ſtampa eſt in 14. colum. & voluit Alex.in d.l. mulier. in d.§ cum proponeretur.ff.ad Trebel ꝙ dictum poteris addere ad materiam geminationis,quam ego in pluribus locis poſui in operibus meis. Et circa materiam relicti facti vxori per maritum, ſcias ꝙ ſi vxor ſit relicta vſufructuaria a marito in bonis ſuis non perdit vſumfructum ſi trāſit ad ſecūda vota.ita no.dixit D.Fran.de Are.in cōſ.ſuo.40 inci.præſupponitur.in pe.col.vbi alle.ad hoc tex.in Aut.de nup.in §. ſi vero ſolum vſumfructū.& in aut.hoc locū.C.ſi muli ſecun. nup.

578 Metus ad hoc vt operetur vires metus debet eſſe talis qui cadat in conſtātem virū,vt habetur in l.3.in §.metū.ff.ꝙ met. cau.& in l.interpoſitas.C.de tranſac.& idem in muliere ſi tractamus de metu mulieris, nam debet eſſe talis qui cadat in conſtantem mulierem, ſecundum glo.in c.locum. extra de ſpon.quam ad hoc alleg d.An.in c.conſultationi.quod met. cau.de quo etiam per Ioan. de Ana. in c.3.in vlti. colum. de homici.Iſtud tamen limita non habere locum in minis illatis teſtibus ad hoc vt minās perdat cauſam, nam non requiruntur minę,quæ cadant in conſtantem virum, ſed quales quales minę ſufficiunt.ita no.dixit Do.Bart.Bellenzinus alias auditor Rotę in c.ſuper eo. de teſti.cog. quod verbum pro notabili prout eſt,ego retuli in repeti.mea rubri.C. de proba.in 40.col.verſi.tamen in caſu iſto &c.

579 Correlatiuorum eadem eſt cenſura, vt in l.fi.C.de indic. vid.tol.& ibi late per ſcriben.& in l.1.C.de cupreſ.lib.11.& in l.non tantum.ff. de re iudi. de qua materia late loquutus ſū in l.ſi quis viduam.in 5. col. ff. de quæſtio.& in l. ſeruo. in 1. col.ff.ad legC.orne.de ſicar. Sed iſta regula limitatur in vno caſu not. nam licet filij vel alij deſcendentes quando ſuccedunt aſcendentibus teneantur inter ſe bona conferre, per totum titu.ff. de colla.bo. & de colla. tamen econtra quando aſcendentes ſuccedunt filijs vel alijs deſcendentibus non tenentur inuicē conferre,ex quo illud non reperitur ſtatutum.ita ſingu.dixit Bal.& Alex.in l.ſi emancipati. C. de colla. quos refert & ſequitur Iaſ.in l.filium quē habentē.nu.7.C.fami.erciſ.vbi etiam in ſimili adducit aliud, videlicet, nā licet valeat teſtamentum imperfectū conditū a patre inter liberos,vt in l.hac conſultiſſima.in §.ex imperfecto.C. de teſt & in l.fi.C.fa.erci.tamen econtra teſtamentum filij inter patrē vel alios aſcendētes imperfectum nō valet.alleg. hoc voluiſſe Spec.in tit.de inſtr.edi. in §.cōpendioſe.ver quid ſi filius.& Bal.& Saly in d.l.fi.C.fami erciſ. & Bal.in l. hac conſultiſſima. in §.fi.per illum tex.C.de teſta. & in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic.& Alexā.in d.§.ex imperfecto. quæ omnia addere poteris in materia correlatiuorum.

580 Acta facta in iudicio ſummario non faciunt fidem in plenario,ſecundum Bar.in l.2 in §. hoc edicto. in 4.colum.ver. quæro vtrum ff.vi bo.rap.& volunt cano. in c.veniens.de teſti.& Abb.in c.cauſam quæ.eo. tit. quod idem eſt in ſententia per.l.pe.cum glo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.& iur. & voluit Bar.in l.qui Romę.in §.duo fratres.in v.oppo ff. de verb. obl.& in l.j C.de ordi.iudi.de quo dixi in repe.mea.c.at ſi clerici.nu.87.de iudi.Scias tamen quod probatio facta per confeſſionem in iudicio ſummario probat in iudicio plenario. ita ſing.dixit Inno. in c.cum dilectus.de ordi. cog. quem refert & ſequitur Bar.in c.at ſi clerici. in 7.colum.in prin. extra de iudi.Quod tamen ipſe limitat,dummodo talis confeſſio fuerit facta ſuper libello vel proceſſu valido, alias ſecus, de quo ibi late per eum Et pro illo dicto Innoc. facit quod voluit Bal.in l.cum mulier.in 13.colum.in verſi.deinde quæro. ff.ſol.mat.vbi dixit quod confeſſio plus operatur quam aliqua ſpecies probationis, quod eſt not.de quo feci mentionem in repeti. mea d.c.at ſi clerici.nu.12. de iudi.

581 Vt dixi tibi ſupra,in ſing.163.incip.crimen.falſi. & in rub. ff.ad le Corn.de fal.in 3.& 4.colum & ſupra, in ſing.507.incip.viget quandoque &c. crimen falſi eſt deteſtabilius omnibus alijs criminibus & habet aliqua ſpecialia quæ non habent alia crimina: & in dictis locis de hoc adduxi plura exempla.Sed nuper do tibi aliud ſpeciale in ipſo crimine falſi. Nam tu ſcis quod confeſſio ad hoc vt noceat confitenti requiritur quod ſit facta principaliter & non incidenter, vt dixi & oſtendi in l.1. in prin.in 15.colum.uer. & ultra prædicta &c.ff.de quæſtio.& in d.l.1. in §.diuus Antoninus.in 4.colum.uer.poſſet tamen huic dicto,eo.titu.& in ſingu.327. ſupra,incip.plures ſunt caſus &c.in princ.tamen hoc non habet locum in crimine falſi in quo quis puniri poteſt etiam ex confeſſione facta incidenter, ſecundum Petr.de Anch. in conſi.ſuo.162.incip circa primum. in penul.columna,verſiculo,ex cuius dictis &c. quod dictum refert & ſequitur d. Philip Dec.in c.at ſi clerici.in 2 colum.uerſ.ſed iſta limitatio. extra de iudi.& hoc poteris addere in dictis locis,vbi ego tetigi hanc materiam falſi.

582 Accipe not. uerbum cuius contrarium prima facie quilibet diceret. Nam uulgata eſt regula in iure quod cui non conueniunt uerba legis,non conuenit eius diſpoſitio.l.4.in §.toties.ff.de dam. infec.l.hos accuſare.§. omnibus.ff. de accu.& l.ita autem.in prin.ff.de admi.tut.cum ſimi. quæ adduxi.s̄.in ſingu.339. incip. cui non conueniunt verba legis &c. Pro qua regula facit quod voluit Bal. in l.2. per illum tex.C. de nauti.fęno.vbi dixi quod illud quod in contractu non dicitur pro non intellecto habetur.Scias tamen & teneas mēti perpetuo ſing.verbum,videlicet ꝙ ſi ruſticus promiſit domino plantare vineas vel vites in fundo, & dare quartā partem fructuum domino, ꝙ ſi plantauit in fundo alias arbores,quod ſimiliter tenetur dare quartam partem fructuum domino, licet de eis nihil dictū ſit.ita ſin.dixit Io.An.in add. Spec. in tit. de loca.in §.1.in verſ.quid ſi colonnus. mouetur ad hoc per tex.in §.fin.inſti.vi bo. rap. & per l. tale pactum.§. fin.ff.de pac. quod dictum pro ſingul. refert & ſequitur Iaſ. in l.quicquid aſtringendę.in 3.colum.in fin.ff.de verb. oblig. vbi dicit quod forte hoc alibi in ſpecie nō habetur. & idē dixit ipſe Iaſ. in l. ſtipulatio iſta.. in §.in ſtipulationibus.eod. tit. Quod dictū addere poteris ad materiā regulę ꝙ ſubrogatū debet ſapere naturam illius in cuius locum ſubrogatur.de quo aliquid dixi.s̄.in ſingu.255.incip.ſubrogatus &c.

583 Titius fecit pacē cū Seio & promiſit ꝙ ipſe,nec Caius,nec Petrus,nec affines ſui,offenderent dictū Seiū ſub pœna mille,& pro hoc præſtitit fideiuſſores q ſe obligarūt hoc mō,videlicet ꝓ quo Titio tales fideiuſſerūt &c.an hoc caſu tales fideiuſſores teneant̄ ſolū ſi dictus Titius offenderit dictū Seium

ium,an vero teneantur pro offenſa facta a quocunq; nominato in dicto inſtrumento.in quo dicas quod tenẽtur ſolũ pro offenſione facta per dictum Titium.ita not.dixit Bal.in conſi.ſuo 221.inci. anno Domini &c.in 2.vol. vbi alleg.iura & rationes de quibus ibi per eum, quod eſt ſing.no. cum ſępe fiant inſtrumenta modo quo ſupra.

584 Pluries & in pluribus locis alias dixi tibi quod in his quæ ſunt difficilis probationis admittitur probatio per coniecturas & indicia,de quo dixi in ſingu meo.1.& in repeti.mea rubri.C. de proba.in 3.colũna, in ver.ad prædicta &c. & ibi in 63.col.in fi.& dixi etiam in pluribus conſilijs meis quæ omitto breuitatis cauſa. Et circa hanc materiam difficilis probationis tene menti not.verbum, videlicet quod vbi eſt maxima difficultas probationis tunc ſtatur iuramento maxime ſi res eſt parui præiudicij. ita dixit Bal.in l.qui accuſare in 2.col. C.de eden.quod dictum pro not. refert & ſequitur Alex. in l.1.circa fi.C. de ſen. quæ pro eo quod inter. quod profecto eſt not. quia quotidie euenit in facto in iudicijs in quibus non habentur probationes & difficile eſſet eas habere.

585 Probationes diuerſi generis nõ cõiunguntur ad faciẽdũ plenã probationẽ niſi quando quælibet probatio eſt per ſe perfecta in eſſe ſuo, ſecundum Bal.in l. ſi quis ex argentarijs. poſt prin.ff.de eden. de quo plene ſatis remiſſiue dixi in l.de minore.in §.plurium,in 16. col. verſ.bene aduertas &c.ff. de quæſtio.& l. vnius facinoris. in §.teſtes torquendi. in 2. col. eo tit.& in repeti.mea rub.C.de proba.in 63. colum.in verſi. item ſcias &c. de quo etiam per Soci.in conſi.ſuo.89. incip. in cauſa.in 8.col.in 1.vol. & per Iaſ. in repeti.l.admonendi.in 91.col.cum tribus col.ibi ſeq.de iureiur. Scias tamen quòd ſi vnus teſtis deponeret de veritate & de fama, alius vero teſtis deponeret de ſama tantum, iſti duo teſtes coniungerentur & plene probarent, quaſi ſint duo teſtes de fama, & ſic primus teſtis ſubeat officium duorum teſtium. ita multum ſin. dixit Bal.in l.Gallus.in §.ille caſus.in 3.not. per illum tex.ff.de libe.& poſthu.qđ dictum Alex. ibi in 2.col. exclamat vſq; ad cœlum & dicit quod iſtud dictum alibi non reperitur, poſtea illud repræhendit ex tribus rationibus, ſed poſtea vltimo loco illud approbat & dicit quod non habet aliquem contradictorem. quod dictum refert & ſequitur Iaſ. in l.admonendi,nu.99.circa fi.ff.de iureiur.vbi videas.

586 Imperſonalitas ex parte ſtipulãtis non vitiat ſtipulationẽ, quia præſumitur in dubio ſtipulationem recepiſſe pro ſe & pro hęredibus ſuis, & ideo ſi ſum ſtipulatus hoc modo, promittis mihi recipienti pro eo quem declarabo, poſtea neminem declaro,an vitietur ſtipulatio. dicas quod non.ita dixit Bal.in l.1.ad fi.ff.de pact.ſed de hoc eſt tex. expreſſus in l. ſecundum reſponſum.C. de contrahen.& cõmit.ſtip.quem tex.ad hoc alleg.Bal.in .cum poſt.§.in gener.in reportatis antiquis.ff.de iu. dot.vt refert dom.Alex.in l.ita ſtipulatus.in 8. colum.ff.de verb.obli. qui pro hoc etiam alleg.tex. in c.1.de feu.non habẽ. prop.natu. feu. quæ omnia refert & ſequitur Dom.Iaſ.in d.l. ita ſtipulatus.nu.6. quæ lex eſt vltima lex quã ipſe legit in tit.ff.de verb.obli. Et prædicta addere poteris ad materiam incertitudinis quam ſatis late poſui in repe. mea rub.C. de proba.in fi. & ad prædicta vide quæ dixi in d.repe. d.rub.de proba.in 79.colum. in prin. ver.item vitiat ſtipulationem &c.

587 Qualitas extrinſeca in dubio non præſumitur.l. quæcũq;. ff.de publi.l. ſi emancipati.in ver. emancipatum probauerit. C.de colla.l.denique.ff. ex quib. cau.maio. de quo habetur per Socin.in conſil.ſuo 68.incip. viſa &c. in 1.& in 2. colũ.in 4.volu.& per Dom.Feli. in c.ſicut.in 13.col.de re iudi. & per Alex.in conſi.101.incip.ſuper primo dubio &c.in 2.& 3.col. in 7.volu. de quo ego late loquutus ſum in conſil. meo.97. incip.diuino &c.inter conſilia ciuilia, & per Bal.in l.2. in 16. col.C.de ſerui.& aqua. Attamen hoc fallit in antiquis in quibus non expedit probare iſtas qualitates extrinſecas.& ideo non oportet probare quod Notarius fuerit Notarius, quia ex ipſo actu ita antiquo oritur præſumptio quod fuerit Notarius.ita not. dixit Bal.in authen. quas actiones.ad fi.C. de ſacroſan.ecc.vbi ad hoc alleg.Inno.in c.veniens.de verb.ſig.qđ dictum refert & ſequitur Alex in conſi.ſuo 105.incip.in cauſa appellationis.in prin.3.col.in 6.vol. Ex quo potes notare quod quando producuntur aliqua inſtrumenta antiqua de aliqua ciuitate ad aliam ciuitatem non eſt opus portare literam teſtimonialem affirmantem & fidem facientem illum Notarium deſcriptum in talibus inſtrumentis eſſe vel fuiſſe Notariũ,vt cõmuniter fit,quæ omnia nota in practica.

588 De iure communi mulier non præſumitur in dubio dare omnia bona ſua in dotem,vt habetur in l.fin.C.de repu.& in Aut.de nup.in §.ſi qs enim & voluit Bar.in diſputa.ſua inc. quædam mulier habens amplum patrimoniũ &c. & in l.2. in prin.circa.2.col.ff.ſol.ma.& Bal.in l.nulla.C.de iur.dot.& in l.fi.C.de ſen.quæ ſine cer. quanti.& idẽ Bal.in aũt. res quæ.C. commu.de leg.in 3.colum.in ver.quæro nunquid mulier.& idem tenet Saly.in d.l.fi.C.de repu.& Ioan.de Imo.in l.1.in.8. columna,ff.ſol.mat.& Pau.de Caſt. in aut. præterea. C. vnde vir & vxor.de quo etiam per Lud.Ro.in conſi.ſuo 46. incip. ex ſupra narrato themate &c. in 2. columna, ad fi.Quinimo etiam ſi maritus teneret & poſſideret bona mulieris & fructus percepiſſet etiam per decennium, ſciente & patiente muliere, non videtur mulier dare in dotem, quia agitur de magno præiudicio mulieris ſaltem in caſu quo ſtatutum diſponit quod muliere prędecedente maritus lucretur aliquã partem dotis,vt concludit Bar.in d. ſua diſputa. per id quod habetur in l.mulier C.de rei ven.& per not.in l.2.C.commu. diui. & per not. per Doc. in l.cum de in rem verſo.ff. de vſu. quæ omnia refert & ſequitur Ale.in conſilio ſuo.122. incip. viſo proceſſu &c.in 3.& 4.col.in 7.vol.& ibi in conſi.142.inc. viſo ſtatuto.in 2.columna. In hac autem noſtra ciuitate Bonon.in hoc non ſumus in terminis iuris communis, ſed habemus ſtatutum poſitum ſub rubri.de doti.reſti. in §.præterea ordinamus &c.quo expreſſe cauetur quod mulier intelligatur omnia ſua bona dare in dotem quando nubit, ꝙ ſtatutũ paſſim ſeruatur. Sed ſcias tu & teneas menti perpetuo quod dictum ſtatutum nõ habet locum in muliere minore.25.annis nubẽte. ita ſing.p optimas rationes & iura dixit Pet de Ancha.in conſi.ſuo 94.incip.iſta Domina Ioanna &c.quem refert & ſequitur Soci.in conſi. ſuo.70.incip. præſens conſultatio.in 1. colum. in 4.vol. Tene menti quia plures ſunt mulieres quæ traduntur nuptui in minori ætate.25. annorum quam in maiori, vt docet experientia.

589 Alias de anno. 1520. per regimina huius inclytę ciuitatis Bononiæ,facta fuit quædam meta ſeu prouiſio pœnalis ſuper dotibus mulierum nubendarum de qua multi admirati ſunt,& ego quoq; non potui non mirari, primo quia talis meta ſeu prouiſio eſt contra regulam iuris quæ habet ꝙ in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter etiam abutendo, vt habetur in l. in re mandata.C. mand.l. etiã.§.1.ff.ſol. mat.l. non vſq; adeo.ff. ſi quis a par.fue.manu.& l. ſed ſi lege.in §.cõſuluit.ver.dum ſe abuti putãt.ff.de peti.hære. cum ſi.Secũdo quia talis meta facta ſuper dote eſt nulla & inualida. Quod oſtendo,nam habemus clarũ in iure ꝙ matrimonia debent eſſe libera c.Gẽma.c.cũ locũ.c. requiſiuit. de ſponſa. & non valet ſtatutum per quod impeditur matrimonium, vel per quod tollitur libera facultas contrahendi matrimonium,ſecundum Io.And.in c.ſtatutum.de hęreti.in 6.in nouella,quẽ refert & ſequitur D.Alex.latiſſime affirmans hanc partem in conſi.ſuo.92.incip.principalis dubitatio &c.in 1.volu. per totum,vbi ſingu.loquitur.& in conſi.ſuo.1.in 3.vol & in conſi. 209.incip.ponderatis.in 3.col.in 6.vol & in rub. ff.ſolu. mat. in vlti.co.& in l.Seius & Augerius,in 1.col.ff.ad leg.fal.vbi refert ſe ita cõſuluiſſe.& idem tenet Abb.in conſi.65.in prin.in 2.vol.& in cõſi.12.incip vt clare materia.in 1.volum.& Ang. in conſi.29.incip. ex themate &c. in princ.& Pet. de Ancha. in conſi.21.incip.pro ſolutione dubiorũ.in 2. dubio. & Do. Fran de Cur. in cõſi ſuo.27.inci. magnificus vir. in 1. dubio. & Frid.de Señ.in conſi ſuo.36.incip.caſus &c. & Iaſ.in l.fi.in vlt.col.ff.qui ſatiſ.cog.& Bal.in l.omnẽ.in fi.C.ad Tertul.& ibi vide omnino in addi.& Iaſ.in l.2.in §. quod ſi patris.in 8.col. in fi.ff.ſol.mat.& D.Feli.in c.tenor.in fi.de re iudi.& Corſe.in not.ſuis in verſ ſtatutum.in no.inci.ſtatu quod inter homines &c.& Dom. Feli.in c.1.in 6.col. de ſponſa.vbi omnes tenẽt hanc partem.pro qua facit, nam valet matrimonium ſine conſenſu patris de iure canonico q ius attenditur in matrimonio.ita voluit gl.in c.fi.32.q.2. & corrigitur illud quod dicitur Inſtit. de nup.in prin.& idem voluit glo.in c.1. de deſpon.impub.& hoc ibi firmat Abb.poſt glo. & idem firmat D.Philip.Dec. Doctor diuinus,in conſil. ſuo.231. incip. viſo caſu &c.in 2. colum.vbi refert prædicta. vnde ſicut non valet ſtatutum ſuper matrimonio, ergo nec etiam valet ſuper acceſſorijs ipſi matrimonio, & ſic cum dos ſit acceſſoria ad matrimonium,vt eſt gl.in c.ſi annum quartumdecimum.de iudi.in 6.& ſine quo eſſe non poteſt dos,vt in l.2.C.de dona ante nup.ergo nõ valet etiã ſtatutũ ſeu prouiſio ſuper dote. ita not.dixit Pet.de Ancha.in conſi.ſuo.20.incip. pro ſolutione dubiorum.quem refert & ſequitur Soci. in conſi.ſuo 88. incip.præſens conſultatio &c.in pe.col.in 4.vol. & idẽ dixit Ale.in d.ſuo.cõſ.97.inc.principalis dubitatio &c.in 4.& in 6. col.1,vol.vbi ſing.loquitur & reſpondet ad contraria quæ adduci poſſent,de quo ibi late per eum,quem vide.Et ideo ex iſtis dico quod illa meta ſeu prouiſio facta ſuper dotibus eſt nulla & inualida,& pro hoc faciunt optime dicta per Pau.de Caſt.in conſi.ſuo.61.incip.viſis & ponderatis.in 1. colum.

500 Li-

590 Licet acta iudicij debeant fieri coram iudice & probationes debeant fieri iudici & nō Notario, vt in l.quinquaginta. ff.de proba.& voluit gl.in l.iubemus.C.de libe.cau. & glo.in l.hac conſultiſſima.C.de teſta.& habetur per Cano.in c. quoniā contra.de proba.& per Bal.in l.2 C.de eden.& per Ang. & Imo.in l.ſi finita.in §. Iulianus.ff. de dam. infec. de quo latius dixi in l. .in prin.in 4. colum.ver. ſeptimo requiritur.ff. de quæſtio.& in l de minore. in §.plurium.in 2.col.eo tit.& & in practica mea cauſarum crimi.in §.poſtquam.nu.20.At tamen tene mēti in practica quod appellatio in ſcriptis quę debet fieri intra decē dies, vt in auth. hodie.C.de app. poteſt fieri coram Notario illius iudicis qui tulit ſententiam, præcipue quando non poteſt haberi copia illius iudicis ita dixit Guid.de Suza.& Bal.in auth.quæ ſupplicatio.C. de preci. imper.offe.quod dictum ibi pro valde not refert & ſequitur Iaſ.& dicit ꝙ Rapha. Fulg.ibi. refert ſe cōſuluiſſe in ciuitate Vincētię, vbi ſtatutū diſponit ꝙ ſētētia mittatur executioni, niſi appellatio interponat̄ intra 10. dies,& libellus porrigat̄ intra 20.& præſtetur cautio, de ſoluēdis expēſis, ꝙ ſatis fuit talē cautionē fuiſſe præſtitam ipſi Notario. Item adducit etiā Iaſ.vbi ſupra, Bal.in l.pe.ff. de fideiuſ vbi no. ex illo tex.quod confeſſio facta Notario actorum dicitur facta in iudicio. Item adducit Pau.de Caſt.in l.iuſiurandum quod ex conuētione, in.§. pupillus.ff. de iureiur. vbi per glo. ibi dicit quod actus poteſt dici iudicicialis licet non ſit factus in præſentia iudicis, quæ omnia tene menti in practica.

191 Extant quandoq; ſtatuta in ciuitatibus Italiæ, quibus caue tur quod pater teneatur aſſignare legitimam filij delinquentis fiſco. Sed tu ſcias quod tale ſtatutum non habet locum in auo, nam ſi nepos delinquit, auus non tenetur aſſignare legitima ipſius nepotis fiſco. ita ſing. dixit Dy.& Ray. de Forli.in l.lege Iulia. in §.hoc capite. per illum tex.ff.de rit.nup. quod dictum refert & ſequitur Dom. Nellus in tracta. bannitorū. in 1.parte ſecundi tempo.q.34.inci.quæro ſtante ſtatuto &c. in fi.pro quo faciunt dicta per Bal. in l.pe.C. ad Macedo. vbi dixit ꝙ ſi ſtatutum diſponit quod pater teneatur ſoluere cōdemnationem pro filio, non tenebitur ſoluere pro nepote. quod dictum refert & ſequitur Alex.in conſil. ſuo.56. incip. Aldrouandus &c.in 2.col.in 5.vol. Ego autem dubito quod dicta doctrina non ſit vera per doctrinam ſin.Bar.in l.quem admodum.C. de agri. & cenſi. lib. 11. de qua late loquutus ſum in practica mea cauſarum crimi. in §.aggredior.nu. 58. cum ſeq. & cum in ſupradicto caſu tractet de vtilitate fiſci ſeu Reipublicæ, videtur quod dictum ſtatutum debeat extēdi ad auum, licet loquatur in patre tantum, tamen cogita.

592 Nullitas actus nō excluditur ꝑ lapſum termini dati ad omnem defenſionem faciendam contra actum. Et ideo tene menti quod poſt terminum banni licet ſtatutum dicat qđ bannitus vlterius non audiatur, tamen ipſe bannitus vel agētes pro eo poterunt proponere nullitatem dicti banni, maxime illam quæ prouenit ex defectu iuriſdictionis. ita ſingu. dixit Bal.in l.ſcire oportet.in §.hæc de illis. per illum tex ff. de excuſ tut. quod eſt ſing. no. ad multa de quo etiam dixi ſupra, in ſing.561. incip.aduertas quod hic replicaui non habens memoriam hoc ibi dixiſſe, ſed talis error eſt tolerabilis quoniam nunquam nimis quod nunquam ſatis. & ad prædicta vide dicta per Soci.in conſi.27.incip.in præſenti. in 2.col. in 3.vol. Pro quo facit, nam nullitas poteſt proponi licet appellatio ſit ſublata per clauſulā appellatione remota.c. inter cæteras.de re iudi.c.licet.de ſent.excom.in 6.glo.c. ex cōqueſtione.de reſtit.ſpol.Bal.in addi.Spec. in tit.de appel. verſi. dicit ſtatutum.Bal.& Ange.in l.1.C.qui pro ſua iuriſdi.Bal.in c. ſancimus.quo tempo.mil.& in l.1.C.de iur. & fac.igno. Bar. in l.2.in §.ſi prætor.ff.qui ſatiſ.cog. & Spe.in tit. de ſenten.in §.vt autem.verſi.hoc autem tene menti quia iſta ſunt quotidiana & multum lucroſa,& vide quæ dixi ſupra, in ſing.283. incip.lapſus termini &c.

593 Tu ſcis quod Notarius committens falſum circa exercitium Notariatus perdit poteſtatem conficiendi inſtrumēta.l.ſi aliqui.C.de ſuſcep.& arch. lib.10.voluit glo.in l.ſi quis ex argentarijs.in §.1.ff de eden.& voluit Inno. & alij in c.fraternitatis.ff.de hæret.Bal.in l.2.C de manu.vin. Bal. & Imo.in l.ad teſtium.§.cōditionē.ff.de teſta.& Bal.& Imo. in l.in fraudem.§.ſi quis.ff. de teſta.mili. Quæ regula ſeu concluſio limitatur pluribus modis a Dom.Feli.in d.c.fraternitatis. Et inter alia dicit ipſe ibi quod ſi partes requirerent Notarium falſarium ſuper confeſſione inſtrumenti quod ſi non valebit vt inſtrumentum, valebit ſaltem vt confeſſio. ita ſecundum eum dixit d. Maria.Socin.in d.c. fraternitatis.arg.l.2. C. commu.vtri.iud. vbi habetur quod ſi ſententia non poteſt valere per conſenſum partium in vim ſententiæ, valet tamen in vim pacti, de quo ibi latius per eum.

594 Sicut non veriſimilia non attenduntur & ſunt magnæ importantiæ, vt dixi,& plura adduxi in l.1. in prin in 15.col. ver. quo ad tertiam.ff.de quæſtio.& in repe.mea rubr.C. de proba.in 4.colum.& in ſingu.meo.298.incip.remotum a veriſimili &c.& in ſing.343.ſupra, incip veriſimilitudo.& in ſin. 396.incip.veriſimilitudo. ita ecōtrario veriſimilia attenduntur & ſunt magnæ importantiæ, vt dixi in d.ſingu.meo.298 vbi poſui not.verbum. Sed vltra alia dicta in hac materia veriſimilitudinis, teneas menti vnum perpetua memoria dignum, videlicet quod vbi confeſſio extraiudicialis eſt veriſimilis non ſolum facit indicium ad torturam, iuxta ea quæ habentur in l.capite.ff.de adul.cum ſimi. ſed etiam facit plenam probationem in ciuilibus & in criminalibus. ita ſingu. dixit Domi. Tindarus in tract. ſuo de probatio. in ea parte in qua tractat de confeſſio. in verſi. nūc de criminalium. &c.de quo dicit eſſe caſum expreſſum in l. quæro. in §.fin.ff. de ędil.edic.& in d.l. capite quinto. quod dictum refert & ſequitur Dom.Franci Brun.in ſuo tracta. de indi. & tortura. in.3.char.in 3. col.in verſic.aliud eſt indicium &c. circa fi. de quo ego etiā dixi in l.de minore.in prin.in 10.col.ff. de quæſtio: tene menti, quia eſt ſingulare verbum.

595 Plures ſunt iuris periti, qui libenter acceptant officium quando non debent ſtare ad ſyndicatum, & eis datur officium aliquod cum promiſſione quod non teneantur ſtare ad ſindicatum. Sed ſcias tu quod ſi conceſſum eſt arbitrium poteſtati ꝙ nō teneatur ſtare ad ſindicatum quod hoc caſu videtur ſibi remiſſa leuis culpa & leuiſſima, nō aūt dolus nec lata culpa ita dixit Bal.in l.ſi ſeruus vetitus.ff. de leg.1.& ideo acceptantes officia diligenter ad hoc aduertant ne ſe ipſos decipiant, qa in cauda officij ſtat venenum latens in ſindicatu.& ideo dici ſolet, Omnis laus in fine canitur &c.

596 Notarij quandoq; ex imperitia, vel ex imprudentia, vel caſu fortuito perdunt protocollum inſtrumenti, tunc quomodo ſuccurratur parti volenti ipſum inſtrumentum? in quo dicas quod Notarius qui perdidit protocollum poteſt petere teſtes examinari ſuper contentis in cōtractu de quo fuit factum protocollum, quibus examinatis ſecundum eorum dictum, poſtea conficiat protocollum deinde extendat inſtrumentum. ita dixit Bar. in l.fi.ff.de tabu. exhi. quem refert & ſequitur Pau. de Caſt.in l.prætor ait.in.§.fi.ff.de edē. vbi dicit iſtud eſſe multum not. cum Notarij ſępe recipiunt ſubſtantiam inſtrumenti in vno folio, poſtea portant domū,& ponunt in libro & quandoq; perditur, & hoc ego, alias vidi in facto.

597 Coitus contra naturam improbiſſimus & abominabilis eſt vltra omnia alia vitia, & ideo committentes tale nefandiſſimum ſcelus puniuntur pœna mortis, vt eſt tex.in Aut. vt non luxu.contra nat.ante fi.& ibi Doct.& habetur in §.item lex Iulia. Inſti.de pub.iudi.& in l.cū vir nubit in fęminā.C.de adul.& in c.vt clericorum. de vita & hone.cle. & in c.clerici. de exceſ.præla.& in c.flagitia. & in c. vſus naturalis 32. q.7. Et vltra pœnam mortis puniuntur etiam alijs pœnis, nam tales ſunt infames, vt probat tex.& gl.in l.1.§.remouet.ff.de poſtu. Et vltra has pœnas dicit Iac.de Bel & Bar.in d.Aut. vt non luxu.contra natu.quod condemnatus de ſodomia non poterit facere teſtamentum, & ꝙ conuictus poſt mortem de crimine eius teſtamētū declarabitur inualidum. ad quod alleg. Spec.in tit.de inſtru.edi. in §.compendioſe.verſi.33. quæ omnia ſunt notanda licet ad ea minime aduertant cōmittentes tale ſcelus, ſed iſta proijciunt poſt terga contra honorem & animas eorum, vt hodiernis temporibus faciunt delinquentes.

598 Iuſta cauſa in pluribus caſibus excuſat quem a pęna & ab obligatione, vt ſatis latè dixi in l.patre vel marito.in 4.& 5.colum.ff.de quæſtio.& in ſing.meo. 241.inci. iuſta cauſa &c. & etiam circa hanc materiam plura ponit Iaſ.in l.Barbarius.nu. 16.& ibi per duas colum.ff.de offic.præto.de quo dixi ſupra, in ſingu.231.inci.iuſta cauſa. Sed ſcias tamen quod iuſta cauſa non excuſat aliquem a pœna conuentionali.ita no. dixit Bal.in l. non ſolum.ff. de rei ven. & in l.quod te.ff. ſi cer. pe. quem refert & ſequitur Alex.in conſi.ſuo.43.incip.quia ſubtiliter &c.in pen.colum.in 6.vol.& in eo.vol. conſi.135.incip. circa primum.nu.18.

599 Poteſtates & iuriſdictiones ſunt diſtinctæ & ſeparatę, vt habetur in Auth.quomo.opor.epiſco.in prin.& in c.nouit. de iudi.& in c.per venerabilem.qui fi. ſint legi. Et ideo ſcias qđ licet Papa ſit ſupra ius poſitiuum & poſſit illud tollere, vt in c.propoſuit. de conceſ. præben. & etiam ius alteri quæſitum, vt not. glo.in c. ſtatutum. de hære. lib. 6.& in Spec. in tit.de lega.§.1.ver.habet etiam intellige tamen hoc eſſe verum & habere locum in iure canonico, quia eſt ſupra ius canonicum, ſed ſecus eſt in iure ciuili, quia non poteſt tol

lere ius

ius quæſitum ſubditis,arg.eorũ quæ no. Inno.in c. in noſtra
de iniur.non tamen põt tollere ius quæſitũ non ſubditis, vt.
laicis non ſolum per legem imperialem, ſed nec ſi per ius ca
nonicum,ſicut cconuerſo non poteſt Imperator tollere ius
quæſitum eccleſię vel clericis per legem Imperialem,vt no.
Innoc.in c.nouit.de iudi.ita formaliter dicit Pau. de Caſtr.in
d.conſi.218.Sed tu vltra eum circa materiam,d.c.propoſuit.
adde,ꝙ licet ſolus Papa poſſit ſine cauſa diſpenſare contra le
gem poſitiuam,ſecundũ Inno.in c. cũ ad monaſterium.cir-
ca me.de ſta.regu. quem ſequitur Abb.in c.at ſi clerici. in 6.
col.de iudi.hoc tamen fallit niſi lex poſitiua haberet in ſe ali
quam rationem diuinam vel naturalem,prout eſt lex prohi
bens pluralitatem beneficiorum.ita dixit Abb. in c. per tuas.
in 11.col.de arbi.& in c.per venerabilem.in princ. qui fi.ſint
legi.& in c.de multa.in 4.col.de præben.& Bal.in l.reſcripta.
in fi.C.de preci.impe.offe.quos refert & ſequitur D. Franciſ.
de Curte in tracta.ſuo feudorum.in 10.char.in 3. col.in verſ.
incip.ſecundo cõfirmo &c.Et an Papa ſine cauſa poſſit tol-
lere ſeu diſpenſare contra ius poſitiuum,vide D. Feli.in cap.
poſtulaſti.in 17.col. de reſcrip.

600 Materia.c.reintegrãda.3.q.1.& l.ſi coloni.C.de agr.& cẽſi.
lib.11.& c.ſæpe,de reſt.ſpol eſt vtilis, lucroſa & multum quo
tidiana,& multũ verſatur in palatijs, & vere a paucis eſt per-
fecte intellecta.Circa quam ſtatui tibi aliqua dicere quę, vt
puto,ab aliis non audiuiſti, & maxime ſtatui referre vnũ iu-
dicio meo ſing.notandum in practica,videlicet ꝙ ad hoc vt
procedat iudicium in materia dictorũ iuriũ non ſufficit ge-
neraliter dicere in libello ꝙ libellans fuerit ſpoliatus ſua poſ
ſeſſione ſuæ rei,& ſic generaliter allegare ſpoliationẽ ſed eſt
neceſſe in ipſo libello exprimere ſpecialiter ſpeciẽ ſpoliatio-
nis,vt puta,quòd fuit ſpoliatus poſſeſſione rei ſuæ per furtũ
vel per vim ſibi illatã, vel quòd poſſeſſionẽ perdiderit ex ali-
qua alia cauſa iniuſta,alias generaliter loquendo non proce
deret libellus & reus abſolueretur.ita ſing.dixit Ioan.And.in
d.c.ſæpe.de reſtit.ſpol.quem refert & ſequitur Do. Lanfr.de
Oria Brixien.in ſolenni ſua repet.rubr.extra de cau.poſſeſ.&
proprie.in 4.col.in verſi.eſt tamen ſing.not.quod dictũ non
memini me alibi vidiſſe.pro quo d. iudicio meo facit tex.in
l.ſcire oportet.in §.ſcire autem. ff.de excu.tuto.in verſic. ſed
oportet eum de ſpecie remiſſionis teſtari &c. & faciũt opti-
me dicta per Iaſ.in l.1.in pen.& vlt. col.ff. ſi quis in ius voc.nõ
ier.& facit qđ voluit Bar. in conſi.ſuo 65.incip.Petrus Nico-
læ &c.in pe.col.in verſi.ex his concluditur &c.vbi dicit ꝙ ille
qui vult dicere inſtrumentũ ſimulatũ debet ſpecialiter dice
re ſpeciẽ ſimulationis.vide tamẽ Do.Phil.Deci.in conſil.ſuo
136.incip.in cauſa reuerendi.circa me. vbi vr̃ innuere contra
rium.& vide quæ ego dixi in repet.mea.c.reintegranda.3.q.
1.in num.117.Et circa materiam d.c.reintegranda. & aliorũ
iuriũ s.alleg.ſi vis ſcire quãdo remedium eorum habeat lo-
cum & cum quibus perſonis. Item an in eo requiratur litis
conteſtatio,& an in eo requiratur menſis ſpoliationis, & an
tale remedium competat laicis.Item an tale remediũ ſit per
petuum,vide de omnibus iſtis Alexan. in conſil.51.in 1 vol.
quod incip.viſo & diſcuſſo &c.in princ.& in conſi.225.inci.
conſideratis his.in 4.col.& in conſi.229.inc.circa proceſſum.
in 2.3.& 6.col.vbi etiam ponit an tale remedium competat
malę fidei poſſeſſori.Item circa materiam d.c.reintegranda,
vide Bar.in d.l.ſi coloni.& ibi Alex.& Alex.in conſi.245.inci.
ponderatis his &c.in vlt.col.& Do. Fel.in c.veniens. in 6.col.
ver.ſcias etiam.de teſti.& Alex.in conſi.90.incip. viſo proceſ
ſu.in 5.vol.& in conſi.93.incip.in cauſa & lite,& ibi in conſi.
ſequ.& per Ange.in l.ſiue autem.§.ſi duobus.ff.de publi.in 1.
col.& Soci.in conſi.266.incip.in cauſa. circa med.& Alex.in
conſi.92.incip.viſo.in vlt.col.in 5.vol.& Alex.in conſi.311.in
cip.in cauſa mota.in princ.3.col.Barba.in conſil.24.incip.cle-
mentiſſimum Deum.in 4.volu.D.Philip.Deci.in conſil. 191.
incip.in cauſa.quaſi per totum. & in conſil.57. in 1. & in vlt.
col.& in conſi.252.incip.agitur cauſa.in 1.col.& in con. 302.
in pen.col.& in conſi.62.inci.in cauſa quæ agitur. in 1.col.&
Soci.in conſi.39.incip.in queſtione.in 3.vol.per totum.Alex.
in conſi.33.incip.viſo.in 1.col.in 6.vol.& in conſi.103.inc.ſu
per eo.in princ.2.col.in 7.volu.& D.Lanfran.de Bri. in d.ſua
repet.rubr.de cau.poſ.& proprie.vbi plura ponit ſatis diffuſe
circa materiam d.c.reintegrãda,& aliorũ ſimilium iurium.

601 Enormia ſunt talis nãę & importantię ꝙ alterãt diſpoſitio
nẽ ſtatutorum & iuris cõis,vt voluit Inno.& alij in c.1. de cõ
ſtit.& Bal.in l.quid ergo.in §.pęna grauior.in 4.colu. ff.de his
qui not.infa.& in c.1.in 6.col.qui feu.da.poſ.& volunt doc.in
plurib.aliis locis,quos ego retuli ſup. in ſing.244.inci. tu ſcis.
& in l.1.in prin.in 9.col.ff.de qõ.& in l.vnius. in § cogniturũ.
in 14.col.ver.& rõ prędictorũ.eo.titu.Et ideo ſcias ꝙ vbi tra-
ctat̃ de probando enormi crimine recipiunt̃ teſtes ante lit.
cõteſt.& parte nõ citata.ita dixit Archi.in cap.1. de homi.in 6.
quẽ ſequit̃ ibi Gemi.in §.fi.quos refert & ſequit̃ D. Fel.in c.
qm̃ frequenter.in prin.in pe.col.vt. li.nõ cõteſ.Pro quib. facit
regula illa cũ ſua materia,videlicet ꝙ ꝓꝑ enormitatẽ delicti
licitũ eſt iura tranſgredi,de qua late dixi in dictis locis. Et il-
lud d.Arch.& ſequaciũ retuli ẽt in repet.mea.l.de vnoquoq;
in 50.fallen.ff.de re iud.& in conſi.meo 98.inter conſilia ci-
uilia.qđ incip.clementiſſimi Saluatoris &c.in penul. char. &
vide quæ dixi ſup. in ſingu.244. & in ſingu.397. incip. arbi-
trium.&c.& vide omnino,inf.in ſing.665.incip.niſi me mea
fallat memoria &c.vbi poſui tria ſingu.dicta in hac materia
enormitatis delictorum.

602 Ex delicto per aliquem cõmiſſo tertius nõ debet pati pę
nam,quia ſequitur delinquentem & non alios, vt in l.ſanci-
mus.C.de pęnis.& habetur in l.ſi hęredis ſeruus.§.fi.ff.de leg.
j.& dixi ſupra in ſing.391.incip.pęna debet.& in ſing.551. ĩci.
pęna.pro quo facit quia nemo debet alterius odio pręgraua
ri, vt in c.non debet.de regu.iur.in.6.cum ſimilibus. Et ideo
teneas perpetuo mẽti ſing. verbum ꝙ ſi aliquis haberet plu-
res filios & filias infantes & deberet ſibi aſcindi manus,ꝙ hoc
caſu ne dicti filij fame pereant ꝙ debebit relegari aut pę-
na mitigari ne pręiudicetur filijs. ita ſing. dixit d. Paris de
Puteo in ſuo tra. ſyndica. in 73. char.in vlti.col.verſi. & ideo
dixi &c. vbi refert ſe alias ita conſuluiſſe in contingentia fa-
cti.& alleg.in ar.quæ habentur in l.j.ff. ſolu. matr. & in l.ad
beſtias. ff. de pœnis. Tene menti, quia quotidie euenire
poteſt in facto.

603 Pręcedentia repetita eſſe intelliguntur in aduerſatiua ex-
ceptis illis quibus aduerſatur expreſſe. Et ideo dixit ſing.Bal.
in l. omnes populi 11.col.ff.de iuſt. & iure. quòd ſtante ſta-
tuto ꝙ ſtantibus maſculis fęminę ab inteſtato nõ ſuccedãt,
condito vero teſtamento filię ſint contentę quocunque re
licto ſibi facto a patre.dicit hanc vltimã particulam propter
illam aduerſatiuã vero, debere intelligi cũ repetitione præ-
cedentis qualitatis,ſcilicet ſtantibus maſculis. arg.gl. in. §.itẽ
lapilli.inſtitu.de rer.diuiſio.qđ dictũ refert & ſequitur Alex.
in l.ſi filius a patre.in ãtepenul.col.ff.de libe.& poſthu.& eos
refert & ſequitur D.Philip.Dec. in c. at ſi clerici.in.§. de adul
terijs.j.co.extra de iudicijs. vbi aliqua ponit de iſta aduerſati-
ua,vero,de quibus ibi per eum.

604 In materia contumaciæ dixi tibi in operis meis multa no
ta.& ſingularia,& maxime in practica mea cauſarum crimi-
nalium,in §.poſtquam.in pluribus numeris, vt ibi videre po
teris.& ſup.in ſingu.4.incip. quamuis &c.Nunc autem in ea-
dem materia contumaciæ dico vnum aliud ſatis not. & lu-
croſum, videlicet quòd ſi vnus notarius condemnatus ſit de
falſo ex ſua vera confeſſione vel conuictus, nunquam am-
plius poterit inſtrumenta conficere,vt in Auth.de tabellio-
nibus.in §.fin.& not Bart.in l.eadem.§.1.ff.ad leg.Iuli.repetũ-
darum. Tamen ſi eſt damnatus per contumaciam poterit
etiam conficere inſtrumenta.ita not.dixit Bar.in l.ſi ideo.in
princip. ff.de euictionibus. & Bald.in l. tranſigere. circa me-
dium.C.de tranſactionibus.quos refert & ſequitur Ang. de
Are.in tractatu ſuo maleficiorum,in verbo, qui iudex vidẽs
quòd inquiſiti non comparent.in. 4.char.verſi.quæritur ta-
men &c.in 2.colum. in fin.vide tamen Dom. Auguſt.ibi in
addi.in 3.colum.in verſi.adde Bald.in l.in exercendis &c. &
vide quę dixi ſup.in ſing.372.incip. capias vnum &c.& in re-
petit.mea.l. de vnoquoque. in 32. colum. circa princip. ff.
de re iudic. & in practica mea in §.poſtquam,num.54.& in
§.ſequitur.num.20.

605 In ſucceſſionibus licet admittantur proximiores & ma-
gis coniuncti ſanguine, vt habetur Inſtitu.de hæredita. quę
ab inteſtato deferuntur,& C.de legitimis hęredibus, cum ſi-
milib.tamen iſtud fallit in ſucceſſione regni, quia regnum
tranſit in infinitum vſque ad centeſimum gradum & vltra,
intantum quòd ſi moriatur Rex vel princeps alicuius regni
deficiẽtibus agnatis ſuis vel cognatis ſi reperitur vnus de ſua
domo, ille debet ſuccedere in regno, ita not. dixit Bald. &
Aluaro.in cap.primo.§.capitanei. de feudo guardiæ, quod
dictum refert & ſequitur Cæpo.in caute.ſua 96.incipien.du
bium.& Do.Philip.Deci.in l.certum. nu.9. C. vnde legitimi.

606 In pluribus locis iam tibi dixi quod teſtis ſine iuramen-
to non probat & eius dictum nihil operatur, vt dixi ſupra
in ſingul.214.incip.ad validitatem &c.& in alio ſing. 434 in-
cip.alias tibi dixi &c.in quibus locis plura adduxi in materia
iuramenti teſtis, & dixi etiam in repetitio. mea.l. fin. in 32.
char. C.de probationibus. Sed nuper dico tibi vnum aliud,
videlicet quod teſtis non iuratus non probat, quod hoc fal-
lit in perſonis in dignitate conſtitutis, vt puta in cardinalib.
nam licet dictum eorum ſine iuramento non faciat proba-
tionem,facit tamen præſumptionẽ et coadiuuat teſtes indu

ctos.ita dixit glo.ſingu. in cap. cum olim eſſemus. in verbo, fratrum.de priu.quam glo.ibi reputat ſing.Ant.de Butrio,& D.Alex.in conſi.ſuo 180.inci cā Angelorum in 3.col.in verſ. ſolum fallit &c.in 3.vo.Et pro d.gl. optime facit tex.& gl.in c.nobiliſſimus. 8.diſt.quod cap. ſummè not. & plura dicūt Doc.maxime Bal.in l.exemplo.in fi.C.de ꝓbationib.& Ang. in l.quæcūq;.§.fi.ff.de publicia.Abb.in conſ.18. incip.in cā & qōne.in 2.col.in 3.vol.& in conſil.93.inci.in qōne hæredum in 2.col & Iaſ.in repet.l.admonendi in 77. col. de iureiur.& Dec.in conſi.402.incip.in cauſa.in vlt.col.

607 Superioribus annis vidi queſtionem vnam de facto, quidam volens ire ad nuptias,vt ſumptuoſe incederet, fecit ſibi accommodare vnam veſtem ſiricam,quæ veſtis fuit valde deteriorata & deuaſtata ex pluribus,quo ſtante ipſe com modatarius dictam veſtem portauit domino, vt illam reſtitueret,ſed dominus videns eam multum deterioratā noluit illam acceptare ſine precio deteriorationis, quod videns ipſe commodatarius dictam veſtem ſine aliquo precio dimiſit ſuper oſtio domini præſente ipſo domino & teſtib. quæ veſtis ex poſt fuit exportata & derobata, fuit dubitatum cuius periculo fuerit derobata. inueni Pau. de Caſtr. ponentē hanc qōnem in terminis,in l.qui Stichum, ad fi.ff. de ſol.ubi loquit̄ de equo ꝯmodato ad vecturā q̄ fuit redditus deterioratus.& finaliter poſt plura adducta pro & ꝯ tenet qđ dominus tenebat̄ rē acceptare ēt ſine ꝓtio deteriorationis,alias ſibi imputet tale furtū.alleg.gl.& Bar.ibi tenentes ꝯriū.poſtea ipſe ex aliquib & iuribus & rōnibus tenet ꝯrium, de quo ibi latius per eum,tene menti,quia ſæpe de facto contingit.

608 Cumulaui alias forte ſexaginta doctrinas et iura circa illud qđ in homine multum operat̄ bona vita ꝯditio et fama, & hæc poſui in l.1.in §.ad qōnem.in 3.& 4.col. ff. de qōni.in repet.mea.l.fi.C.de probationib.in 3.char.& alium mirabilē effectum poſui in practica mea Auerolda.in §.diligēter.nu. 166.Sed vltra oīa quæ dixi in dictis locis accipe ēt ſingu. verbum in dicta materia,videlicet quod non poſſunt puniri teſtes de falſo,qui depoſuerunt ſe ſcire illud quod audicrūt ab homine bonę famę & opinionis.ita ſing.dixit Pet.de Anch. in conſi ſuo 23.inc.viſa inquiſitione formata contra Philip. de Mantua in pen.col.quod dictum pro valde not. refert & ſequitur Iaſ.in l.1.num.8.ff.de eo per quem fac.erit,quod dicit eſſe valde tenendum cordi.

609 Aduertas ad vnum queſo,qđ iudicio meo eſſet ſcribendū literis aureis & in marmore ne deleretur, videlicet tu ſcis qđ diſpoſitio.c.quia fruſtra.extra de vſuris.vult ꝙ non audiatur vſurarius petens vſuras niſi prius reſtituat vſuras extortas, quod ēt expreſſe vult tex.c.Michael.eo ti. Sed poteſt dubitari,an diſpoſitio dictorum iurium loquatur tantum in Chriſtianis vſurarijs,vel ēt extendatur ad iudeos vſurarios?in quo dicas quod ita comprehendit iudęos vſurarios ſicut Chriſtianos vſurarios.ita ſing.dixit Lauren.de Rodul.in ſuo tract.de vſur.quem poſuit in c.conſuluit.in 146.q.quem refert & ſequitur Ioan.de Ana.in c.quanto.in 3.col.eo.ti.de vſur. & Iaſ. in l.1.in 4.col.C. de edendo.Tene mēti, quia eſt ſing. verbū lucri plenum contra iudęos hodiernos.

672 Fienda eſt ſemper interpretatio in quacunque diſpoſitione,vt actus potius valeat quam pereat,vt in l.quoties.ff.de rebus dub.& l.quoties.ff.de ver.obl.& l.cum hic ſtatus.§.pęnitētiam.verſi.quod ſi in obſcuro.ff.de dona.inter vir.& vxo.& l.diuus.in prin.ff.de vſu & habi.c.abbate ſane.§.pe.de ver.ſig.voluit Bar.in l.ſi cōis ſeruus.la 2.ī 2.col.ver.4.quādo ſm vnū &c. ff.de ſtip.ſeruo.& l.ſi vnus.in §.fi. ff. de pac. & Io. de Imo.in l. quod dicitur.in 10. col. ff.de ver.obl.& Lu.Ro. in conſi.ſuo 304.inci.plura ſunt &c.in 1.col.& D.Fran.de Cur.in conſ.ſuo 20.quod eſt vlti.& inci.præſupponitur in facto &c. in pe.col. vbi ad hoc plura alle. Et ex iſtis tene menti, ꝙ licet præſumatur præceſſiſſe actus qui eſt prior in ordine literæ,vtputa,ſi reperiuntur duo inſtrumenta ſcripta in vna charta,inſtrm primo ſcriptum præſumitur primo celebratum, vt eſt tex.quē ibi ad hoc no.Bar.in §.quibus in 1.conſti. Codic.& ibi etiam Bal. tamen hoc non habet locum quando actus redderetur nullus ſi attenderetur ordo literæ vel ſcripturæ, quia vt actus valeat præſumitur quod præceſſerit actus qui in ordine literæ poſterior reperitur.ita no.dixit Bal.in l.cum in teſtō §.hæc verba.ff.de hr.inſti.vbi dicit ꝙ ſi in inſtrō apparet ꝙ pater donauit filio,& ꝙ illum emancipauit non attento ordine literę præſumitur ꝙ emancipatio prius facta fuerit, vt actus donationis valeat.quod dictum ibi ſequitur Ang.& Io.de Imo.& Alex.in l.2.in §.prius.in 3.col.ff.de vul.& pup.& in l.diuortio. in prin.ff.ſo.ma.& in l.cū proponas.C.eo.& in conſi.ſuo 112. inci.ſuper eo dubio.in 2.col.in 5.vol.& D. Phi. Dec.in c.quoniam Abb.in 15.de offi.dele. & in c.prudentiam.in prin.in vltimis verbis.eo.titu.

673 Nonnulla de præſentia coniunctorum dixi tibi,ſ.in ſingu. 417.inci.Præſentia coniunctorum &c. Nunc autem do tibi aliqua alia circa eandem materiam non minus not. Et ideo ſcias ꝙ licet præſentia coniunctorum tollat pręſumptionem metus,vt habetur late in l.tranſactionem. C. de tranſac.& habetur per Bal.in l.1.in 2.col.C.ſi quis aliquem teſta.prohibue. & per Bar.in l.fi.in 1.col.ff.eo.& in l.frater a fratre. in pe.char. in 2.col.ff.de condi.indebi.& D.An.& alij in c.cauſam matrimonij.de offi.dele.& per Bar.in l.1.in prin.ff.quod me. cauſa. & Alex. in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore. in pe. col.ff. ſol.ma.& D.Phi.Dec.in conſi.232.inci.dura.in 2.col.tamē iſta limitantur duobus modis, & primo limitātur quando infertur metus ab illo cui amici & coniuncti reſiſtere non poſſent,quia tunc præſentia amicorum vel coniunctorum non tollit præſumptionem metus.ita dixit Ang.in conſi. ſuo 215. inci.thema tale &c.alias inci.reperitur in quadam charta &c. in vlt.col.quod dictum refert & ſequitur Iaſ.in d. l.tranſactionem.circa prin.& D.Phi.Dec.in conſi.ſuo 219. inci.viſo puncto &c.in fi Secundo prædicta limitantur non procedere data enormi læſione, quia tunc etiam metus præſumitur non obſtante quod interuenerit in actu præſentia coniunctorū, vel amicorum &c.ita no.dixit Pau.de Caſt.in conſi. ſuo 177. inci.contra ſuperius conſulta &c.in 2. col. quod dictum pro not.refert & ſequitur D.Phili.Dec. in c.cauſam matrimonij. nu.6.in fi.de offi.dele.& in conſi.ſuo 86.incip. viſo puncto.in 5.col.in quibus locis etiam dicit ꝙ propter enormem læſionem tollitur diſpoſitio.c.quamuis.de pac.in 6.ſecundū Pe.de An.in reg acceſſorium.in 3.char.de reg.iu. in 6. & Io. Cal. in conſi.ſuo 8.inci.duæ puellæ &c.in ti.de iureiu.& Ant.de Bu. in conſi.ſuo 45.inci.Domina Paula &c.et Pe. de Anc. in c.1. de conſti.in 11.q.principa.et in conſi.ſuo 38.inci. pro clariori.et in conſi 82.inci.viſis in vlt.col et in conſi.342.inci.pro maiori et Abb.in conſi.115.inci.Lucretia et D Fran.de Are in conſi.ſuo 93.inci viſo legato. et Rapha. Cu.in conſil. ſuo 108.inci.videtur prima facie.& idem dixit D. Phi Dec.in conſilio ſuo 26.in 1.colum.et in conſilio 180.inci. viſa renunciatione.in 5.col.& in conſi.181.ibi ſeq.inci.ſatis nota in 1.col. quæ omnia ſunt no.maxime propter diſpoſitiones loquentes de iuramento,quod iuramentum non obſtat vbi interuenit enormis læſio per ſupradicta.

674 Aliqui ſunt patres qui in eorum vita diuidunt bona ſua inter filios ſuos in poteſtate ſua exiſtentes, credentes talem diuiſionem valere,ſed certè ſemetipſos decipiunt,quia talis diuiſio non valet,eo quia videtur quædam donatio quæ inter patrem et filium in poteſtate non valet,vt in l.1.in §.ſi pater. ff. pro donato. et in l.ſi pater. eo tit. et in l.cum de bonis.C. de don.et de tali diuiſione facta a patre inter filios quod nō valeat eſt tex.cum gl in l.ſi ancillam.§. ſi pater. ff. pro ſuo.et in l.ſi filia.in §.ſi pater inter filios.ff.fam.erciſ. et ita in terminis decidit Bal.in l.3.C.de vſuca.pro donato.in 1.col.vbi dicit ꝙ ſi ego diuido bona mea cum filijs meis ea intentione, vt talis diuiſio ſit perpetuo duratura, talis diuiſio non tenet. quam doctrinam refert et ſequitur D.Phi. Dec. in conſi.ſuo 76.inci.viſo puncto.in pe.col.vbi dicit ꝙ hanc doctrinam refert et ſequitur D.Maria.Soc.in conſi.ſuo 4.inci.viſis actis et Barb.in conſi.ſuo 80.inci.illud referam.in 3.vol. vbi ipſe allegat Pau.de Ca.in conſi.ſuo 105.inci.circa bona quæ fuerūt &c.item Dec.ubi ſ dicit ꝙ hāc partem etiam firmauit D.Pe. Phi.Cor.iu conſi.ſuo 228.inci. quod dictus ſer Antonius. in prin.in 4.vol.et idem ſecundum eum tenet Caccialu. in repeti.l frater a fratre.in 25.q.ff.de cond. inde. vbi reſpondet ad allegata in contrarium. Tene menti,quia ſæpe patres in vita,vt pluries ego vidi,diuidunt bona ſua inter filios.quæ diuiſio non valeret,vt dixi bene uerum eſt,ut dicit D. Phili. in d. ſuo conſi.86.in d.pe.col ꝙ pater præuenire poteſt et aſſignare legitimam filijs ſuis,alleg.l.cum quo.§ fina. ff.ad leg.fal.et Bal.in l.illud.in 3.col.uer.quæritur.C.de ſac.ſan. eccl.et in l.ſi ſucceſſione.uerſi quid de legitima. C.de reuoc.his quæ in frau.credit. quæ omnia menti commenda tanquam quotidiana et utilia.

675 Anno præterito dixi tibi aliqua de verbo nullatenus,et aliquatenus,in repe.mea.c.at ſi clerici.in nu.28.et 23. de iud.et inter alia dixi ibi no uerbum in nu.30.uidelicet ꝙ dictio nullatenus,appoſita in lege uel ſtatuto importat tantum,quantum clauſula decreti annullatiua,et tollit facultatem diſpenſandi,ſecundum D.An.et Imo.in Cle.1.de ſeq.poſ.et fru.per illum tex.in uerbo,nullatenus.et idem dicit Arch.in c.quoniam.ſuper uerbo,nullatenus.de immu. eccle. in 6. et Io.de Ana.in c quia fruſtra.in 3.col.de uſu et Gem.poſt Io. An.in c.Romana.in §.pe.de ap.in 6.et hoc uoluit Iaſ. referens prædicta in l. in pecuniariis.nu 9.ff. de fer. ad quæ faciunt etiam dicta per D.Phi.Dec.in c.eam te.in pe.col.de reſcrip.de quo latius dixi in d.repe.mea.d.c.at ſi clerici. nu.30. de iudi.tene

menti

menti quia ſæpe in ſtatutis & in aliis diſpoſitionibus ponunt dicta verba.

76 Dixi tibi alias in l.de minore.in §. tormenta. in 3.col.ff.de qõ.& in repe.mea rub.ff.de fideiuſ.& ſ.in ſing.554. inci. memini &c.in ſing.617.inci. memor exiſto. plura circa illud qđ inhabilis ſuſtentatur per habilem,& in dictis locis,in tali materia plura no. adduxi, nunc autem dico tibi aliud non minus no.in eadem materia,videlicet ꝙ licet ſit verum illud,videlicet ꝙ inhabilis ſuſtentatur per habilem,vtputa,ſi duo notarij ſunt rogati de vno contractu & vnus ipſorum eſt priuatus officio tabellionatus., valet tamen vtrumque inſtrm propter illum notarium,qui eſt authenticus,ſecundum Bal. in l.imperator.in 3.col.ff.de ſta.hom.vbi ad hoc alle. tex.in l.ſi quis ex argentarijs.§.cogentur.ver.quid enim &c.ff.de edendo.de quo ego plura adduxi in dictis locis.Tamẽ teneas mẽti ꝙ iſtud non haberet locum quãdo eſſemus in caſu in quo ex diſpoſitione ſtatuti, vel conſuetudinis requirerentur duo tabelliones qui ambo eſſent probatę vitę & fidei.ita no.dixit Bal.in c.tertio loco.in vlti. verbis. extra de proba.quod dictũ refert & approbat D.Phi.Dec.nu.10.de offi.deleg. qđ eſt no. quia idem poſſumus dicere in teſtibus & in ſimilibus. ar.l.in exercendis.C.de fi.inſtru.cum ſimi.

677 A teneris vſque annis atteſtor Deum quòd ſemper fures proſecutus ſum ſummo odio,& tanto magis capitalẽ ſecum inimicitiam contraxi & cõtra plures fui aduocatus, quia diebus meis magna furta paſſus ſum in bonis meis & familiæ meæ. Attamen propter hoc nolo me continere & retrahere ab exprimenda veritate & ea iura quæ eis fauent. Et ideo teneas perpetuo menti ſingulare verbum lucro & honore plenum,nam opi.Bar.& plurium eum ſequentium eſt ꝙ ex noua contractatione noua naſcatur actio furti,adeo ꝙ ſi fur furatur hic aliquas res, quas poſtea portat Ferrariæ vel alibi, ꝙ poterit in loco vbi talia furta portauit capi & puniri,vt tenet Bar.in pluribus locis,quem plures Doc.ſequuntur in plurib. & diuerſis locis quos ego accuratè retuli in repe.mea. l. fi.in vlt.q.ff.de iur.om.iud vbi finaliter tenui contra Bar. & ſequa. eſſet vera,tamen illa reſtringeretur & non haberet locũ quãdo fur cum talibus rebus tranſiret per aliquam ciuitatem & ibi paruam moram faceret,& niſi ſtaret in illa ciuitate ad minus per vnam diem non diceretur committere nouam contractationem,& contra eum non naſceretur noua actio furti,& per conſequens non poſſet ibi puniri, quia ea quæ ſunt momentanea nõ ſunt in conſideratione.ita ſin.dixit Bal.in l. qui furere. ff. de ſtatu ho. quod dictum refert & ſequitur D. Aug.de Ari.in addi.ad Ang.de Are.in tract.maleſi.in verſi. & veſtem cæleſtem abſtulit.in 4.char.in addi.magna. in 1.col.in ver.item ſeptimo &c. quam doctrinam etiam ego retuli & ſecutus ſum in re pe.mea d.l.fi.ff.de iur.om. iud. nume. 144. vbi plura & plura no.ſimilia adduxi ad corroborationem dictæ doctrinæ,vt ibi videre poteris. Tene mẽti,quia profecto iſtud dictum eſt magni precij & valoris ac maximi honoris, & habet rationem in ſe apud quemlibet prudentem virum.

678 Fiunt paſſim quotidie contractus minorum & mulierum de quibus ſunt rogati notarij & eis conficiunt inſtra qui ſunt inualida ex inaduertẽtia ipſorum notariorum,quod eſt multum damnoſum contrahentibus, & hoc euenit quando extat ſtatutum,vt communiter ſunt ſtatuta per Italiam quibus non interſunt duo coniuncti vel affines ipſorum minorum & mulierum,nam hoc caſu ipſi non animaduertunt,an affines qui interueniunt in dictis contractibus ſint de proximioribus,ſed pur quod ſint affines faciunt tales contractus qui verè ſunt inualidi & nullius momenti , eo quia ſtante dicto ſtatuto neceſſe eſt accipere de proximioribus, affinibus ſeu coniunctis ipſorum minorum & mulierum,& nõſuſſicit interuentus aliorum affinium qui non ſint de magis propinquis.ita dixit Bal.in l.fi.C.de ver.ſig.per illum tex. & voluit hoc idẽ ibi Ang.Sal.& D.Ale.& Ia.Bu & Sal.in l.1.C.vnde vir & vx.& Sal.in l.fi.per illum tex.C.de teſt.mil.& in l. viduæ.C. de nup.& Pau.de Caſt.in l.ſi cum dotem.§ ſi patri.ff.ſol.ma. & Ang.in conſ.70.quod inci.D.Catherina &c.in pe.col.quos omnes ad hoc adducit Iaſ. in l. tranſactionem. circa fi. C. de tranſac.pro quo dicit bene facere tex.in l. peto.in §.fratre.ff. de leg.2.Dicit tamen ipſe Iaſ. vbi ſupra,quod contrarium tenuit Bar.& Bal. ibi , ſed contraria opinio eſt magis communis,quia a pluribus affirmata & maiorem rationem habet in ſe.Et non obſtat illud quod dicit Iac. Bu. in l.1.C.vnde vir & vxor. videlicet ꝙ dicta magis communis opinio de conſuetudine non ſeruatur ſed ſufficit quod ſint duo affines licet non ſint de proximioribus . quia ego reſpondeo quia nedũ Iac.Bu.ſed etiam gl.quæ eſt maioris authoritatis, non creditur ſi dicat aliquid de conſuetudine non ſeruari niſi hoc probet.ita dixit Bal.in l.is qui.in §.1.in lectura antiqua.ff.de pig & in l.conſentaneum.in 5.oppo. C. quomodo & quando iud. de quo latius dixi in practica mea cauſarum crimi.in §.conſtante.nume. 15. Tene menti prædicta quia ex illis poteris facere corruere mille inſtrumenta,ad quæ non aduertunt notarij circa prædicta.

679 Compromiſſum non dicitur compromiſſum ante acceptationem ipſius.gl.eſt & hoc voluit ibi Bal. per illam gl.in l. ſi cum dies.in prin.ff.de arbi.& hoc voluit Alex.referens prædicta in conſi.ſuo 87.inci.viſo themate.in pe.col.in 5.volum. quod conſilium duplicatum eſt,eo quia illud idem eſt in cõſi.34.in 1.vol.& idem dixit D.Phi.Dec.in c.ex ratione.nu.7.in fi.ver.& prædicta concluſio &c.de app. vbi ſubdit ꝙ per tale compromiſſum ante acceptationem arbitri non ſuſpenduntur tempora appellationis.alle.hoc voluiſſe Raph.Ful.in conſi.ſuo 68 inci.lata ſententia &c. de quo latius ibi per eum. & iſta notanda ſunt in practica , quia quotidie ſiunt compromiſſa per litigantes, & ego hoc habui in facto ſuperioribus menſibus.& ita obtinui in cauſa non leui.

680 Dicit vulgare prouerbium, ꝙ omnia ſubita probantur in cauſa,& ideo dixit Car.in Cle.paſtoralis.in §.verum.in princ. de re iud.ꝙ præcipitata voluntas iudicis eſt nouerca iuſtitiæ. & dici ſolet a prudentibus ꝙ repenti.reſponſionis comes eſt pœnitentia.pro quibus faciunt plura not. dicta,quæ alias ego loquens de breuitate temporis cumulaui in l.ſtatuliber.in 2. & 3.col.ff.de quæſtioni.Scias tamen ꝙ licet præcipitanter facta ſint nulla,vt in pluribus oſtendi in d.l.ſtatuliber.& noceãt agenti & facienti præcipitanter, attamẽ eſt caſus not.in quo factum præcipitanter & ex abrupto prodeſt facienti, qui caſus eſt in confeſſione ex abrupto facta in iudicio , nam talis confeſſio poteſt etiam ex interuallo reuocari non probato aliter de errore.Ita ſing.dixit D.de Sancto Gemi. in c. ſciendum 29.diſt.quod dictum refert & ſequitur D. Phi.Decius in c.cum venerabilis.nu.8.in ver.in gl.2 &c.de exce.vbi plura adducit de breuitate temporis, quod dictum teneas perpetuo menti quia poſſet prodeſſe tibi & clientulis tuis aliquid ſibi damnoſum confitentibus ex abrupto in iudicio vel extra.& vide Bal.in conſi.388.inci.cum ciuitas &c.in 5.vol.in verſicu. adde & dic &c.

681 Tradidi tibi alias ſupra in ſing.99.inci. priuilegiatus &c.illã regulam ꝙ priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio ſuo,de quo ibi late . Sed vltra ea quæ ibi dixi tene menti in hac materia aliud no.verbum,videlicet ꝙ ſi duo habent priuilegium immunitatis ab eorum creditoribus,vt per aliquod tempus non poſſit conueniri inter eos,tamen non erit locus tali priuilegio.Ita no.conſuluit Pe.de Ancha.in conſi.36 inci.contra Ioannem. in 1. col. quod dictum pro no.refert & ſequitur D.Phi.Dec.in c.in præſentia.nu.52. 52.de prob.de quo latius ibi per eum.

682 Scribitur in c.cum ſecundum.de preben. & in c. ex his.12. q.1.ꝙ qui altario ſeruit,de altario viuere debet,pro quo facit tex.in c.ibi,7.q. 1. vbi dicitur ꝙ labor non debet eſſe ſine fructu.quod etiam dixit gl.in c.charitatem.12. q. 2. & facit illud vulgare , videlicet omnis labor optat præmium . Et iſta ſunt adeo vera quod dixit gl.ſing.in c.omnis Chriſtianus.de conſecra. diſt. 1. quod presbyter Parochianus poteſt diuina officia denegare Parochianis niſi dent ſibi oblationes. quam gl. ad hoc pro no.refert & ſequitur D. Phi.Dec.in c.cum inter. nu.24.de excep.quod eſt no.ab iſtis presbyteris Parochianis. pro quo etiam facit in ar regula illa , videlicet , qui non facit quod debet non conſequitur quod oportet,de qua habetur in l.quæro §.inter locatorem.ff.loca. cum ſi. & vide quæ dixi infra in ſing 693.inci.vulgariter &c.

683 Alias in repe.mea capit.at ſi clerici.in §.de adult.nume.74. & 75. dedi tibi plura & plura ſingularia in materia ſcandali euitandi,vt ibi videre poteris . Nunc autem in eadem materia dico tibi vnum aliud , videlicet ꝙ propter ſcandalum imminens euitandum licite priuari poteſt prælatus beneficio ſuo.Ita no.dixit Inn.in c.niſi cum pridem.de renun. quod refert & ſequitur Abb.in c.quęſitum.de rer.permu.vbi ad hoc alleg.Fride.de Se.in trac. de permu. benefi.in 25.q.& illud dictum Inn.vbi dicit etiam & ſequitur D.Phi.Dec.in c.cum teneamur.in fi.de præb. vbi dicit ꝙ iſtud dictum communiter approbatur.& in hac materia ſcandali euitandi adducit etiã gl.quam dicit ſing.in c.ſi Papa.40.diſt.quæ voluit Papam poſſe deponi ratione ſcandali.quam gl.dixit ſing.Abb.in c.ſignificaſti.in gl.2.de elec.de qua glo. latius locutus ſum in repeti. mea.c.at ſi clerici.in §.de adulterijs.nu.74.circa fi.de iudi.ideo circa eam hic aliter non me extendo.

684 Circa materiam expenſarum dixi tibi quamplura & forte non omnibus cognita.in l.patre vel marito.quaſi per totam legem.ff. de qõ. Nunc autem dico vnum aliud valde vtile in practica, videlicet ꝙ quando per iudicem appellationis prima

ma ſententia confirmatur, & victus ſimpliciter condemnatio facta intelligitur generaliter non ſolum de expenſis cauſæ appellationis, ſed etiam de expenſis cauſæ principalis. Ita nota. dixit Alexander in conſilio ſuo nondum impreſſo, quod incipit, in cauſa mihi per vos conſulenda tranſmiſſa. vbi ad hoc adducit Angelus in l. prima. C. quando prouoc.non eſt neceſ.quod dictum refert Dec in c.reprehẽſibilis.nu.9.de appel. vbi tamen non videtur expreſſe approbare hoc dictum,ſed illud approbat ipſe Dec. in c.ſæpe.circa fi.ver.& circa hoc,eo ti.vbi dicit hoc etiam procedere & locum habere in abſolutione, quoniam ſi iudex appellationis abſoluit partem ab expenſis intelligitur eam abſoluere ab expenſis cauſæ principalis ſicut ab expenſis cauſæ appellationis, quod eſt no.in practica.

685 Aequitas ſcripta præfertur rigori ſcripto.l.placuit.C.de iudi.ſed rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ,vt dicunt ibi ſcribentes.de qua æquitate & rigore plura dicit Bar. in l. 1.C.de legi.& Doct.in cap. quoniam contra.de proba.& ibi D.Phi.Dec.qui inter alia in nu. 6. dicit ꝙ licet rigor in ſpecie ſcriptus præferatur æquitati ſcriptæ in genere,vt no.Bar.in d. l.1.C.de legi.quod hoc limitatur niſi æquitas ſcripta in genere ſit ſcripta per modum regulæ, quia tunc præfertur etiam rigori ſcripto in ſpecie.& hoc dicit voluiſſe Io de Imo.in l.in ſulam.in 12.col.in ver.tu adde. ff. de verb.ob.quem ſequitur Alex.in l.& ſi poſt tres in gl.in verbo,deterius.ff.ſi quis cau.Et de hac æquitate vide aliqua quæ dixi ſupra in ſing.631.inci.vlti.opi.&c & in ſing.660.inci.dicit tex.&c.

686 Calumnioſè petita non ſunt audienda,ſed ſunt reijcienda, ſecundum Inn.in c.poſt electionem.in fi.de conceſſ.præben. quem ſequitur Abb.in c.licet cauſam.de proba.& in c.conſtitutus.in vlt.col.de fideiuſ.& Pe.de Anch.in conſi.ſuo 157.inci.ex narratis in facto.in antepe.col.& Bal. in l. peremptorias. in pe. col.C. ſent.reſcind non poſ.& D. Ant. in c. ſuper hoc. de renun.in 6.col.& Alex.in conſi.65.inci. ſuper contentis.in 3.col.in 1.vol.Et ideo ſi ſtatutum requirit in cauſa conſilium ſapientis non habet locum quando calumnioſè peteretur cauſa differen.litem,vt no.Ang.in conſi. 136.inci.in q.verten te.in 4.col.& voluit Io.de Ana.in c.ſuper eo. in 2. col. de cri. falſi.Et alia plura reijciuntur ratione calumniæ,de quibus ample dixi in l. patre vel marito.in 4.& 5.col.ff de quæſtio & ibi in 17.col.vbi omnino videas.Scias tamen quod prędicta omnia procedunt & locum habent vbi agitur de præiudicio reparabili,ſed ſecus eſt vbi agitur de præiudicio irreparabili, qa tunc non repellitur petens ex quacunque præſumptione calumniæ.Ita no.dixit Bal.in l.1.in pe.col.C.de accuſa. & voluit D.Fran.de Are.in c.licet cauſam.in 2.not. de prob.& Alex.in conſi.ſuo 16.inci.requiſitus in cauſa.in 5.col.in 1. vol.& Do. Phi.Dec.prædicta adducens in d.c.licet cauſam.nu.12.verſic. præterea dictum Inn.de quo vide quę dixi in d.l.patre vel marito.in 17.colum.

687 Verbum integre,intelligitur ſine aliqua diminutione.c.ſi. de confir.vti.vel inuti.& ita illum tex.no.ibi Car. quem ibidẽ refert & ſequitur D Phi.Dec. nu. 6. vbi etiam ad hoc allegat plura alia iura,& allegat etiam Alex.in conſi.141.inci.viſo teſtamento &c.in vlt.col.in 2.volu.& ex iſtis poſtea infert ipſe D.Phi.vbi ſupra ꝙ ſi maritus recipiens dotem vxoris ſuæ promittit illam dotem integram reſtituere, propter illud verbũ integrum,videtur promiſiſſe reſtituere totam dotem ſine aliqua diminutione,& ideo tali caſu excluditur ipſe maritus ab illa parte lucri dotis quæ ſibi ex forma ſtatuti competebat.& dicit quod hoc voluit Bal. in l. quod nomine.circa fi. ver.ſed quid ſi ex conſuetudine.ff.de condi.indebi.& Bal. in l.fi.C ad le.& Alex.poſt Ray.in l.poſt dotem.ff.ſol.ma.& Alex.in conſi.ſuo 5.inci.circa primam.in vlt.col in 3. vol. & hoc dictum eſt bene no.quia communiter per Italiam ſunt ſtatuta volẽtia quod vxore moriente ſine filijs vir lucretur certam partẽ dotis,& ego hunc caſum habeo nunc in facto.

688 Fornicatio in quocunque deteſtabilis eſt, & magis in fœmina quã in maſculo, in qua requiritur maior honeſtas quã in maſculo,vt habetur per Spe.in tit. de actore.in §.1.ver.itẽ opponitur contra actorem &c. & fornicatio in muliere inter alia triplicem operatur effectum. Primo enim operatur quod mulier luxurioſè viuens non poteſt ſtare in iudicio ſine curatore,vt in l.& mulieri.ff.de curat.furio. & voluit Spe. in d.§.1.in d.ver.item opponitur.& ibi Bal. in addi. ſuis. & de hoc aſſignat rationem gl.in d.l.& mulieri.Secundo operatur ꝙ mulier luxurioſè viuens ſi eſt tutrix filiorum ſuorum priuatur tutela eorum,ſecundum gl.not. in auth.iuramentum. C.quando mulier offi.tute.fungi poteſt.quam gl.refert & ſequitur Bar.in Auth.de nup.in §.ſi autem tutelam.& hoc etiã voluit D.Io.de Neuiz.in ſua eleganti ſilua nuptiali. in 6.char. in 1.col.in fi.Tertio etiam operatur,nam mulier luxurioſè viuens priuatur ſucceſſione filiorum.Ita dixit Iac.de Bel.& Bar. in auth.de non elig.ſecun.nuben. in §. cum igitur. & eos ſequitur Bal.in reper ſuo.in ver.mater.in 6.no.& Alex.in l.liberorũ.in §.notatur.ff.de his qui no.infa.Pro quo facit in argu. gl.in l.ſi qua illuſtris.C.ad Orificia.quę vult ꝙ filij nati ex coitu adulterino non ſuccedunt etiam matri.quam gl.refert & ſequitur late loquens in materia Soc.in conſ.ſuo 148.inci.memini &c.in 2.col.in 1.vol.de quo etiam per Iaſ. in l. 1.in §.ſed quod meretrici.ff.de cond.ob turpem cauſam. Potes etiam addere quartum effectum, quem ſatis latè poſui in repe.mea l.vnicę.C.de rap.virg.nu.48. cũ ibi ſeq. Tene menti prædicta quia ſunt quotidiana,& qui habet aures audiendi,audiat.

689 Nuper interrogatus fui a quodã nobili ciue de vno, videlicet ipſe mutuauit certam quantitatem frumenti cuidã ruſtico eius colono,& non poteſt probare quantitatem,ſed bene probat ſe ei mutuaſſe certam quantitatem frumenti,an poſſit ſibi ſuccurri aliquo remedio? in quo dixi quod ſic,videlicet, ꝙ ſtãte probatione de dicto mutuo ſtabitur iuro ipſius ciuis mutuãtis de quantitate ipſius frumẽti.iſta fuit ſin.doctr. Ray.de Forli.in l.1.ff.de in litem iur.quam refert & ſequit̃ D. Phi.Dec.in conſi.ſuo 146.incip. diligenter examinatis oĩbus &c.in 7.col.vbi dicit ꝙ hoc ẽt vr̃ velle Bar.cõcurrentibus alijs indicijs ſeu coniecturis in l.admonendi.in 12. col.ver.quæro quid ſi teſtis.ff.de iureiu.& dicit quod idem firmauit Cęp. in cau.ſua.210.inc.aliquis mutuauit &c.& alle.ẽt tex.in l.Lucius. ff.de act.emp.& l.prædijs.§.Titio.ff. de leg.3.& alle.ẽt q̃d tradit Bar.in l.ſi.C.de eden.& Inn.in c.cum clamor. de teſti. Dicit tñ Cęp.in d.ſua cau.ſe credere q̃d iudex poſſit refrenare tale iacrm,iuxta illud quod videbit̃ ſibi veriſimile & verũ fuiſſe.& dicit ꝙ hoc ẽt tenet Ray.in d.l.1 ff.de in litem iuran.vbi ẽt dicit ꝙ alias ita fuit iudicatum. Tene menti, quia verè eſt verbum ſing.lucri plenum.

690 Magni valoris & importantiæ eſt conſuetudo, vt tradunt Doc.in ti.de conſue.& ti.C.quæ ſit lon. conſue. & poſui ego latiſſimè in repe mea.l.fi.C.de prob.in 6.q. extraordinaria.& inter cætera operatur ipſa conſuetudo quod dat iuriſdictionem,vt in l.1.& fi C. de eman. lib. & in c.cum contingat. de fo. comp. & in c dilecti.de arb.& in c.conqueſtus.9.q.3.cum ſi.Et adeo eſt verum hoc quod ipſa conſuetudo põt dare iuriſdictionem laicis in clericos in minoribus ordinibus conſtitutos & auferre priuilegiũ clericale dictis clericis qui per iudicem ſecularem puniri poſſunt ſi delinquunt propter cõſuetudinem.Ita ſing.dixit Inn. in c.1.de apoſta. & in c. nouit.de iud.quem refert & ſequitur Bal.in reper.ſuo in verbo, cõſuetudo.in verſi.conſuetudo poteſt auferre &c. quod dicit eſſe perpetuo nota.

691 Fundus dotalis vel quæcũque aliæ res dotales æſtimatę datę in dotem faciunt emptionẽ & trãſitum dñij in maritũ,ita ſi & taliter q̃d maritus põt liberè tales res alienare nõ obſtante.l.Iul.de fun.dot.iux.l.quoties.& l.cũ dotem. & l. ſi inter virũ.C.de iu.dot.no.Bar.& alij in l.ſi æſtimatis.ff.ſo.ma.Iſtud tñ limita & intellige eſſe verũ,qñ maritus eſt ſoluendo,alias aũt nulla æſtimatio faceret emptionẽ,nec fundus poſſet alienari, nec obligari per maritum, imo tali caſu mulier pro talibus rebus æſtimatis datis in dotem haberet rei vendicationẽ vtilem in ſubſidiũ marito non exiſtente ſoluendo.tex.eſt in l.in rebus.in prin.C.de iu.dot.cum ſua gl.ſin.ibi no.in ver.æſtimatę.ad fi.quam ibi ſequitur Barto.Bal.& alij.& hoc in ſpecie tenet Bal.in l.inter antiquam.ad fi.C. de vſuf.vbi alle.ad hoc aliqua iura,de quo etiam per Io.de Imo.in d.l.ſi ęſtimatis.& per Bal.in auth.ſed iam neceſſe.in 5.q.C.de don.ante nup.de quo etiam latius per Iaſ. qui prædicta omnia refert ad literam in §.actionum nu 84.Inſti.de actio.

692 Vim vi,vt ſcis,repellere licet,cum moderamine tñ inculpatę tutelę.l.vt vim.ff de iuſt.& iure.l.1.C.vnde vi.l.ſciẽtia. §.qui cum aliter. ff.de acq.hære.in Cle.de homi.& inculpata tutela dr̃ qñ aliter ſe defendere non põt ſine peric.rerum vel perſonę,vnde non dẽt pati q̃d damnificetur in aliquo ſi damnum eſſet irreparabile,alias ſecus,vt in d. l. furem.Ex quo infert ibi Bar.q̃d ſi non poſſem effugere,quin me percuteres niſi te interficerem,licite poſſum te interficere,quia cum quælibet iniuria perſonalis ſit maior quacunq; reali, vt l.in ſeruorum.ff. de pę.& ꝑꝑ realem irreparabilem poſſum te interficere,vt d. l.furem.ergo ꝑꝑ perſonalem,quod eſt no.quam doctrinam refert & ſequitur Ang.de Are.in trac. malefi. in verbo, & dictus Titius ſe defendendo.in ũ.char.in vlt.ver.vbi pro hoc alle.gl.in c.olim.el 1.de reſti.ſpo.& c.ſignificaſti.de homi. & D. Flo.in d.§.qui cum aliter.prædicta tamen limita niſi imminieret perditio paruæ rei,ſecundum Alex.qui plura alleg. in d.l. furem. De qua materia vide quæ late ego dixi in d. l.furem. in prima & ſecunda colum.

693 Vulgariter dici ſolet quod omnis labor optat præmium, & ideo

& ideo ſcias quod ſi iudex laborauit circa proceſſum alicuius cauſæ & fecit quæ per eum fienda erant ad ferendam ſententiã, ſi antequam ferat ſententiam partes ſe concordarunt, dẽt tñ ipſe iudex habere ſalarium ſuum, ita no. dixit Iaſ. in §. tripli. in vlt. col. nu. 58. Inſti. de act. ad quod alle. Bar. in l. 1. §. diuus. el 2. in 7. col. ver. ſed quęro & redeo ad gl. ff. de var. & extraor. cogni. & Bal. in l. 1. in 5. q. C. de ſuffr. & Io. An. in reg. ꝯctus. de regu. iu. in 6. in merc. & Nic. de Neap in l. Gallus. in §. & quid ſi tantum. ff. de li. & poſth. tex. in l. fi. & gl. & Bal. C de ꝯd. ob cau. Tene menti, quia ſæpe contingit. & vide quæ dixi. s̃. in ſingu. 682. inci. Scribitur &c.

694 Apud omnes ſanos mente notum eſſe puto quod clericus non põt conueniri ſub iudice laico, vt in c. 1. & 2. & in c. ſi diligenti. de fo. comp. & quaſi per totum ti. & in c. inclyta. 11. q. 1. & in auth. ſtatuimus. C. de epiſ. & cle. Quinimo quilibet proceſſus factus per iudicem laicum ꝯ clericum eſt nullus, & quęlibet ſententia eſt nulla, quãuis nemo pro eo cõparuerit ad allegandũ priuilegiũ clericale, ita dixit Arch. in c. placita. 15. q. 4. & Spe. in ti. de cita. §. 1. ver. ſed pone. & Io. An. in reg. ſciẽti. in mercu. de quo per Alex. in conſi. 149. inci. In cauſa &c. ante fi. in 6. vol. & voluit Flo. in l. cum mulier. ad fi. ff. ſa. erc. Tene tamen menti perpetuo, quod ſi clericus eſt artifex alicuius artis poterit ratione illius artis conueniri ſub iudice laico ipſius artis. Ita ſing. dixit Bal in add. Spe. in ti. de reo, in 2. col. in ver. ſcholaris clericus &c. & idem in ſimili voluit Bal. in l. vnica. C. in quib. cau. mili. fori præſcrip. vti poſſint. pro quo faciunt optimè dicta per Iaſ. in l. teſtamenta omnia. in 2. colu. C. de teſt. Et ad limitationem prædictæ regulæ, quod clericus non põt conueniri ſub iudice laico vide Soc. in conſi. ſuo 106. inci. In ſignis Doc. in vlt. col. in 4. vol. vbi dicit quod licet laicus iudex non ſit competens iudex in cauſa clerici, attamen ſi clericus, ... tertius comparet, poterit iudex laicus cognoſcere. ad qđ alle. gl. in c. clericus nullum. 11. q. 3. & ratio eſt, quia dr̃ tũc reus voluntarius non neceſſarius. Et aliam limitationem ẽt ponit Bal. in l. nullũ. in 2. col. ver. quæro hic de clericis &c. C. de teſti.

695 Clauſula appoſita in commiſſione vel reſcripto, videlicet, facias prout tibi viſum fuerit expedire &c. operatur vt nõ requiratur de neceſſitate aliqua probatio, ita ſing. dixit Io. An. in c. 2. de iura. cal. li. 6 in nouel. ad quod alle. no. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcr. in 6 quod dictum pro valde no. refert & ſequitur Alex. in conſi. 189. inci. In cauſa & lite. ante fi. in 6. vol. & ibi dicit quod idem no. Bal. licet non ita apertè in ti. de pa. Conſtan. in verbo, animam noſtram. quod eſt not.

696 Reſeruatio exceptionum, quam facit iudex dicens, interloquor eſſe ad vlteriora procedendum ſaluis exceptionibus, eſt magnæ importantiæ, adeo quod ſi appareat exceptiones eſſe legitimas, & quod verè obſtent, tũc proceſſus redditur retro nullus, & quicquid poſtea eſt factum habetur pro non facto. gl. eſt ſing. in c. cum cõtingat. extra de off. dele. & voluit Bal. in l. ille a quo. in §. ſi de teſtõ. ad fi. ff. ad Treb. quod dictum refert & ſequit̃ Iaſ. Inſt. de act. in §. præterea. in 11. col. quod eſt ſing. no. cum quaſi quotidie in facto contingat.

697 Plura dixi tibi in materia reuocationis confeſſionis in operibus meis, maxime in prac. mea cau. cri. in pluribus locis, maxime in §. quoniam. Et nuper recolo tibi vnum verbum in tali materia, quod eſt magnæ importantiæ & magni effectus, videlicet, quod ſi cõfeſſio ſit ſolemniter facta in iudicio ſi reuocatur in carcere per ipſum confitentem, talis reuocatio nihil operatur. Ita no. dixit Bal. in conſ. ſuo. 79. inci. Regula iuris &c. in fi. in 3. vol. de quo etiam latius dixi in pract. mea cã. cri. in §. reſtat. nu. 16. & 17. quod eſt ſumme no. quia rei ſæpe ſup furca reuocant ea quæ dixerũt ſolemniter in iudicio, de quo latè dixi in d. §. reſtat, & alias hoc vidi in facto plurib. vicibus.

698 Aduertant & diligenter notent datiarij ſeu publicani ad vnum eis valde fauorabile & proficuum, videlicet, quod contra fraudantes datia, ſeu gabellas ſufficiunt probationes per coniecturas, quia talia clam committuntur, & ideo lex contenta eſt facilioribus probationibus & indicijs, ita ſing dixit D. Alex. in conſi. ſuo 188. incip. Viſo proceſſu &c. in 2. col. in 7. vol ad quod ipſe ibi allegat plura & plura iura. Pro quo etiam facit illud, videlicet, quod in his quæ ſunt difficilis probationis admittitur probatio per coniecturas, vt ego ſatis late dixi in practica mea cau. cri. in prin. nu. 13. vbi plura adduxi circa talem materiam quæ per te videas. Et credo indubitanter ꝙ ſi datiarij ſcirent hanc doctrinam, ſunt mali, ſed eſſent peiores & minoris conſcientiæ.

699 Priuilegia conceſſa pupillis cenſentur conceſſa alijs, qui per adminiſtratores reguntur. gl. eſt valde no. in l. 2. C. de cur. furio. quam tenet Bal. in l. iubemus nulli. in prin. C. de ſacroſan. eccle. & ideo ſcias quod vniuerſitates Caſtrorum, & Villarum habent reſtitutionem in integrum ſicut minores & Reſpublica & Ciuitas. ita tenet Iac. But. & Bar. in l. reſpublica. C. ex quib. cau. maio. quando villa habet multos homines, ita quod regitur per adminiſtratores. quæ omnia refert & ſequitur Socy. in conſi. ſuo 66. incip. Viſo compromiſſo &c. in 2. col. in 4. vol. & ibi ſubdit quod communis opi. Ia. de Arc. Bal. Sal. & Pau. de Caſt. eſt quod iſtę vniuerſitates etiam paruæ etiam in integrum reſtituantur, licet per adminiſtratores non gubernentur, nam in eis communiter ſolent eſſe infantes, furioſi, & mulieres, & aliæ perſonæ quæ non congregantur in magnis negotijs, nec conſentiunt in adminiſtrationem rerũ municipij, & ideo iniuſtum eſt quod per alios eis præiudicetur, & dicit quod ſecundum iſtam opi. conſuluit Lud. Rom. in conſi. ſuo 423. & dicit etiam quod iſtam opi. ſequitur Ioã. An. in addi. Spe in tit. de reſt. in inte. in addi. inci. quadrienniũ. & Abb. in c. 1. de reſti. in integ. & iſta ſunt diligenter notan. cum quotidie contingant in facto, & hic & per totam Italiã, in Caſtris, in Villis, ad quæ pauci animaduertunt.

700 Quamuis iuramentum ſit magni effectus & importantiæ & ſæpe validet inualidum, vt dixi. s̃. in ſin. 356. incip. iuramentum. & in ſing. 402. inci. quantæ vtilitatis &c. attamen etiam quandoque nihil operatur & nullius eſt momenti. Et ideo ſcias quod quando inſtrumentum deficit ratione ſolemnitatis probatorię non iuuatur prætextu iuramenti in eo poſiti. Et ideo ſi ſtatuto cauetur quod ad vtilitatem contractus requirantur duo notarij, tunc ſi fiat talis contractus per vnum notarium tantum, licet in eo ſit appoſitum iuramentum nõ valebit contractus, quoniam dicta ſolemnitas duorum notariorum eſt inducta propter publicam vtilitatem, ita dixit Bar. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. in 7. membro. & D. An. in c. cũ contingat. in 7. caſu. de iureiu. & ibi Abb. in pe. col. in ver. & vt clarius pateat &c. de quo etiam latius per Socy. in conſi. ſuo 97 inci. Abunde. in vlt. col. in 1. vol. & alios plures caſus in quibus iuramentum nihil operatur, ponit Bar in d. l. ſi quis pro eo. & Cano. in d. c. cum contingat. Et ſcias etiam quod vbi non eſt conſenſus quod ibi nihil operatur iuramentum, eo quia iuramentum non ſupplet conſenſum. l. fi. C. de non nu. pec. & voluit Soc. in conſi 374. inci. In caſu &c. in fi. & D. Frã. de Are. in conſi. ſuo 34. inci. Quatuor dubia. in 2. col. Et ſi vera loqui fas eſt, crede mihi quod ex dictis Doct. in d. l. ſi quis pro eo. & in d. c. cum contingat non poteſt dari firma regula nec firma doctrina in hac materia, quando iuramentum validet actum vel non. Et ex iſtis impono finem ſingularibus meis hodierna die 25. Martij. 1527. quæ eſt dies beatæ & immaculatæ virginis Mariæ, cui ſit laus & honor in æternum.

FINIS.

REPERTORIVM AD OMNIA SINGVLARIA EXCELLENTISSIMI I.V. Interpretis profundiſsimi

D. HIPPOLYTI DE MARSILIIS BONONIENSIS ſecundum ſeriem elementorum alphabeti ordinatiſſime diſtributum.

De litera A.

ABSOLVTIO. Reus non debet abſolui diffinitiuè, ſed tantum ab obſeruatione iudicii quando actor non probauit intentionem ſuam ſi dilatio ad probandum fuit data ipſi actori in abſentia rei.in ſing.169.incip.Nota eſt &c.

Fauorabiliores ſumus ad abſoluendum, quàm ad condemnandum.in ſing.90.inc.Fauorabiliores.

Quælibet qualitas appoſita in accuſatione, vel inquiſitione debet probari per accuſantem, vel inquirentem, alias debet ſequi abſolutio.in ſing. 187.incip. Qualitas &c.

Acceptatio. Acceptatio eſt magnæ importantiæ, & magni effectus. in ſingu. 315.incip.Acceptatio.

Acceſſorium. Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, quod tamen fallit quando non eſt eadem ratio in acceſſorio, quæ eſt in principali. in ſing. 17.incipiente, Acceſſorium. de qua materia etiam habetur in ſingu.inc.52. Prorogatio.& in ſing.126.incipiente, In multis ciuitatibus. & in ſing.175. incip.Conceſſo vno.

Accuſatio. In accuſatione vel inquiſitione debet poni locus, & tempus quod tamen fallit in crimine falſi.in ſing.163.incip.Crimen falſi &c.

Accuſatio redditur ſuſpecta, ſi accuſator multum inſtetit ad accuſandum.in ſing.284.inci.Tolle moras.in fi.

Actor & acta. Actore non probante reus debet abſolui diffinitiue, quod tamẽ limita niſi ſit data dilatio actori ad probandum intentionem ſuam abſente reo.in ſing.169.incip.Nota eſt regula.

Acta facta in iudicio ſummario non nocent in plenario.in ſingu. 257. incip. Nemo.

Actor ſi deducit vnam cauſam in libello, & poſtea probat de alia ſuccumbit. in ſing.272.inci.In hac inclita ciuitate.

Quando cauſa eſt cognoſcenda de æquitate, vel ſola facti veritate inſpecta, ſi actor deducit vnam cauſam in libello, & probat aliam, debet obtinere.in ſing.272.incip.In hac inclita ciuitate.

Adminiculum. Adminicula dicuntur vehementia indicia.in ſingu.205. incip. Vehemens.

Adminiſtrator. Quilibet adminiſtrator tenetur reddere rationem adminiſtrationis ſuę.in ſing.493.incip.Iuſtum & æquum eſt.

Adminiſtrator qui ſemel reddidit adminiſtrationem, an teneatur illam vlterius reddere.in ſing.493.incip.Iuſtum & æquum eſt.

Aduocatus. Aduocatus ſi fouet iuſtam cauſam poteſt conuincere aduerſariũ ſuum cum malitia.in ſing.177.inci.Malitiis hominum.poſt prin.

Aduocatus ſi fouet iniuſtam cauſam & facit ſuccumbere fouentem iuſtitiã, tenetur ei ad omne intereſſe.in ſing.181.incip.Mandans. in fi.

Adulterium. Si mulier commiſit adulterium, non perdit dotẽ ſuam, ſi eo tempore maritus ſuus tenebat concubinas, & ſimiliter committebat adulterium.in ſing.234.incip.Paria delicta.

Si mulier propter adulterium perdit dotem, ita etiam perdit bona paraphernalia.in ſing.234.incip.Paria delicta.

Si per donationem pecuniæ inducitur mulier ad committendum adulteriũ, tunc inuita reputatur commiſiſſe illud, & ille, qui dedit ſibi pecuniam punitur pœna ſtatuti, quæ imponitur adulteranti mulierem inuitam. in ſing. 353.inci.Datio pecuniæ.

Affinitas. Affinitas repellens teſtem a teſtimonio, & admittens ad agendum ſine mandato debet eſſe per lineam aſcendentem, nec ſufficit eſſe per lineam tranſuerſalem.in ſing.133.inci.Affinitas.

Coniunctio ſanguinis aliqualiter excuſat conſanguineum, ſi non accuſat conſanguineum de crimine læſæ maieſtatis.in ſing.164.inci. Nemo debet &c. in fi.verbis.

Ex illicito coitu, contrahitur affinitas, ꝙ intellige quo ad impediendum matrimonium, ſecus autem quo ad puniendum aliquem de inceſtu. in ſingu. 154.incip.Ex illicito coitu.

Afflictio, non debet addi afflicto, & ideo ſi quis fuerit ſpoliatus bonis ſuis propter guerram, non poteſt poſtea inſolidum conueniri a creditoribus ſuis.in ſing.241.incip.Non debet addi afflictio afflicto.

Agens & agere. Agens in iudicio nomine alieno ſi dubitatur de mandato non admittitur ſine cautione de rato.in ſing.228.inci.Agens, quod tamen limita vt ibi.

Poteſt quis agere ad declarationem iuris ſui, quando dubitat moleſtari. in ſingu.280.incip. Licet.

Non habens ius in re, licet habeat poſſeſsionem rei, non poteſt agere ad declarandum illum, ſimiliter ius non habentem nullum ius habere in ipſa re. in ſing.280.incip.Licet &c.

Attenditur ꝙ principaliter agitur.in ſing.247.incip.Principale.

Alienatio. Valet alienatio rerum ſubiectarum reſtitutioni fideicommiſsi, quando fit ab ignorante.in ſing.31.inci.Valet alienatio.

In alienatione rerum eccleſiaſticarum requiritur ſolemnitas, de qua in c.ſine exceptione.12.q.2.cum ſim.fallit in duobus caſibus poſitis in ſingu. 132. incip.In alienatione.

Alienatio. Alienatio rei facta per carceratum, qui tenetur a tyranno in carcere, vt ab eo extorqueat pecuniam, non valet.in ſingu.305.inci.Materia carcerati.circa medium.

Res prohibita alienari non poteſt deuenire in fiſcum.in ſing.314.inci. Prohibitio alienationis. quod tamen limita, vt ibi.

In generali alienatione non veniunt illa, quæ ſunt ſub pœna prohibita alienari, vel obligari.in ſing.314.inci.Prohibitio.

Alienatio ſi eſt prohibita, an ſit prohibita pignoris obligatio. in ſingu. 314. incip.Prohibitio.

Res prohibita alienari, non poteſt deuenire in fiſcum, quod eſt verum quo ad dominium directum, ſed ſecus eſt quo ad dominium vtile: quia illud benè poteſt deuenire in fiſcum.in ſing.314.incip.Prohibitio.

Prohibitus alienare rem, non eſt prohibitus illam relinquere in teſtamento. in ſing.465.inci.Aliqua ſunt prohibita.

Licet adultus ſine curatore non poſsit in vita alienare res ſuas immobiles ſine authoritate curatoris, & decreto iudicis, tamen poteſt in teſtamento dare licentiam executoribus ſuis alienandi res immobiles ſine curatore, & ſine decreto iudicis.in ſing.465.incip.Aliqua ſunt prohibita.

Bona minoris immobilia, poſſunt alienari a patre habente legitimam adminiſtrationem in bonis filij ſine decreto.in ſing.498.inci. Bona mino.

Alimenta. Quando aliquis fundus relinquitur pro alimentis venit etiam proprietas, & tranſmittitur ad hæredes.in ſing.414.inci.Teſtator.

Si quis tenetur aliquem alere ſufficit ſi faciat eum recipi in aliquo hoſpitali, vel domo Dei, vel procuret ei aliquam præbendam.in ſing.420.incip. Extat &c.quod intellige, vt ibi.

Altiare. Cuilibet licitum eſt domum ſeu parietem ſuum altiare vſque ad cœlum, quod tamen limita tribus modis, vt in ſing.154.inci.Cuilibet.

Amicus, & amicitia. Amicus magna amicitia æquiparatur coniuncto, & amicitia idem operatur, quod coniunctio ſanguinis.in ſingu.351. incipiente, Amicitia.

Amicitia facit ꝙ ex teſtamento minus ſolemni quęcunque legata debeantur. in ſing.351.incip.Amicitia &c.

Si quis etiam cum authoritate iudicis vellet me ſpoliare poſſeſsione mea iuris ordine non ſeruato, amici poſſunt illum percutere impunè, vt obuient tali ſpoliationi.in ſing.456.incip.Habuiſti.

Anima. Fauore animæ in dubiis durior interpretatio fienda eſt, ſecus in aliis. in ſing.151.inci.Semper in dubiis.

Vbi tractatur de fauore animæ, probationes poſſunt ſumi de domo rei.in ſingu.271.incip.Probationes.

Animal. Inſultatus ab animali bruto, poteſt iſtud pro ſua defenſione occidere.in ſing.375.inci.Stulti &c.

Appellatio. Ea quæ fiunt poſt 10. dies a tempore prolationis, & ante interpoſitionem appellationis per iudicem, ſeu executorem valent, & tenent, nec poſſunt reuocari per viam attentati, ſeu nullitatis, ſed benè poſſunt reuocari per viam iniuſtitiæ docto, & cognito, de hoc in cauſa appellationis.in ſing.87.incip.Licet &c.

Condemnatus ex præſumptione iuris & de iure non poteſt appellare, quia habetur pro confeſſo, & conuicto.in ſingu.116.inci.Præſumptio.

Dicenti ſententiam nullam ex probabili ratione non currit tempus interim ad appellandum.in ſing.152.inci.Succumbens.

Non auditur creditor appellans, ne cadauer debitoris ſæpeliatur.in ſing. 199. inci.In iure expreſſum eſt.circa fi.

Tertius non poteſt appellare pro reo capitaliter condemnato, qui ſponte confeſſus eſt crimen, quod alias eſt ſecus.in ſing.201.inci. In confeſſum.

Quando res eſt tempore peritura ualet attentatum per iudicem appellatione pendente.in ſing.258.incip.Plura.

Si procurator bona fide non appellauit, quia putabat ſententiam iuſtã, tunc dominus non poteſt appellare, nec habere regreſſum contra procuratorẽ etiam ſi eſt ſoluendo.in ſing.287.inci.Tetigi tibi.

Appellari non poteſt ad ſententiam iudicis dati cum clauſula, appellatione remota.in ſing.289.inci.Dolus, quod limita vt ibi.

Confeſsio procuratoris, etiam vera bon facit, ꝙ dominus non poſsit appellare.in ſing.290.incip.Confeſsio.

Negligentia procuratoris non appellando præiudicat domino,in ſing. 290. incip.Confeſsio.in fi.

Appellatio.A futuro grauamine non appellatur, quod fallit vbi tractatur de præiudicio irreparabili, vtputa ſi pronunciatur quem fore torquendum. in ſing.349.incip.In his in quibus.

Regula,non deductum deducam,& non probatum probabo,in cauſa appellationis,quomodo intelligatur. in ſing.360.inci.Scribitur.

Licet verus contumax excludatur ab appellando,tamen hoc fallit in muliere minore,& ruſtico.in ſing 377.incip. Contumax.

Tempus exercendæ appellationis non currit niſi dato, ſeu conſtituto iudice ipſius appellationis.in ſing.423.inci.Compromiſſum.

Quando ſtatutum arctat aliquos ad compromiſſum,tunc a laudo ſecuto poteſt appellari,in ſing.457.inci.Viget ſtatutum.poſt med.

Qui non appellat a ſententia,videtur ſententiam confirmare.in ſing.487. incip.Nota & vulgaris.

Apocha priuata nullo adminiculo ſuffulta,non probat. quod tamen fallit in apocha antiqua,quæ facit ſemiplenam probationem, licet non ſit ſuffulta aliquo adminiculo.in ſing.436.incip.Latè ſatis &c.

Apoſtata dicitur nedum qui fugit de monaſterio,ſed etiam ille,qui habet animum fugiendi.in ſing.53.incip.Debitor &c.circa med.

Approbatio ſtatim facta per ſuperiorem ad hoc, vt validet ipſum ſtatutum, requiritur ꝙ ſit facta ex certa ſcientia ſuperioris in ſingu.37. incipiente, Approbatio &c.

Arbiter licet ex forma ſtatuti poſsit cognoſcere de cauſa non obſtante aliqua iuris ſolemnitate,non tamen poterit procedere abſque citatione partis.in ſing.25.incip.Citatio eſt &c.ante fi.

Arbiter ſeu iudex cui data eſt poteſtas procedendi de facto,ſeu ſententiandi de iure, poterit plenè procedere teſtibus non iuratis. in ſingu.434.incip. Alias.

Arbitri non poſſunt ferre laudum partibus non citatis,licet dictum ſit in cõpromiſſo,ꝙ poſsint ferre laudum abſentibus partibus.in ſingu.163.incip. Fiunt quotidie.

Arbitrium.Si eſt datum arbitrium iudici in criminalibus,tunc ſolum videtur ſibi datum in illis, in quibus pœna non eſt expreſſa, ſed ſecus in illis in quibus pœna eſt expreſſa.in ſing.397.inci.Arbitrium.

In commiſsis arbitrio iudicis,iudex debet ſeruare æquitatem.in ſing.397.incip.Arbitrium.

Minor magiſtratus cui datum eſt arbitrium in criminalibus, non tamen poterit bona confiſcare, & pęnam corporalem imponere, ſecus in maiori magiſtratu.in ſing.397.incip.Arbitrium.

Arbitro non creditur in forma teſtis in his, quæ acta ſunt coram eo in cauſa in qua iudicauit.in ſing.197.incip.Quo ad hoc.

Si duobus arbitris concordantibus,tertius aſſumatur,eius ſolius tertij ſententiæ parendum eſt.in ſing.262.inci.Quod potui.

Argumentum à communiter accidentibus,validum eſt in iure.in ſing.1.inci. Argumentum.

Argumentum a communiter accidentibus,non ſolum in ciuili, ſed etiam in criminalibus validum eſt.in ſing.1.inci.Argumentum.

Locus a communiter accidentibus,facit indicium indubitatum.in ſing.1.incip.Argumentum.in fi.

Validum eſt argumentum de matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale,niſi ſit damnoſum,vel contrarium eccleſiæ.in ſing.215.inci.Validum.

Adſcribens ſibi aliquid in teſtamento,incidit in pęnam falſi,quod tamen fallit in pręlato adſcribente aliquid de bonis teſtatoris eccleſiæ ſuæ. in ſing. 174.inci.Ille qui ſibi adſcribit.

Aſſeſſor electus a populo,habet iuriſdictionem ordinariam, ſed electus a poteſtate,habet delegatam.in ſing.56.inci.Ad validitatem inſtrumenti. in fi.

Atteſtationes inualidæ,poſſunt validari conſenſu partium.in ſingu.92.incip. Licet teſtis &c.in fi.

Auaritia eſt mater omnium malorum.in ſing.190.inci.Iudices &c.

Authoritas.Non valet interpoſitio authoritatis iudicis in contractu minoris, vel mulieris ſi non ſint appoſita iſta verba,videlicet ꝙ iudex adhibuit cauſæ cognitionem, & reperit illum contractum cedere in vtilitatem minoris vel mulieris. in ſing.399.inci.Multi ſunt iudices.

Auxilium.An præſtans auxilium,vel fauorem maleficio puniatur eadem pęna,qua committens maleficium ſtante ſtatuto,ꝙ præbentes auxilium,cõſilium,vel fauorem maleficio,puniantur eadem pęna,qua committens.in ſing.15.incip.Statuta communiter extant.

Auxilium.Ad hoc vt aliqui dicantur auxiliatores,vel ſocij alicuius delinquentis oportet, ꝙ ad hoc fuerint principaliter adunati, aliter ſi apparet omnes pariter fuiſſe in rixa, omnes ſunt puniendi, prout deliquerunt.in ſingu.400.incip.Sępius iudices.

De litera B.

BAnnitus.Si bannitus captus,qui recognouit bannum opponit exceptionem, quæ ſi fuiſſet oppoſita a principio ante bannum, ipſe bannitus non fuiſſet compulſus ſuſcipere iudicium, tunc iudex debet declarare iudicium,& bannum eſſe nullum.in ſingu.72.inc. Per totam.circa medium.

Bannitus qui toleratur per ciuitatem a ſuperiore, non poteſt impune offendi,quia talis tolerantia ſuperioris facit eum haberi pro non bannito. in ſing.77.incip.Patientia &c.poſt prin.

Bannitus licet ex forma ſtatuti poſsit impune offendi,& occidi,attamen hoc fallit in bannito capto,& carcerato.in ſing.150. incip. Acceſſus &c. circa medium.

Bannitus ſi eſt captus,& carceratus,& debet pro delicto ſuſpendi, ſi eius affines eum venenant in carceribus,debent puniri tanquam parricidæ.in ſingu.150.incip.Acceſſus &c.vltra medium.

Bannitus rebanniendus de proximo,an poſsit impune offendi,& quid de nõ bannito,ſed de proximo banniendo.in ſing.106.inci.Qui de proximo.

Bannitus ſi habuit gratias,& fuerit rebannitus,& ſoluit illud, quod ſoluere tenebatur, tamen omnibus his peractis,niſi actualiter, & cum effectu fuerit cancellatus de banno,poterit impunè occidi,ſtante ſt tuto, ꝙ bannitus poſsit impunè occidi.in ſing.340.incip.Caute agant. quod tamen limita vt ibi.poſt med.

Non ſufficit,ꝙ bannitus ſit cancellatus de vno libro bannitorum, ſed debet cancellari de omnibus libris ad hoc, vt vigore banni non poſsit offendi. in ſing.340.inci.Cautè agant.

Bannitus indebitè cancellatus de banno,habetur pro bannito, & poteſt impunè offendi.in ſing.340.inci.Caute agant &c.circa medium.

Bannitus cancellatus de banno verbis tantum, non poteſt impunè occidi quandoque. in ſing.340.inci.Caute agant.vltra medium.

Bannitus qui toleratur a ſuperiore,habetur pro non bannito, & non poteſt impunè offendi.in ſing.340.incip.Caute agant.in fi.

An pax vel treuga facta bannito,ſit ei ſeruanda,& an illam rumpens,cadat in pęnam conuentionalem,vel ſtatutariam.in ſing.352.inci.Sæpius vidi.

Quando iudex procedit contra occidentem bannitum, qui ex forma ſtatuti poterit impunè occidi, tunc quilibet de populo poteſt comparere coram iudice,& petere ꝙ contra eum non procedat, & debet admitti.in ſingul. 372.inci.Capias vnum.

Statutum permittens bannitum poſſe impune occidi,non comprehẽdit bannitum per contumaciam,ſed ſolum bannitum ex veris probationibus delicti.in ſing.372.incip.Capias vnum.

Caueant banniti recognoſcentes bannum, ne confiteantur contenta in banno eſſe vera,quia poſſent puniri ſecundũ tenorem banni, etiam ſi tale bannum eſſet nullum,& hoc propter dictam confeſsionem ſpontaneam, quæ validat proceſſum.in ſing.374.incip.Benè & diligenter.

Bannita muliere prægnante, natus ex ea non eſt bannitus, & ſi banniuntur omnes homines de tali progenie,non comprehenduntur exiſtentes in vtero.in ſing.426.incip.Partus.

Bannum.Quomodo bannitus recognoſcat bannum.vide in ſing.72.incip.Per totam.in prin.

Bannum reſoluitur in vim ſimplicis citationis bannito comparente in termino,ſibi in banno aſsignato.in ſing.72.inci.Per totam &c.

Iniuria. Iniuriarum remiſsio facta in foro conſcientiæ licet non operetur in foro contentioſo, tamen fallit quando iniuriam paſſus dicit ſe facere plenam remiſsionem iniuriæ.in ſing.246.inci.Remiſsio iniuriarum.

Inimicus.Inimicus repellitur a teſtimonio, ꝙ habet locum nedum in inimico publico,& manifeſto,ſed etiam in eo, apud quem eſt cauſa inimicitiæ contra illum,contra quem producitur,licet ipſe contra quem producitur neſciat illam cauſam. in ſingu.178.inci.Inimicus.

Iniuſtitia æquiparatur nullitati.in ſingu.473.incipiente,Memini.

Iniuſtum.Iniuſtum videtur ineptum.in ſing.473.inci.Memini &c.

Innocens,& Innocentia. Innocentibus iura ſubueniunt, & ſtatutum excludens omnes exceptiones,non excludit exceptionem innocentiæ. in ſing. 59.inci.Innocentibus.

Si poſt confeſsionem, & condemnationem liquet de innocentia rei,non debet fieri contra eum executio corporalis.in ſing.72.inci.Per totam.

Inquiſitio. Ad hoc vt inquiſitio poſsit formari per iudicem contra aliquem de delicto,oportet ꝙ fama ſeu diffamatio pręcedat.quod limita,vt in ſing. 14.inci.Ad hoc.

Inquiſitio vel accuſatio de furto non procedit ſi ſimpliciter in ea dicitur, ꝙ res furata pertinebat ad talem,ſed eſt neceſſe, quod dicatur iure dominij, vel quaſi, alias debet ſequi abſolutio.in ſing.275.inci.Statuti omnino.

Inquiſitio non valet niſi primo iudex antequam eam formet,citet offenſum, & interrogat eum,an velit accuſare reum necne.in ſingu.305.incip. Iudex maleficiorum.

Inſtantia.Inſtantia cauſę appellationis currit a die interpoſitæ appellationis, ſi tamen ſtatutum dicit, ꝙ debeat eligi certus iudex,non currit tempus appellationis antequam eligatur dictus iudex etiam ſi pars ſtaret per triginta annos.in ſing.51.incip.Inſtantia cauſæ.

Perempta inſtantia fideiuſſor, qui promiſit pro reo ſi ſuccubuerit eſt liberatus.in ſingu.313.inci.Diligenter.

Inſtrumentum.Inſtrumentum ſine teſtibus,non valet,quod tamen fallit in vno caſu poſito in ſingu. 56.incip.Ad validitatem.

Inſtrumenta debent produci parte præſente, vel citata, alias non probant. in ſing.81.inci.Aduertas &c.item debet peti dari copia parti cum termino ad opponendum,alias non probat.vt ibi.

Inſtrumentum confeſsionis debiti non habet executionem paratam ſtante ſtatuto, ꝙ inſtrumentum debiti habeat executionem paratam.in ſing.135. incip.Quæro.

Inſtrumentum, in quo eſt appoſitum iuramentum habet executionem paratam.in ſing.356.inci.Iuramentum.

Inſtrumentum,in quo non eſt indicium non valet, ſi tamen ſit appoſita, & corrupta valet.in ſing.431.inci. Dixi ibi.

Inſtrumentum guarentigiatum habet executionem paratam.in ſing.452.inc. Inſtrumentum.

Inſtrumentum habẽs executionem paratam ſi ſit perditum,& examinati ſint teſtes de continentia dicti inſtrumenti, & factum ſit de hoc inſtrumentũ, an tale inſtrumentum ſic factum habebit executionem paratam,ſicut primum inſtrumentum..in ſingu.484. inci.Verſi.loqui.

Intruſus.Etiam intruſus non debet priuari poſſeſsione ſua,niſi primo citetur. in ſing.195.inci.Nemo &c.quod amplia & limita vt ibi.

Inualidum.Inualida,ſeu nulla non ſunt in cõſideratione, & nihil operantur. in ſing.274.incip.Licet.

Inualida non ſunt in conſideratione,& nihil operantur,quod tamen fallit in tribus caſibus.in ſing.386.inci.Inualida,& in alio caſu poſito in ſing.431. inci. Dixi.

Ipſo iure.Priuatus ipſo iure,non debet expelli ſine citatione,& ſine cauſæ cognitione.in ſingu.195.incip.Nemo priuandus.

Irregularitas.Quo ad irregularitatem incurrendam ratihabitio non æquiparatur mandato.in ſing.184.incip.Ratihabitio.

Iudæi.Iudæorum priuilegia, ꝙ poſsint mutua e ſub vſuris etiam ſuper rebus alienis, & nõ teneantur illa pignora reſtituere veris dominis ſine pecunia, & vſuris.limitantur,& reſtringuntur non habere locum in iudæis ſcientibus talia pignora,& bona eſſe aliena,quia tunc ſi præſtant pecuniam ſuper talibus rebus, non gaudent priuilegio de quo ſupra, ſed tenentur illas reſtituere vero domino ſine pecunia.in ſing.13.inci.Volo tibi.

Iudęus non põt eſſe teſtis ꝯ Chriſtianum,nec ei põt deferri iurm̃ in litẽ,vel in ſupplementum probationis contra Chriſtianum.in ſing.14.incip.Iudæus.

Iudæus conuerſus ad fidem Chriſti, & baptizatus non poteſt eſſe teſtis cõtra Chriſtianum ſicut antea non poterat.in ſingul.107.incipien.Priuilegium. poſt med.& in ſingul. 273. incipien.Notiſsimum.

Iudex ex officio poteſt, & debet recipere probationes innocentiæ inquiſiti. in ſingula.59.incipiente,Innocentibus.

Iudex. Quando nihil conſtat iudici ipſe iudex non poteſt aliquid mandare reo.in ſing.83.inci.In ore vulgi.

Iudex vnius territorij mandat executioni ſnĩam iudicis alterius territorij literis mediantibus.quod limita & reſtringe,vt in ſing.138.inci.Iudex.

Iudex non debet eſſe clementior lege.in ſingula.182. incipiente,Iudex.

Iudex ex cauſa poteſt augere,vel minuere pęnam.in ſing.182.inci.Iudex.

Iudices debent habere manus puras,& nitidas.in ſing.190.inci. Iudices.

Iudici in forma teſtis non creditur de geſtis coram eo in cauſa,in qua iudicauit.in ſing.197.inci.Quo ad hoc.

Iudex extra territorium ſuum non habet aliquam iuriſdictionem,fallit tamẽ in caſu no.poſito in ſing.203.inci.Iudex extra.

Iudex ordinarius ſi proceſsit,vt delegatus, non valet eius ſententia. in ſingu. 262.incip. Quod potui &c.

Iudex debet iudicare ſecundum allegata,& probata.in ſing.226.inci.Iudex.

Iudex poteſt etiam moueri ad iudicandum ex aliqua confeſsione coram eo facta viua voce,& non ſcripta in actis.in ſingula.266. incip.Iudex.

Iudex ſi eſt datus de voluntate partium cum clauſula, appellatione remota attamen ſi fuit in dolo, vel in lata culpa,poterit a ſententia ſua appellari. in ſingu.289.incipiente,Dolus.

Iudex maleficiorum,qui habet plenas probationes delicti cõtra reum,& voluit etiam habere confeſsionem rei ex quo fecit reum torqueri,tunc ſi ipſe reus perſeuerat in tortura negando,debilitantur probationes, quæ erant contra reum, adeo ꝙ iudex amplius non poterit eum condemnare ex dictis probationibus,vt antea poterat.in ſingul.262. incipien. Quod potui.

Si iudici maleficiorum,vt priuato conſtat de maleficio,an poſsit illud punire. in ſing 266.inci.Iudex.

In poteſtate iudicis eſt non condemnare homicidam pœna mortis, ſed eum deportare,quando iracundia orta etiam aliter quàm ex facto offenſi ipſum homicidam impulit ad committen.homic.in ſing.270.inci.Homicida.

Iudex laicus de cauſis ſpiritualibus non poteſt cognoſcere, fallit tamen vbi ſummaria eſt cognitio.in ſing.70.inci.Iudex laicus.

Si coram iudice laico oppoſitæ ſint exceptiones,reſpicientes forum eccleſiaſticum,poteſt ipſe iudex laicus remittendo opponentem ad forum eccleſiaſticum ſtatuere ſibi terminum ad producendum coram eo capitula,quæ vult probare in curia eccleſiaſtica,& ſic vt videat an talia capitula releuẽt, & ſi non releuant poteſt ad vlteriora procedere.d.ſing.70.incip.Iudex.

Iudex,& iudex delegatus. Iudex delegatus ſi moriatur,tamen cauſa illa non reuertitur ad ordinarium loci,ſed delegatus habet ſe intromittere,& de illa cauſa diſponere.in ſingu.301.incipiente,Dixi tibi &c.

Iudex ſi reperit ſe deceptum in interpoſitione decreti, poteſt proprio motu e ſuo mero officio illud reuocare.in ſing.320.inci.Sæpe contingit.

Iudex ſi tenetur ad aliquid facien. ſub pęna,non cadit in pęnam ſi non fecit, quia non fuit interpellatus.in ſing.341.inc.Ille qui tenetur. ꝙ limita vt ibi.

In dubio præſumitur pro iudice,quod eſt verum, quando ſeruauit debitum iuris ordinem in procedendo,alias ſecus.in ſingu.354.incip.In dubio &c.

Iudex procedens extra ordinem dicitur procedere de facto.in ſing.354.inci. In dubio &c.

Iudex laicus poteſt cognoſcere de nullitate abſolutionis a iuramento factæ per iudicem eccleſiaſticum, nec tenetur ſtare dictæ abſolutioni.in ſingul. 367.inci.Nemo prudens &c.

Iudex laicus non tenetur exequi præceptum iudicis eccleſiaſtici ſi ſcit, vel ſuſpicatur de iniuſtitia.in ſing.367. incip.Nemo prudens &c.

Iudex cui commiſſa eſt cauſa ſecundum veritatem, & æquitatem non debet ferre ſententiam pro vtente præſidio vſucapionis,vel præſcriptionis.in ſingu.370.inci.Vſucapio &c.

Iudex ſi ſuſpicatur, ꝙ vna pars per calumniam petat terminum ad producendum teſtes de longinquis partibus vltra tempus ſtatuti datum ad definiendum cauſam,debet dare talem terminum comminatione,quod ſi non probauerit mulctabitur.in ſing.284.inci.Dixi tibi &c.

Iudex quando interponit authoritatem in contractu minoris, vel mulieris debet adhibere cauſæ cognitionem,& dicere in contractu, ꝙ reperit illũ contractum cedere in vtilitatem minoris,vel alterius,alias non valet.in ſingu.399.inci.Multi ſunt iudices &c.

Ille cui commiſſa eſt cauſa ſola facti veritate ſuſpecta, poteſt credere probationi perſuaſiuæ,& non concludenti neceſſaria.in ſingu.494.incipien.Probationes &c.

Iudicium Filiusfam.non poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris. in ſingul. 40.incip.Filiusfa.non poteſt.

Iudicium ſummarium. Acta facta in iudicio ſummario non nocent in plenario.in ſing.257.inci.Nemo audiendus.quod limita, vt ibi.

Iudicare.Iudicandi munus neceſſarium eſt,quod limita,vt in ſing.127. inci. Iudicandi.

Iuramentum. Quis non tenetur obſeruare iuramentum in quo promiſit ſtare in communione cum aliquo.in ſing.9.inci.Nemo cogitur.

Iuramentum non defertur in ſupplementum probationis in cauſis magnæ quantitatis, quod tamen fallit niſi ſit pluſquam ſemiplenè probatum. in ſing.27.inci.Iuramentum.

Iuramẽtum præſtitum a filiofamilias ſine conſenſu patris, an ipſum obliget. in ſing.40.incip.Filiusfa.non poteſt.

Iuramentum in litem, vel in ſupplementum probationis non poteſt deferri Iudęo contra Chriſtianum.in ſing.41.inci.Iudæus.

Iuramentum non defertur in ſupplementum probationis,quando ſemiplena probatio non probat verè,vel neceſſariò,ſed præſumptiuè,vel quando ipſa ſemiplena probatio eſt eliſa aliqua pręſumptione in contrarium.in ſing. 83.inci.In ore vulgi.

Iuramentum in ſupplementum probationis non tantum venit deferendum vbi eſt ſemiplenè probatum,ſed etiam vbicunque actor habet pro ſe tales teſtes, qui ſolum præſumptionem inducunt, vel aliquas coniecturas propter quas iudex inducatur ad ſuſpicandum,vel opinandum pro parte actoris.in ſing.83.inci.In ore &c.

Iuramentum fugientis tollit indicium, ſeu præſumptionem fugæ reſultãtem ex ipſa fuga contra ipſum fugientem.in ſing.115.inci.Fuga, in fi.

Iuramentum operatur, ꝙ poſsit probari contractus per teſtes, licet ſtatutum prohibeat probationem fieri per teſtes.in ſing.126.inci.In multis.

Iuramentum perpetuat actionem,& operatur, ꝙ ſi eſt oppoſitum in inſtrumento facit, ꝙ non currit præſumptio.in ſing.141.inci.Audiuiſti.

Iuramentum quod præſtatur in ingreſſu iudicij eſt magis iuramentum calumniæ,quàm iuramentum probationis.in ſingula.170.incipiente, Animaduertant.

Super iuramento iam præſtito,non poſſunt diſponere laici, ſed ſecus eſt ſuper iam præſtando.in ſingu.184.inci.Magna eſt.

Ad hoc vt perueniri poſsit ad deferendum iuramentum in ſupplementum probationis factæ per vnum teſtem, neceſſe eſt, ꝙ ille teſtis ſit integer, & omni exceptione maior.in ſing.83.inci.In ore vulgari.ante fi. & in ſingu. 197.inci.Quo ad hoc.

Pars in cuius fauorẽ depoſuit iudex,vel arbiter de geſtis corã eis poteſt iurare in ſupplemẽtum probationis,licet dictum ipſius iudicis, vel arbitri nõ probet.

probet.in ſingu.197.inci.Quo ad hoc, circa med.

Quilibet minimus defectus in teſte impedit, vt non poſsit parti deferri iuramentum in ſupplementum probationis.in ſingu. 197. incip. Quo ad hoc. poſt princ.

Si quis petit iuramentum deferri aduerſario caſu,quo iudex nolebat eum deferre, tamen ex quo pars voluntariè petijt tale iuramentum deferri nō poteſt poſtea reſcindere ſententiam ex nouis probationibus ſuperuenientib. in ſing.213.incip.Viam.

Iuramētum requiritur in teſte,& in omni alio, cuius dicto ſtandum eſt,alias non valet eorum dictum.in ſing.214.inci.Ad validitatem.

Quando committitur aliquid conſcientiæ alicuius ad hoc,vt eius ſentētia valeat,requiritur ꝙ ante eius ſententiam iuret,ꝙ ita dictat ſibi conſciētia ſua, alias non ſtatur ſententiæ ſuæ.in ſing.214.inci.Ad validitatem.

Iuramentum, an & quando, & in quibus reguletur ſecundum naturam contractus.in ſing.226.inci.Emphyteuta.

Iuramentum calumniæ eſt tantæ importantiæ,ꝙ ille,qui recuſat præſtare ipſum iuramentum perdit cauſam.in ſing.252.inci.Iuramentum.

Iuramentum in ſupplementum probationis,non poteſt deferri ſpurio,qui ſemiplenè probauit.in ſing.273.inci.Notiſsimum.

Iuramentum in ſupplementum probationis,non defertur fęneratori qui ſemiplenè probauit.in ſing.273.inci.Notiſsimum.

Iuramentum aſſertorium minoris poſitum in contractu, excludit ipſum a reſtitutione in integrum, nō autem a beneficio nullitatis allegando.in ſingu.299.inci.Aduertas.ſecus autem eſt in iuramento confirmatorio, vt ibi.

Iuramentum nō intelligitur prorogatum,prorogato compromiſſo, vbi erat appoſitum iuramentum niſi de nouo ſit iuratum.in ſingu.300.incipiente, Prorogatio.

Iuramentum in ſupplementum probationis,licet non deferatur,non præcedente ſemiplena probatione,tamen fallit in caſu noſtro poſito in ſin.322. inci.Iuramentum.

Iuramentum excludit exceptionem non numeratæ pecuniæ.in ſing.327.inc. Exceptio.

Iuramentum non validat contractum ſimulatum.in ſing.327.incipien.Exceptio.in fi.

Iuramentum habet executionem paratam.in ſing.356.inci.Iuramentum.

Ex iuſta cauſa poteſt,qui iurauit,venire cōtra iuramentum, & valet quod agitur.in ſing.359.inci.Iuramentum.

Vbi tractatur de iuramento,illa cauſa debet agitari coram iudice eccleſiaſtico,& non ſæculari.in ſing.367.inci.Nemo prudens.

Iudex ſæcularis poteſt cognoſcere de nullitate abſolutionis a iuramento facta a iudice eccleſiaſtico,nec tenetur ſtare dictæ abſolutioni. in ſing.366. inci. Nemo prudens &c.

Quando ex aliqua diſpoſitione debet ſtari dicto alicuius,non ſtatur ſine eius iuramento.in ſing.401.inci.Quantæ vtilitatis.

Iuramentum debet habere formalem expreſsionem, & ideo non ſufficit, ꝙ iurans referat ſe ad illud iuramentum,quod fecerit.in ſing.415.inc. Iurm.

Iuramentum an requirat tactum ſcripturarum.in ſing.415.inc.Iuramentum.

Quis poteſt propria authoritate venire contra iuramentum abſque abſolutione,quando periculum eſt in mora,& non poteſt haberi copia ſuperioris,a quo petatur abſolutio.in ſing.421.inci.Quando periculum.

Iuramentum iniuſtum,vel captioſum debet per epiſcopum relaxari.in ſingu. 450.inci.Simplicitati.

Iuramentum licet repręſentet quem maiorem,non tamen fingit eum prudentem,& ſagacem.in ſing.450.inci.Simplicitati.

Iuramentum in ſupplementum probationis nunquam defertur vbi præſumptio eſt contra probantem per vnum teſtem.in ſing.451.inci. Decreui.

Iuramentum in ſupplementum probationis non defertur etiam ſtante ſemiplena probatione,quando veriſimiliter debent poſſe inueniri plures teſtes illius rei.in ſing.461.inci.Regulariter.

Iuramento non creditur,niſi in defectum aliarum probationum.in ſing.461. inci.Regulariter.

Iuriſdictio.Exceptio proueniens ex defectu iuriſdictionis,poteſt quandocunque opponi.in ſing.10.inci. Tu ſcis.

Iuriſdictio delegati poteſt præueniri per ordinarium,dummodo literæ delegatorię non fuerint primo præſentate iudici delegato.in ſingu.296. incip. Alias practicaui.

Iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis, ſed delegata eſt extraordinaria, & reſtringenda.in ſing.296.inci.Alias practicaui.

Iuriſdictio eſt fundamentum fundamentorum iudicii.in ſing.10. inci. Tu ſcis.

Ius.Magna differentia eſt inter ius quæſitum,& ius quærendum.in ſing.194. incip.Magna eſt differentia.

Iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt.quod amplia, vt in ſing. 210. Iura.

Ius dicere.Sibi ius dicere quando liceat.in ſing.405.inci.Ius ſibi dicere.

Ius naturale.Statutum tollens exceptiones, non tollit exceptionem deſcendentem ſeu prouenientem a iure naturali.in ſingu.79.incip. Confirmatio.

Iuſtitia. Iuſtitia non debet eſſe venalis.in ſingula.197.incip.Iudices.

Dans pecuniam iudici non cauſa eum corrumpendi, ſed cauſa iuris ſui conſeruandi,poteſt ipſam repetere.in ſing.190.inci.Iudices.

De litera L.

LAicus.Laicus contra clericum non admittitur in teſtem in cauſa criminali,quod limita ad plenam probationem faciēdam,ſecus quo ad indicium ad torturam.in ſing.98.incip.Laicus.

Laicus contra clericum admittitur ad probandum famam.in ſingu. 98.incip.Laicus, in fi.

Laicus exiſtens in communione vel ſocietate clerici gaudet priuilegio clerici.in ſing.180.inci.Plura,& plura.

Laici non poſſunt diſponere ſuper iuramento præſtito,ſecus ſuper iuramento præſtando.in ſing.194.inci.Magna eſt differentia.

Laici licet non poſſunt diſponere ſuper iure quæſito eccleſiæ, tamen poſſunt diſponere ſuper iure quærendo ipſi eccleſiæ.in ſingu.194.incipiente, Magna &c.

Laudum.Ille,qui emologauit laudū,non poteſt poſtea venire contra ipſum, ꝙ tamen fallit in eccleſia.in ſing.161.incip.Emologatio.

Legatum in gaudimentum alicuius rei tranſit ad hæredes.in ſing. 414. incip. Teſtator.

Legatum factum alicui de aliqua re in gaudimentum tranſmittitur ad hæredes.in ſing.414.inci.Teſtator.

Legatum reuocatur,ſi teſtator voluntariè alienat rem legatam. in ſingu.136. incip.Longa.

Legatum reuocatur,ſi inter teſtatorem,& legatarium ſuperueniant inimicitię. in ſingu.136.inci.Longa.in fi.

Legatum ſi eſt factum monaſterio, nec apparet cui in dubio, intelligitur factum monaſterio monialium,& non monachorum.in ſingula.248. incip. Conditio.

Legatus non committit cauſam ſublato iuris ordine. in ſingul.295. incipien. Clauſula.

Legatus de latere non poteſt apponere clauſulam appellatione remota, niſi hoc habeat ex ſpeciali commiſsione.in ſing.295.inci. Clauſula.

Legatus de latere non poteſt committere cauſam cognoſcendam ſimpliciter & de plano.in ſing.295.inci. Clauſula.

Legitimatio.Filij naturales pluribus modis legitimantur. de quibus in ſing. 121.inci.Credo te ſcire.

Licet pater contrahat matrimonium cum matre filij naturalis,non legitimatur nepos quando tale matrimonium contraxit pater poſt mortem filii. in ſing.121.inci.Credo te ſcire.

Filius naturalis quoties poteſt legitimari per ſubſequens matrimonium, nunquam poteſt legitimari per reſcriptum principis.in ſingu.130.incipiente, Dixi tibi.

Filius naturalis non legitimatur per ſubſequens matrimonium, quando alij legitimi,& naturales adſunt, niſi tempore ſecuti matrimonij fiant inſtrumenta dotalia.in ſing.256.inci.In materia.

Statutum dicens, ꝙ ſtantibus filiis maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant, an habeat locum in filiis maſculis ſpuriis legitimatis.in ſing.303.incip. filiorum appellatione.in fi.

In ſupplicationibus, quæ fient pro aliqua perſona legitimanda debent exprimi omnes qualitates illegitimitatis, alias legitimatio tanquam ſubreptitia non ualet.in ſing.492.inci.In legitimatione.

Lex,quoties.C.de rei vendi.limitatur pluribus modis. de quibus in ſing.82. inci.Volo tibi dare.& an d.l.habeat locum in donatione, vide ibi in fi.

Lex,manifeſtæ turpitudinis.ff.de iureiur.quomodo intelligatur,& quomodo limitetur.in ſing.83.inci.In ore.

Lex ſi. ff.de iuriſd. omnium iudi. limitatur vt in ſingula. 124. incipiente,Vidiſtis &c.

Lex,ædem.C.loca.volens,ꝙ dominus rei locatæ poſsit rem locatam ad ſe aduocare propter ſuam neceſsitatem,an habeat locum in re data in emphyteuſim.in ſing.94.inci.Tu habes.

Lex,ſi quis in tantam.C.vnde vi.limitatur,vt in ſingula.167. incipiente,Violentus.

Lex,ad ſolutionem.C.de re iudi.nedum habet locum in principali,ſed etiam in procuratore.in ſing.186.inci. Tu ſcis.

Lex vel ſtatutum puniens facientem violentiam in veſtibus alicui, non habet locum,ſi talis violenta fiat in veſtibus dormientis.in ſingul. 188. incipien. Capitulum.

Lex,plerique.ff.de in ius voc.limitatur,niſi domus minetur ruinam.in ſingu. 186.incip.Audiuiſti.

De materia.l.ſi.ff.de rei vend.vide in ſing.242.incip.Tex.habes &c.

Lex,ait prætor.§.ſi debitore.ff.quæ in fraud.credi. limitatur aliquibus modis. de quibus in ſing.245.incip.Satis notum.

Lex.Quod non dixit lex,nec nos dicamus.in ſing.389.inci.Tu ſcis.

Lex ij.C.de iure emphy.limitatur vno modo.de quo in ſingul.409.incipien Tu ſcis.

Libellus.Ineptitudo libelli vitiat libellum, & de ipſa ineptitudine poteſt opponi,nedum vſque ad ſententiam,ſed etiam poſt ſententiam. in ſing. 119. incip.Ineptitudo.

Libellus generalis, & incertus non admittitur, ſi a parte opponatur, ſecus ſi non opponatur.in ſing.348.inci.Libellus &c.quod eſt verum in cauſis ciuilibus,ſecus autem in criminalibus,quia tunc etiam ſi pars non opponat, non admittitur.in ſing.348.incip. Libellus.

Quando requiritur libellus in aliqua cauſa,ſi actor vadit ad notarium,& dicat, ſcribas,quod ego peto a Titio centum ex tali cauſa, tunc quamuis notarius hoc ſcribat in actis, per hoc non videtur libellum in ſcriptis obtuliſſe.in ſing.364.inci.Libellus.

Liber rationum debet habere diem, & conſulem,alias non probat, quod eſt verum,vt probet pro ſcribente,ſed ſecus eſt contra ſcribentem, quia contra eum probat,licet non habeat diem,neque conſulem.in ſingu.426. inci. Liber rationum.

Liber mercatoris,an & quando faciat fidem pro ſe, vel contra ſe. in ſingula. 458.inci.Liber mercatoris.

Si ex forma ſtatuti,vel conſuetudinis debet ſtari libro mercatoris,tale ſtatutum vel conſuetudo debet intelligi accedente conſenſu iudicis, & ſi iudici videbit conſiderata qualitate mercatoris,& quantitate, & conditione cauſæ.in ſingu.458.incip.Liber.

Libera poteſtas.Si data eſt alicui libera poteſtas procedendi prout ſibi videbitur,intelligitur tamen iuris ordine ſeruato.in ſingu.328.

Liberatio.Fauorabiliores ſumus ad liberandum, quàm ad condemnandum. in ſing.90.inci.Fauorabiliores.& in ſing.151.inci.Semper.

Litera.Si ſcribo tibi literā in qua dico te eſſe debitorē meū, & tu lecta litera taces,& non ꝯdicis,probata eſt intentio mea.in ſing.344.inc.Taciturnitas.

Si ſcribo tibi literam in qua confiteor me eſſe debitorem tuum in mille, ſed antequam iſta litera tibi præſentetur ego moriar,hoc caſu talis litera non nocebit hæredibus meis.in ſing.373.incip.vt noſti.

Litis conteſtatio. Reus conteſtans litem per verba generalia dicẽdo, nego narrata prout narrantur, non cadit in pęnam negantis. in ſing. 242.

Locatio rei rumpitur ſuperueniente venditione dictæ rei. quod tamen fallit in vno caſu. in ſing. 321. inci. Credo te ſcire.

Locus non tutus excuſat citatum a comparendo in loco, vbi citatur. Item operatur, quod promittens ſoluere vbicunque, non poterit tamen conueniri in loco ſibi non tuto. in ſing. 161. inci. Exceptio.

De litera M.

MAgiſtratus. Minores magiſtratus non poſſunt imponere pęnam corporalem, nec bona confiſcare licet eis ſit datum arbitrium in criminalibus. in ſing. 397. incip. Arbitrium.

Maior pars. Quod maior pars facit, valet, quia omnes facere videntur, & ideo ſi cõmittitur aliquid poteſtati & antianis, quod facit poteſtas cum vno vel duobus antianis tãquam factum a maiori parte valet. in ſing. 376.. inci. Quod maior.

Mala fides alicuius probatur per ſola indicia. in ſingula. 34. incipiente, Mala fides.

Maleficium. Voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia. in ſing. 176. incip. Voluntas.

Malitia. Malitiis hominum eſt obuiãdum, nedum recta via, ſed etiam cum malitiis. in ſing. 177. inci. Malitiis.

Malus. Semel malus, ſemper præſumitur malus. in ſing. 217. inc. Ter vel quater. & in ſing. 74. inci. Tu habes.

Malus. Regula ſemel malus, habet locum econuerſo, vt ſemel bonus ſemper præſumatur bonus. in ſing. 393. inci. Regula.

Mandans, & mandatarius eadem pœna puniuntur in ſingu. 181. incip. Mandans. in prin.

Mandatum re integra finitur morte mandantis, quod tamen fallit in tribus caſibus poſitis in ſing. 44. inci. Mandatum &c.

Mandatum non finitur morte mandantis, quando mandans tenebatur de neceſsitate facere illud, quod mandauit mandatario. in ſing. 44. incip. Mandatum. in fi.

Mandatum de ſoluendo, poteſt reuocari re integra, quod tamen fallit niſi creditor acceptauerit pro debitore mandatarium, quia tunc etiam nulla facta ſolutione, non poteſt tale mandatum reuocari. in ſing. 56. incip. Si dedi.

Quando dubitatur de mandato admittitur agẽs cum cautione de rato, quod fallit niſi dominus pro quo quis vult agere, ſit intra ciuitatem, vel in loco propinquo, ita ꝙ faciliter poſsit haberi eius præſentia, & poſsit ipſe tollere dubitationem circa mandatum, nam tunc agens non admittitur, etiam cum cautione de rato. in ſing. 228. incipiente, Agens.

In mandato alicui facto intelligitur contineri connexum. in ſing. 251.

Fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi. in ſing. 265. incip. Fines mandati. quod amplia vt ibi.

Mandatum ad vendendum, emendum, compromittendum, vel ſimilia, nunquam præſumitur ex diuturnitate temporis, etiam ex curſu centum annorum. in ſing. 323. inci. Diuturnitas.

Exceptio mandati poteſt quandoque opponi, etiam poſt ſentẽtiam, quia reddit iudicium retro nullum. in ſing. 323. inci. Diuturnitas.

Mandatum ſuperioris factum alicui, vt aliquid faciat, intelligitur ſeruatis ſeruandis, & cauſa cognita. in ſing. 328. incip. Multi ſunt.

Maritus. Si maritus diu ſtetit, quod non petiit vſuras dotis mulieris, non poterit vlterius eas petere pro tempore pręterito. in ſing. 360.

Maſculinum genus concipit fęmininum. quod tamen limita, vt in ſingula. 20. incip. Maſculinum. & in ſing. 39. inci. Capias vnum.

In contractibus maſculinum non concipit fœmininum. in ſingul. 191. incip. Sæpius.

Mater non petens intra annum tutorem filiis ſuis, priuatur ſucceſsione eorum, quod tamen fallit in vno caſu poſito in ſingula. 302. incipiente, Mater non petens.

Matrimonium. In cauſa matrimoniali poſſunt produci teſtes etiam poſt didicita teſtificata, quod eſt verum ſi pars iurat illos teſtes, quos vult producere non ſubornaſſe, alias non poſſunt produci. in ſing. 128.

Vbicunque matrimonium eſt illicitum, non habet locum pactum de lucranda dote ſecundum ſtatutum. in ſing. 129. incip. Dum eſſem.

Filius præſens & tacens obligatur ex matrimonio contracto per parentes ſuos. quod tamen limita, niſi cauſa cognita conſtaret filium, vel filiam ob reuerentiam parentum, vel alterius ipſorum tacuiſſe. in ſing. 147. incip. Filius præſens.

Matrimonium perfectum, licet non poſsit etiam a Papa dirimi, tamen ſi vir duxit ſcienter vxorem non cognoſcibilem, licet non debeant ſeparari, ſi tamen epiſcopus videt eum ſuſpectum de incontinentia, poteſt prouidere, vt contrahat cum alia, & primam alimentet. in ſing. 165.

Validum eſt argumentum de matrimonio carnali, ad matrimonium ſpirituale. in ſingul. 215. inci. Validum.

Conditio reſolutiua matrimonij impedit, & annullat ipſum matrimonium. in ſing. 286. incip. Capias.

Matrimonium metu contractum eſt nullum, & non valet. quod eſt verũ quando metus eſt talis, qui caderet in conſtantem virum. in ſing. 347. inci. Matrimonium.

Matrimonium carnale non inualidatur propter metum reuerentialem partis, quod ſecus eſt in matrimonio ſpirituali, quia illud inualidatur propter metum reuerentialem patris, vel parentum. in ſing. 347. incipiente, Matrimonium.

Cauſa criminalis, & cauſa matrimonialis, in qua agitur de matrimonio diſſoluendo æquiparantur. in ſing. 437. inci. In cauſis.

Mendacium facit indicium ad torturam. in ſing. 103. incip. Varietas.

Meretrix. Acceſſus ad publicas meretrices non nuptas eſt impunibilis, quod limita niſi ſint carceratæ. in ſing. 150. inci. Acceſſus &c.

Licet meretrix maritata non poſsit pro debito carcerari, tamen fallit niſi maritus ſuus ſit leno, quoniam tunc poterit. in ſingu. 279. incip. Dixi.

Miniſtralis. Si miniſtralis literarum ignarus facit ſibi ſcribere denunciam a notario, qui illam facit falſam, non debet puniri miniſtralis, ſed ille notarius, qui illam facit. in ſing. 391. inc. Pęna.

Si miniſtralis ſub pœna debet probare contenta in ſua denuncia, ſi probauit per teſtes, qui fuerunt reprobati ex aliqua cauſa non debet condemnari. in ſing. 444. incip. Statutum eſt in ciuitate.

Minor qui ratione ætatis non debet examinari examinatus facit indicium. in ſingu. 198. inci. Teſtis qui non debet.

Minor ſi confeſſus ſit delictum de quo aliter non conſtabat, niſi per ſuã confeſsionem, debet reſtitui aduerſus dictam ſuam confeſsionem, quia ex ea eſt læſus. in ſing. 445. incip. Minor.

Minor habens curatorem licet non poſsit in vita alienare res immobiles ſine authoritate curatoris, & ſine decreto iudicis, tamen in teſtamento poteſt dare licentiam executoribus ſuis alienandi res immobiles, ſine curatore, & ſine decreto iudicis. in ſing. 465. incip. Aliqua ſunt &c.

Statutum an compręhendat minores, ſicut maiores. vide in ſingu. 481. incip. Communis opinio.

Statutum exorbitans a regulis iuris communis, licet generaliter loquatur, non tamen compræhendit minores. in ſingula. 481. incipiente, Communis opinio.

Modicum. Modica non ſunt in conſideratione. quod tamen limita, vt in ſing. 276. inci. Parum.

Monialis. Statutum excludens filias fœminas extantibus filiis maſculis, an habeat locum in filiabus monialibus. in ſingu. 303. incip. Filiorum appellatione. ante fi.

Si filia propter metum reuerentialem patris efficiatur monacha, talis ingreſſus religionis non valet, ſed vitiatur. in ſing. 347. inci. Matrimonium.

Monitus, & monitio. Monitus, ſeu condemnatus ad aliquid facien. ſi illud nõ fecit propter caſum ſibi ſuperuenientem ſine eius culpa excuſatur. in ſing. 263. inci. Monitus.

Vbi ad perdendum aliquod priuilegium clericale iura requirunt trinam monitionem fiendam ipſis clericis non rite viuentibus, oportet ꝙ illa monitio appręhendat clericos, & non ſufficit generalis monitio, ꝙ omnes ſe abſtineant. in ſing. 259. inci. Generalis monitio.

Mora. Quando periculum eſt in mora, multa tolerantur, quæ alias non tollerarentur. in ſingu. 241. incip. Quando periculum.

Mora poteſt purgari de æquitate iuris canonici etiam vbi eſt dies, & pœna cum iuramento. in ſing. 461. incip. Rigore iuris.

Quando datum eſt pignus cum pacto, ꝙ ſi non eſt ſolutum debitum tali tempore pignus ſit creditoris adueniente tempore, & non ſit ſolutum, admittitur moræ purgatio. in ſing. 468. inc. Sciunt communiter.

Mortuus. Titius mortuus non dicitur amplius Titius. in ſingũ. 373. incipiente, Vt noſti.

Motus proprius principis operatur magis, quàm conceſsio, vel actus ad poſtulationem partis. in ſing. 14. inci. Ad hoc.

Mulier. Mulierum conditio in pluribus caſib. eſt melior, & fauorabilior conditione virorum. in ſing. 248.

Mulier non poteſt carcerari pro debito. quod limita, vt in ſing. 248.

Mulier recuſans redire cum viro ſuo poteſt perſonaliter cogi. in ſing. 248. incip. Conditio.

Mulier non poteſt cogi perſonaliter comparere in illis caſibus, in quib. quis poteſt cogi in iudicio perſonaliter comparere. in ſing. 248.

Mulier inuenta cum armis, etiam ſi non inueniat fideiuſſorem, non debet duci ad palatium, ſed debet relaxari iuratoriæ cautioni. in ſing. 248. incipien. Conditio.

Mulier præfertur in dote aliis creditoribus. quod limita vt in ſing. 324. inci. Mulier.

Mulier ſi fuit percuſſa a viro, quia nolebat conſentire contractui fiendo per virum, ſi poſtea ex interuallo conſentiat, non valet, quod agitur, quia præſumitur durare idem metus donec durat dictum matrimonium. in ſingul. 325. inci. Dixi tibi.

Mulier, quæ habet virum cui fuerunt omnia bona confiſcata, poteſt propria authoritate ponere manus ad res ſuas, ne occupentur per fiſcum. in ſingu. 405. incip. Ius ſibi dicere.

Mulier ſi per traditionem pecuniæ inducitur ad committendum adulteriũ, tunc inuita reputatur commiſiſſe illud, & ille, qui dedit ſibi pecuniam punitur pęna ſtatuti, quo imponitur pęna adulteranti mulierem inuitam. in ſing. 253. incip. Datio pecuniæ.

Mutilati membris, vel corpore vitiati non poſſunt eſſe teſtes contra clericos in cauſa criminali. in ſingu. 379. incip. Clericorum priuilegia.

De litera N.

NAufragium. In cauſa naufragij, teſtes poſſunt examinari parte non citata. in ſing. 24. incip. Clarum eſt in iure.

Negans narrata, prout narrantur generaliter, ſi conuincatur, non punitur de mendacio. in ſingu. 242. incipiente, Tex. habes.

Negligentia in pluribus eſt damnoſa, vt in ſing. 360. inci. Scribitur &c.

Nepos, & neptis. Neptis ex filio maſculo dicitur ex linea maſculina ipſi auo: & ideo ſi quis accipit emphyteuſim pro ſe, & hæredibus ſuis deſcendentibus per virilem ſexum, compręhenditur neptis fœmina ex filio maſculo, licet non compręhendatur filius maſculus ex filia fœmina. in ſing. 33. inc. Neptis ex filio.

Nepos ex filio eſt in poteſtate aui, & non patris viuente auo. in ſing. 120. inci. Nepos ex filio.

Nepos ex filio naturali non legitimatur per ſubſequens matrimonium, contractum inter auum & auiam poſt mortem ipſius filij naturalis. in ſingul. 121. incip. Credo te ſcire.

Nepotes ex filio regulariter veniunt appellatione filiorum, quod fallit in aliquibus caſibus. in ſing. 302. incip. Filiorum appellatione.

Notarius poteſt apponere in inſtrumento clauſulas conſuetas, licet non ſit ſibi dictum a partibus. quod limita, vt in ſing. 123. incip. In iure.

Notarius conficiens inſtrumentum vſurarium,punitur,vt in ſingu.181.

Notarius banchi publici,vbi redditur ius,non poteſt eſſe ſpurius,& ſi eſt,nõ valet proceſſus,ſed omnia corruunt.in ſing.273.

Notarius.Non creditur notario,niſi de his,quæ coram eo fiunt.in ſingu.462. inci.Notario.

Notarius ſi hodie conficit inſtrumentum mutui,& aſſerit ꝙ heri in ſua præſentia fuit numerata pecunia,nihil probat de numeratione.in ſing.462.incipien.Notario.

Notarius ſi aliquid ſcripſit in protocollo, & poſtea illud cancellauit, & in margine ſcripſit,hoc fuit cancellatum de volũtate partium,nec de tali cancellatione ibi appoſuit teſtes,tunc non creditur notario,& talis cancellatio non valet.in ſing.466.inci. Quoniam multi.

Notarius nunquam debet ſcribere,vel ordinare teſtamentum alicuius, & poſtea ipſum legere teſtatori, ſed debet permittere, ꝙ teſtator illud ordinet ore proprio,& poſtea ipſum legere coram teſtatore,& teſtibus, alias non valet.in ſing.499.inci.Teſtamento.

Notario.Licet tranſactio ſit facta animo nouandi, & ex ea pignus datum ſit, ſi tamen tranſactio non ſeruatur, pignus non reſtituitur, ſed pro obligatione nouata retinetur.in ſing.145.incip.Frangenti.

Nouum.Quæ de nouo emergunt,nouo indigent auxilio,quod amplia, vt in ſing.142.inci.Cautum. & in ſingu.233.

Teſtes de nouo reperti admittuntur etiam poſt concluſum in cauſa.in ſing. 297.inci.Teſtes.

Nullitas operatur, ꝙ dicenti ſententiam nullam ex probabili ratione interim non currit ſibi tempus appellandi.in ſingu.152. incipiente, Succumbens.

Nuncius portans literas homicidij ſcienter punitur pœna homicidij. in ſingula.1.

De litera O.

OBlatio ad hoc vt valeat,& operetur vires oblationis,debet fieri cũ denariis in manibus, & non ſufficit ꝙ verbaliter fiat, quod tamen fallit in pacto de retrouendẽdo,in quo ſufficit etiam oblatio verbalis in ſingu.479.incip. Oblatio.

Obligatio fideiuſſoria tranſit ad hęredes, quod fallit in fideiuſſore dato pro maleficio.in ſingula.159.incipiente,Obligatio.quod tamen limita, & intellige,vt ibi.

Obligatio ſine cauſa probat ſemiplenè.in ſing.249.inci.Obligatio.

Obligatio.Qui promittit ſe obligare ad decem, poteſt ſtatim ad decem conueniri abſque alia obligatione,vt euitetur circuitus.in ſing.469.incip.Dixi profecto.

Obligatio ſine cauſa,licet non valeat, tamen quando eſt facta ex certa ſcientia valet.in ſingu.482. incip.Nedum docti.

Obſcurum. Semper in obſcuris debemus inclinare in mitiorem partẽ. quod tamen limita pluribus modis,vt in ſingu.218.inci.Regula.

Occidens aggreſſorem ſe defendendo non tenetur de occiſo. in ſingul. 106. incip. Occidens.

Licet occidens aggreſſorem ſe non defendendo,ſed aliter, puniatur, & non excuſetur,tamen mitius punitur:& ideo ſi percuſſus inſequatur vulnerantem,qui fugiebat,& eum occidat,nõ tenetur,vt homicida,quia eſt potius in culpa,quàm in dolo.in ſing.100.incip.Occidens.

Occidens iudicem,qui eum torſit ſine indiciis non punitur pœna mortis. in ſing.455.inci.Difficillimum.

Occidere.Sicut mihi licet occidere inſultantem me cum armis, ita mihi licet occidere inſultantem amicum meum magna amicitia coniunctum cum armis.in ſing.351.incip.Amicitia.

Occultans ſcienter debitorem alienum, non tamen tenetur ad ſoluẽdum debitum creditori.in ſing.43.inci.Debitor.

Officialis qui de proximo remotus eſt ab officio, an gaudeat beneficio officialis.in ſingu.179.incip.Viget communiter.

Officialis prohibitus a ſtatuto aliquem bannire,vel abſoluere,poteſt pronunciare illum banniendum,vel abſoluendum.in ſing.200.

Officialis ſi inuenit aliquem cum armis contra proclama,& eum non apprę hendit, tamen facit ſcribi in actis qualiter talem tali loco, & tempore inuenit cum armis,vigore talis ſcripturæ ille poterit puniri, licet non fuerit captus.in ſing.365.inci.Dubitarunt.

Officium iudicis. Imploratio officij iudicis non videtur prohibita ſtante ſtatuto,quod contra laudum, vel contra ſententiam nõ poſsit opponi aliqua exceptio.in ſingul.88.inci.Stante ſtatuto.in prin.

Prohibitus excipere non prohibetur officium iudicis implorare.in ſing.277. incip.Licet.

Omne nimium vertitur in vitium.in ſing.385. incipien. Dicit quoddam prouerbium.

Ordo. Sicut omiſsio ordinis iudiciarij reddit proceſſum nullum in ordinariis iudiciis,ita omiſsio qualiſqualis ordinis in extraordinariis iudiciis,vitiat ipſum iudicium.in ſing.256.incip.Eadem ratio.

Ordo.Vbi non eſt ordo deficit ſubſtantia. in ſingula.342. incipiente, Quando teſtis.

Præſumitur pro iudice quando ſeruauit debitum iuris ordinem, alias ſecus. in ſingula.354.incip.In dubio.

Cognoſcere iuris ordine non ſeruato,eſt ius alterius auferre.in ſing.364. incip.In dubio.

Iudex procedens extra ordinem,dicitur procedere de facto in ſingula. 354. incip.In dubio.

De litera P.

PActum.Licet ex pacto nudo non oriatur actio,ſi tamen pro illo aliquid petatur,non debet denegari iuſtitia,quia procedit ſecundũ præcepta iuriſgentium.in ſing.148.inci.Graue.

Pactum de futura ſucceſsione reciprocum, ſeu viciſsitudinarium valet.in ſing.333.inci.Pactum.

Ex pacto nudo non oritur actio, quod amplia, vt in ſingu. 264. incipiente, Ex pacto nudo.

Papa.Præſumẽdum eſt regulariter pro facto Papæ,quia ipſe ſemper præſumitur moueri ex iuſta cauſa.quod limita in ſing.8.incip.Præſumendum.

Papa de plenitudine poteſtatis poteſt ratificare ſententiam latam a iuriſdictione carente.in ſing.10.incip. Tu ſcis.

Papa in his,in quibus habet liberam adminiſtrationem,vtputa in beneficialibus,poteſt auferre ius tertij,& tertio præiudicare, etiam ſine clauſula,nõ obſtante,ſecus in aliis.in ſing.25.inci.Papa.

Papa non poteſt procedere parte nõ citata, niſi hoc faciat de plenitudine poteſtatis.in ſingu.75. incip.Citatio.

Papa non poteſt diſpenſare, ꝙ teſtis in ferendo teſtimoniũ in iudicio nõ debeat iurare.in ſing.214.incip.Ad validitatem.

Papa an ſine iuſta cauſa poſsit diſpenſare circa ius poſitiuum.in ſing.230.inc. Antiqua.

Papa ſi ſemel reſeruauit ſibi collationem alicuius beneficij, non redit poteſtas conferendi illud ad ordinarium, quouſque prouiſio illius beneficij virtute reſeruationis non habuit effectum. in ſingula. 301. incipiente, Dixi tibi.

Collatio Papæ de beneficio præfertur collationi ordinarij cæteris paribus. in ſing.316.incip.Hora.

Creditur dicto aſſertioni Papæ in ſing.44.inci. Princeps.

Papa ſi confert alicui beneficium eccleſiaſticum cum clauſula,non obſtante collatione alteri facta,intelligitur de collatione inualida, nõ autem de valida.in ſing.483.inci.Beneficia principum.

Paries.Cuilibet licet parietem ſuum altiare vſque ad cęlum. quod limita tribus modis,vt in ſing.154.inci. Cuilibet.

Partus eſt pars viſcerum matris,& qualis eſt mater,talis erit partus. in ſingu. 426.inci.Partus.quod eſt verum in fauorabilibus, ſed ſecus eſt in odioſis. vt ibi.

Parum, & nihil æquiparantur. quod amplia vt in ſingula. 276. incipiente, Parum.

Pater poteſt exhæredare filium nedum propter aliquam cauſam de contẽtis in §.aliud quoque capitulum. vt in Auth. cum de app. cognoſci.ſed etiam ſi committat maiorem cauſam illis, licet non numeretur in d.§.aliud quoque capitulum.in ſing.78. inci.Plures.

Pater poteſt vendere filium propter neceſsitatem famis,quod tamen fallit in filio presbytero,quem pater non poteſt vendere propter famem.in ſingu. 101.inci.Pater.

Pater tenetur alere filium,etiam ſi ſibi aſsignauit alimenta,& filius illa ludendo diſsipauit.in ſing.104.inci.Pater tenetur.

Pater poteſt filium tradere monaſterio inuito auo,ſub cuius poteſtate ipſe pater,& filius ſunt.in ſing.120.inci.Nepos ex filio.

Pater non tenetur de iniuria facta per filium naturalem tantum inimico ſuo, cum quo fecit pacem, licet promiſerit pro omnibus filiis ſuis, quod eum non offenderit.in ſing.239.incip.Dixi.

Pater,& filius cenſentur vna,& eadem perſona.quod amplia,vt in ſing. 160. incip.Pater.

Pater ſi reliquit filiæ mille,ſi nupſerit,& 600.ſi religionẽ intrauerit, ſi intrat religionem,tamen debet habere mille.in ſingu.215.incip.Validum.

Pater ſi in teſtamento ſuo expreſsè prohibuiſſet hæredibus ſuis,vt non deberent dare alimenta filio ſuo baſtardo,tamen tali prohibitione non obſtante,hæredes tenebuntur ſibi dare alimenta.in ſingu.358.inci.Pater.

Pater contrahens cum filio, intelligitur præſtare conſenſum filio ad faciendum illum contractum abſque eo,quod hoc aliter exprimat.. in ſing.447. inci.Faciens contractum.

Pater,& filius cenſentur vna,& eadem perſona.in ſing.448.incip.Habens poteſtatem. in fi.

Pater habens legitimam adminiſtrationẽ bonorum filij minoris, poteſt alienare bona ipſius filij minoris ſine decreto.in ſingu.498.incipiente, Bona minorum.

Patientia cum taciturnitate inducit conſenſum.in ſing.77.inci. Patientia.

Patientia inducit mandatum,& ei æquiparatur.in ſing.77.incipien.Patientia. poſt med.

Patientia.Licet patientia cum taciturnitate inducat conſenſum, hoc tamẽ fallit vbi requiritur ſcriptura, quia in illis patientia, cum taciturnitate non inducit conſenſum.in ſing.330.inci.Si ſis bene maior.

Pauperes Chriſti. In pauperibus Chriſti nõ habet locum diſpoſitio.l.quoties. C.de rei vendi.in ſing.82.inci.Volo tibi.

Paupertas. Ille,qui dat cauſam paupertati ſuæ nõ iuuatur propter ipſam paupertatem.in ſing. 104.inci. Pater.

Pax.Mandatum factum per vulneratum ad faciendum pacem, nõ finitur morte mandantis,etiam re integra.in ſing.44.inci.Mandatum.

Pax facta de vulnere,an intelligatur facta de morte,ſequuta morte.in ſing.46. Quidam fuit.

Pax.Faciens pacem cum aliquo, ſi illum non offendit,ſed offendit eius cõſanguineum,dicitur rupiſſe pacem.in ſing.331.inci Pacem faciens.

Si duo fecerunt pacem, & promiſerunt ſub pęna ſe non offendere, tunc primus offendens alium,incidit in pęnam,& alius poſtea poteſt ipſum impunè offendere, etiam ſi in inſtrumento pacis ſit clauſula,rato manente pacto.in ſing.337.inci.Sequutis homicidiis.

Si facio pacem Titio,& ſociis ſuis,vel adhærentib. an cenſeatur rupta,ſi vnus ſociorum, vel adhærentium offendatur antequam ipſam pacem ratificet. in ſing.337.inci.Secutis homicidiis.

An quilibet teneatur inſolidum de pace rupta,ſi omnes ſe obligarunt inſolidum.in ſing.337.inci.Secutis homicidiis.

An inferens metum dicatur rumpere pacem.in ſingu.337.incipiente,Secutis homicidiis.

Si ſtatutum imponit pœnam non habenti pacem ab offenſo, non habet locum vbi non eſt offenſus a quo pax haberi poſsit. in ſing.339.inc.Cui non conueniunt.

An pax facta bannito,vel treuga,ei ſit ſeruanda,& eam rumpens, an incidat in pœnam

reguletur talis recurſus.in ſing.88.incipien.Stante ſtatuto.
Intra quantum tempus poſsit,qui grauatur habere recurſum ad ſuperiorem. vide in ſing.88.inci. Stante ſtatuto.
Quando ſtatutum prohibet appellationem, vel recurſum, tunc intelligitur ſublatus omnis modus,& omnis regreſſus contra ſententiam. in ſing.289.
Recuſare.Princeps non poteſt committere cauſam recuſatione remota.in ſingu.292.inci.Nihil.
Recuſatio iudicis videtur de iure naturali.in ſingu.292.inci.Nihil.
Licet valeat commiſsio principis facta alicui iudice notoriè ſuſpecto etiam ex certa ſcientia,tamen intelligitur reſeruatum parti ius recuſationis.in ſingu.292.incip. Nihil.
Quando princeps commiſit cauſam iudici notoriè ſuſpecto cum clauſula,nō obſtante exceptione recuſationis, tunc intelligitur ſublata recuſatio, quia videtur vti plenitudine poteſtatis.in ſing.292.
Reductio ad arbitrium boni viri non poteſt peti, ſed intelligitur eſſe ſublata ſtante ſtatuto, ꝙ contra laudum non poſsit opponi aliqua exceptio.in ſingula.62.inci.Reductio.
Relatio.Pręſcriptio interrumpitur per citationem,ſi apparet de ea per relationem nuncii apud acta.in ſing.346.incip.Præſcriptio.
Relatiuum.Vnum relatiuum præſupponit aliud. in ſingula.308. incipiente, Dicunt.
Remiſsio canonis fit nedum propter ſterilitatem, ſed etiam quando fructus percepti ſine culpa coloni, ſed vitio territorii vbi ſunt nati corrupti ſunt. in ſing.85.incip.Tu ſcis.
Remittere.Remittens partem debiti,vt conſequatur reliquum, poteſt petere illud,quod remiſit per condictionem ob turpem cauſam.in ſingu.432.inc. Sæpe contingit.
Remotus de proximo ab officio,an gaudeat beneficio officialis. in ſing.179. incip.Viget communiter.
Renunciatio.Renuncians omnibus exceptionibus,non intelligitur renunciare,& excludere exceptionem,quæ habet ortum ex facto aduerſarii.in ſing. 96.inci.Renuncians.
Renunciatio. Non ſolum quis poteſt renunciare fauori ſuo in damnum ſuū, ſed etiam in damnum alterius,& ideo ſtante ſtatuto, ꝙ extantibus maſculis filia fęmina non ſuccedat,tunc ſi extat filius,& fęmina,poterit filius maſculus renunciare illi ſtatuto,& filiam ſecum admittere,& ſic poterit præiudicare creditoribus ſuis.in ſingul.361.incip.Extat iuris regula.
Res inter alios acta tertio præiudicat, attamen ſententia inter alios lata cōtra tertium operatur qualequale præiudicium, quod qualequale præiudiciū æquipollet ſemiplenę probationi habili ad deferendum iuramentū in ſupplementum probationis.in ſingu.276.incip. Parum.
Res inter alios acta tertio non præiudicat.quod limita,vt in ſingu.435.incip. Res inter alios acta.
Res tranſit cum onere ſuo ad quemcunque vadat.in ſingula.334. incipiente, Pendet nunc.
Reſcriptum non operatur vires ſuas antequam fuerit præſentatum.in ſingul. 301.incipien.Dixi tibi.circa ſi.
Reſeruatio operatur effectum conſeruatiuum actus perinde,ac ſi ſuo tempore factus eſſet,quo ad omnia.in ſing.198.incip.Teſtis.
Reſeruatio exceptionum operatur,quod ſi poſtea pateat de veritate ipſarum omnia retro facta ſunt nulla.in ſingu.198.incip.Teſtis.
Reſeruatio beneficii facta per Papam ſibi de collatione illius, non redit poteſtas conferendi ad ordinarium quouſque prouiſio illius virtute dictæ reſeruationis,non habuerit effectum.in ſingul.301.incip.Dixi tibi &c.
Reſtitutio in integrum retinet naturam primæ cauſæ.in ſingul. 301.incipien. Reſtitutio in integrum.
Reſtitutio in integrum eſt concedenda minori,qui confeſſus eſt delictum de quo aliter non conſtabat niſi per ſuam confeſsionem. in ſingula.445.inci. Minor læſus.
Reus criminis, an poſsit diffinitiuè condemnari ad mortem, vel ad membri mutilationem,ſi non vult confiteri delictum, ſtantibus probationibus de ipſo maleficio contra eum.in ſingula.108.incip.Alias.
Reus. Licet vbi tractatur de pęna corporali imponenda,debeat reus ſtare detentus,nec ſit relaxandus fideiuſſoribus,attamen poteſt relaxari ante ſententiam,quando apparet ipſum reum fore abſoluendum, ꝙ apparet publicato proceſſu.in ſing.381. incip. Licet.
Rixa.Incęptor rixæ punitur de delictis ſequutis,quando non conſtat,qui cōmiſerint illa delicta.in ſing.403.incip.Superioribus annis.

De litera S.

SAcerdos ſpoliatus corpore mortuo iam ſepulto ante omnia non eſt reſtituendus.in ſingul.199.incip.In iure expreſſum eſt.
Sanguis interfectorum ſemper clamat ad Deum. in ſingula.270.incip. Homicida.
Scriptura.An conſenſu partium fieri poſsit, ꝙ adhibeatur fides priuatæ ſcripturæ alicuius non ſolemniter confectæ. in ſingula. 69. incipiente, Tu ſcis.
Si officialis inuenit aliquem cum armis,& eum non appręhendit,ſi tamen eū facit ſcribi in actis notarii,qualiter tali tempore eum inuenit cum armis, talis ſcriptura ſine captura operabitur,vt talis inuentus cum armis, & non captus poterit puniri.in ſing.395.incip. Dubitarunt.
Si Titius ſcribit apodiſſam obligationis Sæij de mandato ipſius Sæij, an ſtetur dicto Titij,ꝙ de mandato Sæij illud ſcripſit.in ſing.471.
Scriptura Titii facta de mandato Sęii obligat ipſum Sęium, ac ſi ipſe illam ſcripſiſſet manu ſua propria.in ſingul.471.incip.Sæpe contingit.
Scripturæ debent produci parte præſente, vel citata,alias non probant. in ſing.81.incip. Aduertas &c.& debet peti dari copia parti cum termino ad opponendum,vt ibi.
Sententia lata contra vnum nunquam præiudicat alteri etiam caſu, quo ſententia contra vnum lata pręiudicet alteri,ſi lata fuerit in contumaciam partis ſe non defendentis,quia tunc præſumptio iuris eſt, ꝙ talis ſententia ſit lata propter contumaciam,non autem propter ius.in ſing.4.
Sententia ferri poteſt,& valet ſine porrectione libelli, & ſine litis conteſtatione,quando in reſcripto eſt poſita clauſula,ſummariè,& de plano.in ſingu. 102.incip.Clauſula.
Sententia iudicis vnius territorij mittitur exequutioni per iudicem alterius territorii mediantibus literis in ſingu.138.incipiente, Iudex. quod limita, vt ibi.
Sententia non dicitur venalis, nec poteſt iudex puniri de barattaria, ſi data eſt pecunia iudici poſt ſententiam. in ſingula. 190. incipiente, Iudices. poſt prin.
Sententia condemnatoria,differt a ſententia,qua pronunciatur quem condēnandum.in ſing.200.inci.Differt.
Sententia dicens,pronunciamus talem condemnandum, nō condemnat,niſi adiiciat,& ideo iubemus,vt ſoluat.in ſing.200.inci.Differt.
Si lata eſt ſententia contra aliquem,in qua dicitur ipſum commiſiſſe crimen dignum priuatione,propter hoc ille nō eſt priuatus, niſi hoc exprimatur. in ſingu. 200.incipien.Differt.
Sententia validata per reſcriptum principis,nunquam nocet tertio. in ſingu. 216.inci.Vbi agitur.
Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non retractatur prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum.quod limita,vt in ſing.229.
Sententia inter alios lata contra tertium,operatur qualequale præiudicium, quod præiudicium æquipollet ſemiplenę probationi habili ad deferendū iuramentum in ſupplementum probationis.in ſing.275.inci.Parum.
Sententia lata ex conſilio ſapientis,nunquam trāſit in rem iudicatam. in ſing. 427.incip.Plures ſunt.
Quando apparet notoriè ſententiam eſſe iniuſtam, debet reuocari, non obſtante,ꝙ ab ea non fuerit appellatum.in ſingul.473.incip.Memini.
Sententia continens manifeſtam iniquitatem,eſt ipſo iure nulla..in ſing.473. inci.Memini.
Sententia licet non valeat ſine probationib.hoc fallit niſi ſit data poteſtas iudici iudicandi de facto,ſola facti veritate inſpecta, quia tunc valet ſine aliqua probatione,&c.in ſing.486.incip.Communiter ſcitur.
Si lata fuit ſnīa contra falſum procuratorem, & dn̄s non appellauit, non tamen dominus per hoc videtur approbare ſnīam, & ideo poterit vſque ad mille annos dicere de nullitate.in ſingu.487.inci.Nota,& vulgaris.
Seruitus.Actio perſonalis differt a ſeruitute.in ſingul.334.incip. Pendet nunc de facto.
Simplicitas.Succurrendum eſt ſimplicitati.in ſingu.450.inci. Simplicitati.
Syndicus.Conſtitutio ſyndici legitima non probatur, licet in inſtrumento dicatur,tales monachi conſtituerunt ſyndicum,quia per illa verba non probatur,quòd fuerit conſtitutus ab omnibus,vel a maiori parte.in ſing.171. inci.Audiuiſti.
Societas,ſeu communio operatur, quod inhabilis gaudet beneficio habiliū. quod amplia,vt in ſing.180.
Socius.Si duo ſocii, vel duo fratres habent fundum communem pro indiuiſo,& vnus ipſorum qui eſt rixoſus,nō vult partem ſuam ſeminare, nec colere,ſed vult ꝙ ſtet inculta,ſi alter ſocius, vel frater facit totam colere, & ſeminare,non tenebitur alteri reſpōdere de fructibus, etiam pro parte dominica in ſing.369.inci.Mille hominum ſpecies.
Si ſocius communis domus non reficit partem expenſæ factæ in reparatione ipſius domus ſocio,qui fecit expenſam intra quatuor menſes, tota domus acquiritur ſocio, qui refecit. in ſingula. 369. incipiente, Mille hominum ſpecies.
Socius tenetur de culpa,& de negligentia, adeo ꝙ ſi ſocius præpoſitus ſocietati fuit in negligentia exigendi debitoris ſocietatis, dum erant ſoluendo, ſi efficiantur non ſoluendo, aſsignabuntur ipſi ſocio negligenti tempore diuiſionis ſocietatis in eius partem.in ſingu.281.inci.Socius.
Socius criminis. Dictum ſocij criminis non facit indicium regulariter contra ſocium criminis.in ſingu.209.inci.Socius.
Socius criminis in quibus caſibus poteſt interrogare de conſociis.vide in ſingu.209.incip.Socius.
Socius criminis,in quibus caſibus poteſt interrogari de conſociis,tale dictum ſocii non facit indicium ad torturam contra ipſum ſocium,niſi contra eū alia ſint indicia.in ſing.209.inci.Socius.
Socius criminis ſi dixit,ꝙ Sæius fuit eius ſocius ad committendum delictum, poſtea condemnatus ad mortem, dum eſt ſuper furca exculpat dictum Sæium,an talis exculpatio tollat indicium iam exiſtens cōtra eum ex dicto dicti ſocij criminis.in ſing.382.incipien.Aliqui ſunt caſus.
Ad hoc vt credatur ſocio criminis,etiam in criminibus exceptis vltra alia adminicula,& coniecturas,requiritur,ꝙ vel ex numero teſtium, vel ex qualitate deponentium,vel ex perſona eorum,contra quos deponitur,veriſimile ſit eos non mentiri.in ſing.369.inci.Veriſimilitudo.
Solemnitas.Quando actus poteſt fieri ſine certa ſolemnitate, ſi illa ſolemnitas interueniat minus legitimè non vitiatur actus.in ſingula.285.incipien. Multi.in ſi.
Solitum.Argumentum a ſolitis eſt validum in iure.in ſingu.339.incip. Argumentum.
In contractibus,& in aliis diſpoſitionibus attenditur,quod fieri ſolet.in ſing. 485.incip.In contractibus.
Spiritualis cauſa.Cauſæ ſpirituales non poſſunt cognoſci a iudice laico,quod fallit vbi eſſet ſummaria cognitio.in ſing.70.inci.Iudex.
Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.quod limita,vt in ſingu.199. incipien. In iure.
Sponſa.Stante ſtatuto,ꝙ muliere decedente in matrimonio ſine liberis,vir lucretur certam partem dotis, non habet locum in ſponſa per verba de præſenti.in ſing.106.inci.Qui de proximo.
Sponſalia de futuro efficiuntur de præſenti,ſi ſequatur copula carnalis.in ſingu.500.inci.Sponſalia.
Sponſalia per verba de futuro,ita efficiuntur de præſenti per copulam carnalem præcedentem,ſicut per copulam carnalem ſubſequentem.in ſing.500. incip.Sponſalia.

Spontaneus actus. Spontanea ſolutio purgat vitium violentiæ adhibitum tempore promiſsionis. quod tamen limita, vt in ſing. 89. inci. Solutio.

Spurius cenſetur infamis, quod procedit etiam ſi legitimetur. in ſin. 273. incip. Notiſsimum. in 1. col.

Non poteſt deferri iuramentum ſpurio in ſupplementum probationis, quando ipſe ſemiplenè probauit. in ſing. 273. inci. Notiſsimum.

Spurius legitimatus aſsimilatur homini medicato a morbo, cui remanſit aliqua cicatrix. in ſing. 283. inci. Notiſsimum.

Spurius bonæ conditionis, & famæ, habetur pro legitimo, quo ad probationem. in ſing. 173. inci. Notiſsimum.

Spuriusreligioſus habetur pro legitimo. in ſing. 273.

Spurius nobilis magnæ conditionis, & excellentiæ, habetur pro non ſpurio. in ſingu. 175. inci. Notiſsimum.

Spurius non poteſt eſſe notarius ad banchum publicum iuris, & ſi fuit omnia per eum ſcripta corruunt. in ſing. 275. inci. Notiſsimum. in vlt. col.

Spurius Statutum excludens filias fęminas extantibus filiis maſculis, an habeat locum extantibus filijs maſculis ſpuriis, ſed legitimatis. in ſingu. 303. incip. Filiorum appellatione.

Spurius non poteſt præſcribere, niſi ſpatio longiſsimi temporis. in ſing. 478. inci. Spurius.

Statutum. Statuta laicorum in præiudicium clericorum non valent. in ſingu. 29. inci. Statuta laicorum.

Stante ſtatuto, quod ſolutio debiti non poſsit probari per teſtes, clericus non ligabitur hoc ſtatuto, etiam ſi cauſa tractetur in curia ſæculari. in ſing. 29. incip. Statuta.

Statutum arctans mulierem decedentem ſine liberis ad relinquendum certã partem dotis fratribus ſuis, an ſi non habet fratres teneatur vigore dicti ſtatuti relinquere illam partem ſororibus. in ſing. 39.

Stante ſtatuto, quod contra laudum non poſsit opponi aliqua exceptio, intelligitur ſublata reductio ad arbitrium boni viri. in ſing. 72.

Si ex forma ſtatuti vicinus, ſeu coniunctus nõ poteſt vendere rem, niſi primo interpellat vicinum, vel cõiunctum, ſi facta eſt venditio ſine interpellatione prædicta, intra quantum tp̃s põt ipſe coniunctus, vel vicinus offerre precium emptori, & petere dictam rem. in ſing. 64. inci. In multis.

Si ſtatutum vult quod rapiens mulierem puniatur pęna mortis, non punietur ille, qui cepit mulierem, & eam per vim carnaliter cognouit, non adducendo eam de dolo ad locum. in ſing. 65. inci. Statuto cauetur.

Statutum puniens offendentem aliquem in via publica, vel ſtrata, non habet locum in offendente aliquem in flumine publico. in ſing. 68.

Statuta dicuntur eſſe confirmata a ſuperiore, ſi ipſe ſuperior iurat illa ſtatuta ſeruare. in ſing. 71. inci. Iuramentum.

Stante ſtatuto, quod de damno dato ſtetur ſacramento damnum paſsi, nõ ſtabitur ſacramento illius, qui alias iurauit falſum. in ſingu. 74. incip. Tu habes regulam.

Statutum tollens omnes exceptiones, nõ tollit exceptiones cauſatas, ſeu prouenientes a iure naturali. in ſing. 79. inci. Confirmatio.

Statutum prohibens portare frumentum extra ciuitatem ſub pęna, non habet locum in portante pro vſu ſuo. in ſing. 86. inci. Statutum fit. & ſtatur iuramento ſuo, an portauerit pro victu ſuo. vt ibi.

Statutum volens, ꝙ muliere decedente in matrimonio ſine filiis vir lucretur certam partem dotis, non habet locum in ſponſa per verba de præſenti. in ſing. 106. inci. Qui de proximo. in prin.

Statutum dans præmium occidenti bannitum, compræhendit etiam occidentem bannitum extra territorium ſtatuentis. in ſingula. 124. incipiente, Vidiſti.

Si ſtatutum prohibet probationem fieri, niſi per inſtrumentum, & non per teſtes, non habet locum vbi appoſitum eſt iuramentum. in ſing. 126.

Statutum vel pactum de lucranda dote non habet locum, quando matrimonium eſt illicitum. in ſing. 129. inci. Dum eſſem.

Stante ſtatuto, ꝙ inſtrumentum debiti guarentigiati habeat executionem paratam, inſtrumentum confeſsionis debiti, non habebit executionem paratam. in ſing. 135. inci. Quæro.

Stante ſtatuto, quod accuſatio damni dati probetur per iuramentum, non ſufficit tempore productæ accuſationis iurare cauſam eſſe veram, & non calumnio am, ſed debet iterum iurare poſt litem conteſt. in ſing. 170.

Si ex forma ſtatuti affines fecerunt compromiſſum, ꝙ eſt expiratum, an iterum poſsint cogi ad compromittendum. in ſing. 172.

Statuti verba debent intelligi cum effectu. in ſing. 172. inci. Habeo.

Statutum pęnale ex cauſa, poteſt moderari a iudice. in ſing. 182.

Si ſtatutũ requirit aliquid probari per teſtes optimæ opinionis, ad hoc vt inducatur probatio per illos teſtes, debet articulari, & probari de optima opinione ipſorum. in ſing. 187. inc. Qualitas. circa med. Et idem ẽt in ſtatuto puniente abducentem mulierem honeſtam bonæ conditionis vitæ, & famæ, quia iſtæ qualitates ſunt probandæ, vt ibi: alias ſi non probarentur abducens non debet condemnari pœna ſtatuti, etiam ſi ipſe confiteatur ſe abduxiſſe talem mulierem de qua ſtatutum loquitur, vt ibi.

Licet ſtatutum permittat occidere bannitum impunè, tamen non licet fratri impunè occidere fratrem bannitum. in ſing. 210. inci. Iura.

Statutum puniens cognoſcentem mulierem nuptam, habet locum in cognoſcente monialem. in ſing. 215. inci. Validum.

Statutum volens quod bona filiorum, & vxoris poſsint capi pro debito fallentiæ patris, vel mariti valet. in ſing. 225. incip. Filius non tenetur. & ibi allegatur ratio.

Si ſtatutum permittit occidere animalia aliena reperta dare damnum in fundo proprio, ſi quis reperierit aliquod animal in fundo ſuo, & volens illud occidere animal aufugit extra fundum, poterit tunc illud extra fundũ proprium occidere. in ſing. 221. inci. In delictis.

Vltimum ſtatutum tollit primum. quod tamen limita, vt in ſingul. 231. incip. Iuſta.

Statutum volens, quod villa teneatur ad emendationẽ damni, non compræhendit villam, in qua non ſint quinque homines, qui ſint patresfamilias. in ſing. 232. inci. Capias.

Si ſtatutum dicit, quod quis puniatur tanq̃ falſarius non debebit puniri pœna legis Cornel. de falſis, ſed alia pœna arbitraria. in ſing. 236.

Si ſtatutum punit leuantes rumorem, & vnus percuſsit inimicum ſuum, ex quo incidenter ſequutus fuit rumor, hoc caſu talis non debet puniri pœna ſtatuti, quia ille principaliter non intendebat offendere rem publicam, nec leuare rumorem. in ſing. 247. inci. Principale.

Stante ſtatuto, ꝙ nullus audiatur ꝯ inſtrm̃. Item ꝙ nullus magnas ingrediatur palatium, non habebit locum in muliere volente vti beneficio Velleiani contra inſtrumentum. in ſing. 248. incip. Conditio.

Stante ſtatuto, ꝙ filij bannitorum expellantur de ciuitate, tamen non expellentur filiæ fœminæ. in ſing. 248. incip. Conditio.

Statutum arctans cõitatem ad emendationem damni dati alicui, non arctat eum, quando damnum paſſus eſt forenſis in ſing. 253. inci. Forenſes.

Stante ſtatuto, ꝙ contractus minorum non ualeant, niſi fiant in præſentia, & cum conſenſu conſanguineorum, ſi conſtituatur aliquis procurator per minorem, puta ad vendendum nomine ipſius minoris, certè ille procurator dum contraheret, debuit obſeruare eandem ſolemnitatem, quam ſeruare deberet ille minor principalis, ſi ipſe contraheret. in ſingu. 255. incipiente, Subrogatus.

Stante ſtatuto, ꝙ muliere decedente in matrimonio ſine filiis, vir lucretur dimidiam partem dotis, tali caſu ſi pater mariti ſuſtinet onera matrimonij faciendo expenſas filio, & vxori ſuæ, & decedat ipſa vxor filij ſine filiis, tale lucrum dimidiæ dotis acquiretur patri, & non marito. in ſingu. 264. incip. Eum ſequuntur commoda.

Si ex forma legis, vel ſtatuti debet ſtari indiciis, quantum ad plenam probationem, tunc eſt neceſſe, ꝙ tale indicium probetur per duos teſtes. in ſing. 269. inci. Alias tibi dixi.

Statutum puniens facientem aliquid doloſè, vel temerariè, non comprælendit hominem ſimplicem contraueniẽtẽ ſine dolo, vel præſumptione. in ſing. 287. inci. Tetigi tibi.

Si ſtatutum prohibet appellationem, vel recurſum, tunc intelligitur ſublatus omnis modus, & omnis regreſſus contra ſententiam. in ſingul. 389. incip. Dolus.

Statutum tollens omnes exceptiones, nunquam tollit exceptiones prouenientes ex alio ſtatuto. in ſing. 393. incip. Statutum.

Si ſtatuto cauetur, ꝙ ptãs teneatur ſeruare certam formam in banniendo aliquem delinquentem, alio ſtatuto cauetur, ꝙ ſi ptãs ceperit bannitum intra triduũ, faciat illum decapitari nulla exceptione obſtante, tunc ſi ptãs cepit bannitum non poterit facere illum decapitari ſi non fuit ſeruata forma primi ſtatuti in banniendo eum. in ſing. 193. inci. Statutum.

Vnum ſtatutum ſuppletur, & limitatur per aliud ſtatutum. in ſing. 293. incip. Statutum.

Si ſtatutum dat præmium occidenti, compræhendit etiam occidentem bannitum extra territorium ſtatuentis. in ſing. 294. inci. Odia.

Vbi pro delicto per ſtatutum imponitur aliqua pęna ſpecialis, tale ſtatutum non extenditur ad delictum commiſſum per ſubditum extra territorium. in ſing. 294. inci. Odia.

Statutum remouens appellationem in executionib. ſniãrum, & inſtr̃orum, nõ includit tertios comparẽtes cum ſuo intereſſe, ſed ſolum nominatos in ſententiis, vel inſtrumentis. in ſing. 295. inci. Clauſula.

Stante ſtatuto, ꝙ extantibus filiis maſculis, filiæ fęminæ non ſuccedãt, tale ſtatutum etiam habet locum ſi extãt nepotes ex filiis. in ſing. 303. inci. Filiorum. circa med.

Stante ſtatuto, ꝙ extantibus filiis, filiæ fœminæ non ſuccedant, an tale ſtatutum habeat locum in filiabus monialibus. in ſingula. 303. incipiente, Filiorum. ante ſi.

Stante ſtatuto, ꝙ ſi quis per vim rapuerit filium non ſuum capite puniatur, tunc ſi quis rapuerit filium carentem patre, & ſic non alienum, nõ incidit in pęnam. in ſing. 308. inci. Dicunt Doctores.

Si extat ſtatutum in loco, ꝙ extantibus agnatis fęminæ non ſuccedant, tunc inſtitutio filiorum facta a patre intelligitur ſecundũ mentem ſtatuti videlicet, de maſculis tantum, non ſi ſit facta ab extraneo. in ſing. 317. inci. Filiorum appellatione.

Statutum volens, ꝙ de damno dato ſtetur ſacramento damnum paſsi, intelligitur, ꝙ ſtetur ſacramento damnum paſsi, quo ad æſtimationem damni, non autem quo ad damnum, & ideo paſſus damnum debebit primo probare damnum eſſe datum. in ſing. 338. incip. Extant ſtatuta.

Stante ſtatuto, ꝙ de damno dato ſtetur ſacramento damnum paſsi, tamen nõ ſtabitur ſacramento damnum paſsi, ſi alius quam ille, qui dedit damnum tenetur illud emendare, vt puta ſi villa, vel alius tenetur emendare damnũ. in ſing. 338. incip. Extant ſtatuta.

Si ſtatutum dicit, ꝙ turbans aliquem in poſſeſsione ſua, puniatur pęna centum, & ablata reſtituat, tunc ſi aliquis turbat aliquem in poſſeſsione ſua, & nihil auferat, non incurrit pęnam dicti ſtatuti. in ſingu. 339. incip. Cui non conueniunt.

Si ſtatutum dicit, ꝙ banniti rebanniantur per quoſdam ſapientes, tunc licet bannum non ſit cancellatum, tamen tales banniti nõ poterunt impunè occidi, quia tunc bannum propter tale ſtatutum redditur inefficax. in ſingu. 340. inci. Caute agant. vltra med.

Statutum continens id, quod commune ius, debet aliquid operari vltra ius commune. in ſing. 341. inci. Ille, qui tenetur. ad ſi.

Si ſtatutum dicit, ꝙ de damno dato ſtetur ſacramento damnum paſsi, vel ſacramento ſaltuarij, hoc tamen debet intelligi, niſi contrarium probetur. in ſing. 357. inci. Extant ſtatuta. quod tamen limita vt ibi.

Si extat ſtatutum, ꝙ extantibus filiis maſculis, filia fęmina nõ ſuccedat, ſi extat filius, & filia, poterit filius maſculus renunciare tali ſtatuto, & ſecum admittere filiam, & ſic præiudicare creditoribus ſuis. in ſing. 361. inc. Extat iuris regula.

Statutum volens, ꝙ pater teneatur pro delicto filii, non hẽt locum in delicto facto a pupillo, ætate 14. an. & infra in ſing. 362. inci. Statutum.

Statutum volens, ꝙ pater teneatur pro delicto filii ad pęnam pecuniariam, valet & tenet. in ſing. 362. inci. Statutum volens.

Statutum ꝙ conſors teneatur pro delicto conſortis,valet,& tenet . in ſingul. 362.inci. Statutum.

Statutum permittens bannitum poſſe impunè occidi,non compræhẽdit bannitum per contumaciam, ſed ſolum bannitum ex veris probationibus delicti.in ſing.372.inci.Capias vnum.

Statutum quod diſponit,ꝙ a ſententia lata ſuper exequutione inſtrumẽti guarentigiati contra debitorem non poſsit appellari, tale ſtatutum extendit, vt verſa vice,ſi pronuncietur contra actorem petentem exequutionem inſtrumenti prædicti,& ſic in fauorem rei,puta inſtrumentum non eſſe exequendum,non poterit ſimiliter ipſe actor appellare. in ſing.389.incipien. Tu ſcis.

Statutum ſi punit portantem rem prohibitam,an tunc requiratur appræhenſio perſonæ.in ſing.395.inci. Dubitarunt.

Statutum generaliter loquens de inſtrumentis,non compræhendit inſtrumenta dotalia.in ſing.442.incip.Vulgata iuris regula.

Stante ſtatuto,ꝙ mulier non poſsit contrahere ſine conſenſu propinquorum, & contingat ꝙ mulier vendat aliqua bona vni ex propinquis cum conſenſu alterius propinqui,valebit contractus,& dicetur ſatisfactũ ſtatuto,quia propinquus contrahendo cum ipſa muliere,intelligitur conſentire illi contractui.in ſing.447.inci.Faciens aliquem contractum.

Statutum laicorum non ligat clericos,quod intellige verum in præiudicialibus ipſis clericis,ſed ſecus eſt in eius fauorabilibus . in ſing.453.incipien. Odia.

Statutum laicorum indifferens laicis & clericis,prodeſt etiam clericis.in ſingu.453.inci.Odia.

Non eſt abſurdum,ꝙ clerici gaudeant beneficio ſtatutorum populi.in ſingu. 453.incip.Odia.

Statutum diſponens,ꝙ omni ſcripturæ mercatoris credatur non valet , quia daret materiam delinquendi.in ſing.458.inci. Liber.

Stante ſtatuto,ꝙ libris mercatorum adhibeatur plena fides pro ſcribẽte , debet intelligi,& limitari niſi mercator eſſet alias infamis , vel ſuſpectæ vitæ. in ſing.458.inci. Liber.

Statutum ꝙ inter affines fiat compromiſſum,non habet locum,vbi alter affinium petit aliquid ab altero vigore inſtrumenti iurati.in ſingu.467.inci. Viget ſtatutum.

Statutum prædictum non habet locum,quando res eſt liquida , nec quando pars habet aliquam exceptionem impedientem litis ingreſſum. Item non habet locum contra illum, qui habet inſtrumentum habẽs exequutionem paratam.Item non habet locum vbi eſt quæſtio de articulo meri iuris. Itẽ non habet locum in cauſis criminalibus.Item nec in quæſtione tutelæ.Item nec in cauſa appellationis . Item prædictum ſtatutum non arctat clericos. in d.ſing.467.

Statutum aſtringens affines ad compromiſſum,an habeat locum quando aliqui ſunt legitimi,aliqui non,& an habeat locum in minoribus.in ſing.467. incip.Viget.vltra med.

Stante ſtatuto,ꝙ de litibus inter affines fiat compromiſſum , ſi vnus ipſorum dicit rem eſſe liquidam,alius dicit contrarium,an ſuper ꝙ hoc ſit liquida, vel non fiet compromiſſum.in ſing.467.inci.vltra med.

Licet extet ſtatutum in ciuitate,ꝙ inter affines fiat compromiſſum,tamen nõ debebit fieri,niſi hoc petatur ab altero affinium..in ſing.467.inci.Viget ſtatutum.poſt med.

Stante ſtatuto,ꝙ inter affines fiat compromiſſum, tale ſtatutum eſt fauorabile.in ſing.467.incip.Viget.ante ſi.

Statutum ſi cogit affines ad compromittendum,tunc ſi vnus ipſorum affiniũ cedit iura ſua alteri,etiã ille ceſsionarius tenebitur facere compromiſſum, ſicut tenebatur ipſe cedens.in ſing.467.incip.ante ſi.

Quãdo ſtatutum cogit affines ad compromiſſum,an hoc poſsit peti poſt concluſum in cauſa.in ſingul.467.incip.Viget &c.in ſi.

Statutum,an compræhendat minores ſicut maiores.in ſing.481.inci.Communis opinio.

Statutum diſponens , ꝙ filia dotata non ſuccedat , non habet locum in illa , quæ remanet infans,& ideo fratres volentes eam dotare,non excludent eã a ſucceſsione.in ſing.481.inci.Communis opinio.

Statutum exorbitans a regulis iuris communis,licet generaliter loquatur,nõ tamen compræhendit minores. in ſingula. 481. incipiente, Communis opinio.

Sterilitas.Propter ſterilitatem ſit remiſsio canonis, & ſi augetur introitus rei locatæ,non tamen augetur penſio.in ſing.134.inci. Tu ſcis.

Stylus curiæ debet attendi . quod amplia , vt in ſingula. 118.incipiente , Stylus.

Stultus . Stulti non debent eſſe melioris conditionis, quam ſint ſapientes , & ideo licitum eſt occidere ſtultum irruentem contra aliquem cum armis , ſicut liceret occidere prudentem , ſic irruentem . in ſingula.375.incipien. Stulti .

Stuprum quod dicatur.vide in ſing.65.inci.Statuto cauetur.

Subrogatus debet ſapere naturam illius,in cuius locum ſubrogatur. in ſingu. 255.inci. Subrogatus .

Subſtitutio. In ſubſtituto caſu,quo maſculus non naſcatur, poteſt haberi iſta conditio pro impleta , etiam ante partum ſi ex vehementi coniectura fœtus fœmineus ſit in vtero. in ſing.205.inci. Vehemens.

Succeſsio.Agnati tranſuerſales vltra decimum gradum, non admittuntur ad ſucceſsionem,quod tamen fallit in ſucceſsione illuſtrium perſonarum,puta Comitum,& Baronum.in ſing.422.inci. Agnati.

Superior iurans ſeruare ſtatuta,dicitur illa confirmare. in ſing.71.incip.Iuramentum.

Supplicans debet ſpecificè omnia narrare,& exponere principi,alias reſcriptum non valet . quod amplia , vt in ſingula. 111. incipiente, Supplicans .

Suſpicio.Idem operatur ſuſpicio,quod operatur ipſa res. in ſingu.497.incip. Sæpiſsime.

De litera T.

TAbellio.Ille,qui alias fuit tabellio ſi ſit depoſitus ab officio tabellionatus,& faciat inſtrumenta, non debet puniri pęna mortis , quia iuuatur primordio veritatis,ſecus in illo,qui nunquam fuit tabellio.in ſing.35.inci.Ille,qui nunquam . & in ſingul. 179.incipiente, Viget communiter.

Tacitum.Taciti,& expreſsi idem eſt iudicium.in ſing.387.inci. Taciti.

Taciturnitas eſt magni effectus.de quo in ſing. 344.

Taciturnitas inducit probationem.in ſingu.344.incip.Taciturnitas.

Tanquam,dictio,eſt nota im proprietatis.in ſing.236.inci. Dictio.

Temporis curſu crimen oboletur . in ſingula. 454 incipiente , Curſus temporis.

Tempus. Ea,quæ fiunt poſt decem dies a tempore prolatæ ſententiæ, & ante interpoſitionem appellationis per iudicem ſeu exequutorem valent,& tenent,nec poſſunt reuocari per viam attentati,vel nullitatis, ſed bene poſſunt reuocari per viam iniuſtitiæ docto,& cognito de hoc in cauſa appellationis.in ſing.77.inci. Licet.

Quinquennium dicitur multum tempus.in ſingu.284.incip. Tolle.

Tempus.Curſus temporis eſt magni effectus,vt in ſingu.454.incipien. Curſus temporis .

Tempus legis, vel ſtatuti indeterminatum appoſitum alicui actui fiendo per aliquem priuatum , licet ſit collatum in arbitrio facere debentis , attamen poſtquam eſt ſibi oppoſitum , ꝙ illud non fecit eſt ſibi præcluſa via ad illud faciendum,adeo ꝙ vlterius non poterit illud facere.in ſing.489.incip. Quando à lege,vel a ſtatuto.

Terminus.Lapſus termini præcludit viam contumaci. in ſingu.283.incipien. Lapſus.

Lapſus termini dati ad probandum,non præcludit viam probãdi,niſi per iudicem fuerit interlocutum terminum fore lapſum , & per conſequens eum amplius audire non debere.in ſingu.283.inci.Lapſus.

Lapſus termini dati iudici ad expediendum cauſam,non præcludit viam ipſi iudici, ꝙ non poſsit ipſam cauſam cognoſcere , & expedire poſt dictum terminum.in ſing.283.inci.Lapſus.

Terminus præfixus ab homine iuriſdictioni iudicis , vel inſtantiæ cauſæ, non ſolum habet vim peremptorij ad probandum, ſed etiam habet vim termini peremptorij ad audiendam ſententiã.in ſin.428.inci.Materia citationis.

Territorium.Licet iuriſdictio iudicis non extendatur extra territorium,tamẽ iſtud fallit in fauorabilibus.in ſing.194.inci.Odia.

Si ſtatutum dat præmium occidenti bannitum,comprehendit etiam occidentem bannitum extra territorium ſtatuentis.in ſing 294.inci. Odia.

Vbi per ſtatutum imponitur aliqua pęna ſpecialis pro delicto, non extenditur ad delictum commiſſum per ſubditum extra territorium ſtatuentis. in ſing.294.inci.Odia.

Tertius.Ad hoc vt tertius comparens in iudicio merito ſit audiendus, tanquã ſua interſit , ſufficit quòd de iure ſuo doceat apparenter,licet excipiatur , vel replicetur de nullitate ipſius iuris ſui . in ſingu.274 incip. Licet regulariter .

Exceptio de iure tertij,non poteſt opponi ab eo,qui poſsidet rem,quam tamen reſtituturus eſt volens hoc prætextu denegare reſtitutionẽ. in ſin.280. inci. Licet quis.

Clauſula,appellatione remota, non extenditur ad tertium , ſed ſolum ad partes nominatas in reſcripto.in ſing.285 incip.Clauſula.

Statutum remouens appellationem in executorib. inſtrorum,& ſententiarũ, non includit tertios comparentes pro ſuo intereſſe,ſed ſolum nominatos in ſententiis,vel inſtrumentis.in ſing.295.incip. Clauſula.

Teſtamentum.In teſtamẽto inter liberos,ſubintelligitur ſemper clauſula, omni meliori modo.in ſingula.36.incip.Clauſula.

Ad probandum teſtm̃ requiruntur ſeptem teſtes, tamen ſi ipſa ſcriptura teſtamenti facta coram ſeptem teſtibus, ſit deperdita , ſufficit probare cauſam amiſsionis,& continentiam ipſius per duos teſtes, & tunc erit probatum ipſum teſtamentum.in ſing.156.

Teſtamentum.Teſtamenta debent eſſe libera,& non metu facta,alias non valent.in ſingul.499.incipien.Teſtamenta.

Teſtamentum non debet ordinari,nec componi a notario,vel ab affinib. teſtatoris,& poſtea legi teſtatori,ſed debet ipſe teſtator ipſum facere, & hæredes,& legatarios ore proprio nominare , alias non valet teſtamentum . in ſing.449.incip. Teſtamenta.

Teſtator . Teſtatoris diſpoſitio facta in vno caſu , extenditur ad alium caſum ex tacita,& veriſimili mente teſtatoris.in ſin.499.inci.Licet diſpoſitio &c. quod limita tamen vt ibi.

Teſtes familiares repelluntur a teſtimonio regulariter , quod tamen fallit in duobus caſibus.in ſing.5.inci.Regula eſt.

Teſtis deponens de credulitate , non probat , etiam ſi dicat ſe pro certo credere, niſi adiiciat rationem credulitatis . quod tamen limita , vt in ſingula.19. incipiente , Tu ſcis clarum . de quo etiam in ſingula. 183 . incipien. Diffuſe .

Teſtes examinati parte non citata,regulariter non probant. fallit in pluribus caſibus poſitis in ſing. 24.inci.Clarum eſt in iure.

Iudæus non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum , nec ei poteſt deferri iuramentum in litem, vel in ſupplementum probationis contra Chriſtianum. in ſing.41.

In ore duorum,vel trium ſtat omne verbum,quod fallit quandoque,quoniã etiam dictum vnius multum operatur.in ſing.47.inci. In ore.

Teſtes domeſtici,& minus idonei probant innocentiam.in ſing.59.

Dictum duorum teſtium præfertur cæteris paribus dicto vnius, quod tamen fallit in caſu nota.poſito in ſing.61.inci. Dictum.

Quomodo intelligatur illa regula, quod vbi teſtes idonei haberi nõ poſſunt, admittuntur inhabiles,vt veritas habeatur.in ſing.73.inci.Plures.

Teſtis in parte verus,& in parte falſus,in totum reputatur falſus.quod limita, vt in ſing.76.inci.Communis concluſio.

Si teſtis negat illud,& dicit falſum ſuper eo, quod ſi confeſſus eſſet eum non repelleret,

repelleret,valet eius dictum.in ſing.76.incip.Communis concluſio.

Teſtis licet ſit inhabilis,tamen probat ſi eſt rogatus à partibus.in ſing.92.inc. Licet teſtis.

Teſtis inhabilis poteſt conſenſu partium validari,ſeu habilitari.in ſing.92.incip.Licet teſtis.

Quando partes conſentiunt in teſtem,non poſſunt aliquid contra eum opponere,quod eſt verum quando conſentiunt in perſonam,& dicto teſtis, ſecus ſi conſentiunt in perſonã tantum, quia tunc poſſunt opponere dicto. in ſing.92.inc.Licet teſtis.

Teſtis laicus contra clericum,non admittitur in criminalibus, quod intellige ad plenam probationem facien.ſecus ad faciendum indicium ad torturam in ſing.98.inc.Laicus.

Teſtis varius non probat, imo vigore ſuæ atteſtationis iudex nullo modo poteſt procedere ad ſententiam ferendam pro ea parte, pro qua ipſe primo teſtificatus eſt.in ſing.103.inci.Varietas.

Teſtis varius poteſt torqueri.in ſing.103.inci.Varietas.

Teſtis infamis infamia facti,an admittatur in teſtem.in ſing.109.

Vnus teſtis tantum non probat,quod tamen fallit, quando quis deponit contra illum, qui eum corrupit pecunia. in ſingula. 112. incipiente. In ore duorum.

Teſtis dictum trahitur ad diem iuramenti , quod etiam amplia procedere in productione inſtrumentorum.in ſing.113.inci.Dictum teſtis.

Teſtes ſingulares, non probant, & tantum probant mille teſtes ſingulares , quantum vnus in ſing.114.inci. Vulgatum. fallit tamen in vno caſu poſito in ſing.19.inc.Quo ad hoc.poſt med.

Si teſtes ſingulares ſunt ita nobiles, quod iudicem adducant ad indubitatã fidem,iudex non debet curare de illa ſingularitate,ſed ſecundum eoſdem iudicare.in ſingu.114.incip.Vulgatum. Etiam ſi teſtes probant ſecundum verba eorum,ſi tamen iudici videatur illis non eſſe credendum aliqua de cauſa poteſt illis teſtibus non credere, debet tamen cauſam exprimere in actis,ne teneatur poſtea in ſyndicatu.in ſing.114. incipien. Vulgatum.circa fin.

Teſtis,qui repellitur propter affinitatem,debet eſſe affinis per lineam aſcendentem,vel deſcendentem,nec ſufficit,quod ſit affinis per lineam tranſuerſalem,& idem in affine volente admitti ſine mandato ad agendum.in ſing. 133.inc.Affinitas.

Teſtis,qui vltro ſe offert ad teſtificandum contra aliquem,non probat,tãquã ſuſpectus,quod limita non procedere,vbi agitur de peccato euitando. in ſing.140.incip.Teſtis.

Quinque teſtes ſubrogantur loco inſtrumenti publici.in ſing.157.

In teſtibus indefinita,non æquipollet vniuerſali.in ſing.171.

Teſtis inimicus repellitur à teſtimonio,quod amplia nedum in inimico publico,ſed etiam in eo,apud quem eſt cauſa inimicitiæ contra illum,cõtra quẽ producitur,licèt ille cõtra quem producitur neſciat illam cauſam. in ſing. 178.Inimicus &c.& in ſing.273.inc.Notiſſimum.

Licet teſtis dicat non habere inimicitiam,vel odium aliquod cum illo,contra quem teſtificatur,attamen repellitur,& ei nõ creditur ſi ſubeſt cauſa inimicitiæ.in ſing.178.inc.Inimicus.

Licet teſtis de credulitate non probet,attamen ſi tale dictum eſt iunctum cũ ratione,vel præſumptione inferente ita credi debere,dictum talis teſtis probat.ſing.183.inci.Diffuſè ſatis.

Si dictum teſtis deponentis per verbum iudicio ſuo,eſt iunctum cum ratione,vel præſumptione inferente ita credi debere,probat.in ſing.183.

Teſtis,qui facit ſemiplenam probationem ad hoc vt poſſit deferri iuramentum in ſupplementum probationis, debet eſſe integer, & omni exceptione maior,alias non poteſt deferri iuramentum in ſupplementum probationis.in ſing.197.inc.Ad hoc.in prin.quod limita vt ibi.

Quilibet minimus defectus in teſte impedit,vt non poſſit deferri iuramentũ in ſupplementum probationis. in ſingula. 197. Quo &c. quod limita vt ibi.

Iudici,vel arbitro in forma teſtis,non creditur de geſtis coram eis in cauſa, in qua iudicarunt.in ſing.197.inc.Quo ad hoc.

Teſtis,qui non dẽt examinari,examinatus,non facit indicium.in ſing. 198.incip.Teſtis.

Teſtis examinatus poſt terminum datum ad probandum, facit aliquod indicium.in ſing.198.inc.Teſtis.poſt prin.

Teſtis,qui non debebat examinari,examinatus facit indicium , quod limita , niſi fuerit à principio oppoſita exceptio, antequam examinaretur ſuæ inhabilitatis,quoniam tunc examinatus,non facit indicium.in ſing.198.inc. Teſtis qui non debet.circa med.

Sufficit quod teſtes in eũdem rei finem concordent, licet per diuerſa verba. in ſing.206.inci.Incertitudo.

Teſtes examinati à iudice incompetenti,non faciunt fidem coram competenti,quod fallit in vno caſu poſito in ſing.211.inc.Teſtes.

Si teſtis dicit vnum in iudicio ſolenniter , & aliud extra iudicium , ſtatur dicto iudiciali.in ſing.212.inc.Communis omnium.

Dictum teſtis extra iudicium,operatur,ſi eſt factum poſt depoſitionem iudicialem,quod tunc iudex non poterit procedere ad ſententiam ſecundũ dictum iudicialiter factum.in ſing.212.inc.Communis omnium.

Papa non poteſt diſpenſare,quod dictum teſtis valeat ſine iuramento.in ſing. 214.inci.Ad validitatem.

Teſtes ſi dixerunt ſe fuiſſe præſentes rapinæ interrogati in cauſa ſcientiæ dixerunt quia viderunt rem auferri de manibus accuſantis per accuſatum, per hoc non probatur rapina.in ſing.267.inc.Dubia probatio.

Teſtis ſi eſt ſpurius,non facit ſemiplenam probationem adeo quod in ſupplementum probationis poſſit deferri iuramentum illi , qui examinat pro ſe illum teſtem ſpurium.in ſing.273.inc.Notiſſimum.

Teſtis ſi eſt vſurarius, non facit ſemiplenam probationem,adeo quod poſſit deferri iuramentum in ſupplementum ei,qui illum produxit.in ſingu.273. Notiſſimum.

Iudæus non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum,etiam ſi efficiatur Chriſtianus.in ſing.274.inc.Notiſſimum.

Teſtis ſpurius,qui alias eſt bonæ conditionis,& famæ,probat ſicut alius teſtis in ſing.273.inci.Notiſſimum.

Teſtis ſpurius effectus religioſus probat plene.in ſing.273.

Frater religioſus poteſt eſſe teſtis pro fratre.in ſing.273.in 2.col.

Licet non credatur teſti,deponenti non veriſimile,tamen hoc non procedit in teſtibus valde dignis.in ſing.273.incip.Notiſſimum.

Teſtium dicta recepta inter alias perſonas faciunt quo ad alios ſemiplenam probationem.quod limita vt in ſingu.276.inc.Parum.

Teſtes inſtrumentarij contradicendo inſtrumento,an & quando reddant ipſum ſuſpectum.in ſing.285.inc.Multi.

Si aliqui teſtes deſcripti in inſtrumento ,contradicunt ipſi inſtrumento,tamẽ ſi remanent firmi tot teſtes pro inſtrumento,quod ſufficiant ad validitatem inſtrumenti , tunc non obſtante contradictione illorum , inſtrumentum non vacillat,ſed remanet firmum.in ſing.275.inc.Multi ſunt.& ibi etiam vi deas aliud not.verbum in materia teſtium.

Teſtes ſi ſint examinati ſuper aliqua percuſſione,vel vulnere facta inter duos rixantes,& dicunt quod non viderunt quando fuit facta percuſſio,ſeu vulnus,ſed viderunt eos inuicem rixantes,& quod ſtatim dimiſſa rixa dicunt, quod viderunt illum eſſe percuſſum,vel vulneratum,certe ex hoc reſultat indicium indubitatum,quod iſte vulnerauerit,vel percuſſerit illũ , ex quo deueniri poterit ad condemnationem.in ſing.288.inc.Dixi tibi.

Teſtes de nouo reperti admittuntur extra tempus probationum,& poſt concluſionem in cauſa.ſing.297.inc.Teſtes.

Si iudex dedit licentiam Titio producendi teſtes poſt concluſum in cauſa cũ cõditione,ſi iurauerit eos ſibi nouiter notos,& poſtea probetur eos antea fuiſſe ſibi notos,examinatio in totum corruit , quia ſub illa conditione,ſi iurauerit eos ſibi nouiter notos, ſubintelligitur alia conditio tacita,videlicet,& ita ſit.in ſing.297.inc.Teſtes de nouo.

Magis creditur dicto teſtis cum iuramento,quam ſine iuramento,quod fallit,niſi pro dicto ſine iuramento ſint præſumptiones,& pro dicto cum iuramento non ſint præſumptiones.in ſing.268.inc.Remotum.

Licet teſtis poſſit corrigere dictum ſuum ante aperturam proceſſus , & antequam loquatur cum parte,hoc tamen fallit, niſi ſua teſtificatio fuerit per partem acceptata.in ſing.315.inc.Acceptatio.

Teſtis non rite examinatus,licet ſit omni exceptione maior in cauſis ciuilib. non facit ſemiplenam probationem,& in criminalibus non facit indicium in ſing.342.inc.Quando teſtis.

Teſtis omni exceptione maior non facit indicium ad torturam,ſi eſt ſolus , & ſecum non concurrant alia indicia.in ſing.342.inc.Quando.

Magis creditur paucis teſtibus veriſimiliora deponentibus,quam multis deponentibus non veriſimilia.in ſing.343.inc.Veriſimilitudo.

Teſtis dictum factum parte non citata,ſi tamen eſt veriſimile debet apud bonos,& graues viros concludere.in ſing.eo.

Teſtis non idoneus ſi deponit veriſimilia,vel habet præſumptionem pro ſe efficitur idoneus.in ſingu.343.incip.Veriſimilitudo.& in ſing. 451. incipien. Decreui.

Teſtis de auditu auditus licet non probet,tamẽ facit qualemqualem præſumptionem,ſeu coniecturam.in ſingulari.371.inc.Teſtis.

Si teſtis laborat aliquo defectu,ex toto non repellitur, ſecus ſi contra eũ plura laborant,quia tunc in totum repellitur.in ſingula.385.incipiente.Dicit quoddam.

Teſtes ſeptem ſi deponunt pro teſtamento,& ſint conteſtes,& interrogati,an alij fuerint præſentes,vnuſquiſque ipſorum dicit ſe non recordari , tamen plene probant teſtm.in ſing.401.inc.Neſcio aliquem contractum.

Teſtis examinatus dicit aliquid factum fuiſſe præſente tali,ille aũt examinatus an fuerit præſens illi actui,dicit quod non,attamen per talem contradictionem , non annullatur dictum vnius teſtis. in ſingula. 408. incipiente,Attende.

Dicta teſtium ſunt adiuuanda,& non impugnanda nec cauillanda.in ſing.418. inc.Dicta teſtium.

Teſtis,qui audiuit,ſi dicit ꝙ vidit,ſaluabitur eius dictum. in ſingu. 418.incip. Dicta teſtium.

Si producitur in teſtem laicus,cui fuit aliquid dictum in ſecreto,& in confeſſione,& cum iuramento,tenetur illud reuelare non obſtante iuramento.in ſing.414.inc.Accipe queſo.

Plures ſunt caſus,in quibus valet dictum vnius teſtis, & facit plenã probationem.in ſing.433.inc.Tria.

In cauſis ſummarijs,& breuioribus,& in iudicijs poſſeſſorijs per vnum teſtẽ, vel per famam,ſit plena probatio.in ſing.433.inc.Tria.

Teſtis non iuratus,non probat,nec papa poteſt diſpenſare , quod teſtis non iuret.quod tamen limita vt in ſing.434.inc.Alias.

Si teſtes omnes concordant in dicto,ſuper quo deponunt,licet aliter non appareat,ꝙ omnes eodem tempore fuerunt præſentes,tamen in dubio præſumuntur conteſtes.in ſing.436.inci.Pluralitas.

Dictum teſtis ſine iuramento,non valet,quod limita in teſte,cuius fides eſt approbata ab vtraque parte,nam dictum talis teſtis probat ſine iuramento. in ſing.460.inc.Notiſſimum fore opinor.

In teſtibus,quod deficit in fide,ſupplet numerus.in ſing.476.inc. In teſtibus, &c.quod tamen limita in criminalibus vt ibi.

Si vnus teſtis contradicit alteri,neutri creditur,quod fallit niſi vnus ipſorum ſit melior,vel dignior altero,intantum quod prouocaret iudicem ad deferendum iuramentum in ſupplementum probationis,quia hoc poterit facere iudex.in ſing.488.inc.Dignitas.

Timor Si apparent acta extrinſeca timoris,& violentiæ, tunc licet timẽs violentiam inferri faciat actum animo læto, & iocundo , præſumitur tamen per metum. ſing.325.inc.Dixi tibi &c. ante ſi.

Fuga facta per illum,qui timebat accuſari,vel inquiri de delicto, non facit indicium contra eum ad torturam.in ſing.497.inc.Sepiſſime.

Idem operatur timor rei,quod operatur ipſa res.in ſing.eo.

Tortura probatur a communiter accidentibus. in ſingula.1.incipiente , Argumentum.

Reus poteſt poni ad torturam præcedentibus indicijs contra eum : quod tamen

tamen fallit in clerico.in ſing.55.incip.Aduertas.

Ad torturam perueniri non poteſt, niſi indicia præcedant, quod tamen fallit in vno caſu, de quo in ſing.117.incip.Ad torturam.

Torturæ nemo ſe ſubiici debet, nec carceribus.in ſing.164.incipiente, Nemo debet.in prin.

Si iniuſtè tortus occidit iudicem, qui eum torſit, non punitur pœna mortis. in ſing.455.incip.Difficillimum.

Tranſactio generalis facta ſuper re, de qua litigabatur, licet extẽdatur ad connexa & acceſſoria, non tamen extenditur ad expenſas.in ſing.251.

Tranſuerſales agnati vltra decimum gradum non admittuntur ad ſucceſsionem, quod tamen fallit in ſucceſsione illuſtrium perſonarum, puta Comitum & Baronum.in ſing.422.incip.Agnati.

Tutor. Quando tutores, vel curatores faciunt aliquem actum in rebus pupillorum, debent eſſe cauti, & illa facere cum conſenſu matris pupillorum, & attinentium: quoniam licet male ſuccedat, ipſe tutor non tenebitur.in ſingu.417.incip.Præſentia.

De litera V.

VArietas eſt maximæ importantiæ in teſte.de quo in ſingu.103.incip. Varietas.

Vaſallus perdit feudum ex pluribus cauſis, de quibus in ſingul.122. incip.Vaſallus.

Vaſallus propter delictum domini non priuatur feudo, imo vaſalli propter delictum domini efficiuntur franchi.in ſingu.122.inci.Vaſallus.

Vaſallus, qui non petiit inueſtituram debito tempore, non tamen eſt priuandus feudo ſine citatione.in ſing.195.inci.Nemo.

Vaſallus non poteſt occidere dominum impunè, etiam ſi ſit bannitus dominus, & ſtatutum permittat bannitum occidi a quocunque. in ſingu.210. incip.Iura ſanguinis.in fi.

Vehemens opinio conſona veritati idem operatur, quod certitudo.in ſingu. 205.incip.Vehemens.

Vehemens adminiculum ſupplet ſemiplenam probationem.in ſing.205. inci. Præterito.

Vehemens infamia etiam ſine alio indicio ſufficit ad torturam. in ſing. eod.

Venditio. Aliud eſt vendere, & aliud facere pactum de vendẽdo.in ſing. 469. incip.Dixit profecto.

Venditor rei licet promittat in venditione pro dicto, & facto ſuo tantum, attamen tenetur etiam de facto illius, cuius eſt hæres.in ſing.475.inci.Non eſt tibi nouum.

Verba. Cui non conueniunt verba legis, non conuenit eius diſpoſitio. in ſing.339.incip.Cui non conueniunt.

Verba enunciatiua emiſſa propter aliud, non probant, nec diſponunt.in ſing. 442.inci.Vulgata iuris regula, &c.quod fallit in dote.vt ibi.

Veriſimile. Remotum a veriſimili dicitur quædam falſitatis imago, & veriſimilitudo eſt magnæ importantiæ.in ſing.298.incip.Remotum.

Vnum veriſimile additum pluribus veriſimilibus, facit plenam probationem. in ſing.396.incip.Veriſimilitudo.

Magis creditur paucis teſtibus veriſimilia deponentibus, quàm multis deponentibus non veriſimilia.in ſingula.343.incip. Veriſimilitudo.

Veriſimilitudo eſt magnæ importantiæ. vt in ſiugula.343. incipiente, Veriſimilitudo.

Veritas vbi haberi non poteſt, ſtatur præſumptioni.in ſingu.451.incipiente, Decreui.

Via publica. Appellatione viæ publicæ, non venit flumen publicum.in ſingula.68.incipiente, Statuto cauetur. ſecus autem eſt in ponte ipſius fluminis, vt ibi.

Viam, quam quis eligit, ſibi patere debet.quod amplia vt in ſing.213.incipiente, Viam.

Vice gerens Papæ non poteſt diſpenſare contra ius poſitiuum ſine cauſa, licet Papa hoc poſſet facere.in ſingu.230.inci.Antiqua.

Victus victori debet condemnari in expenſis. quod amplia vt in ſingul. 207. incip.Victus.

Victualia. Incantans victualia, & offerens plus debito, vt alij plus emant, punitur crimine ſtellionatus.in ſing.441.incip.Licet de iure &c.

Vidua committens ſtuprum, ita perdit dotem, & actionem ad repetendam dotem, ſicut vxor committens adulterium viuente marito.in ſing.416.inc. Plures profecto.

Vidua habens tutelam filiorum, ſi committit ſtuprum, ita perdit tutelam filiorum, perinde ac ſi tranſiret ad ſecundas nuptias.in ſingu. 416. incipien. Plures profecto.

Vindicta. An ille, cui permittitur facere vindictam, poſsit illam alteri demandare.in ſing.175.incip.Conceſsio.poſt med.

Habens poteſtatem a lege faciendi vindictam in aliquo caſu, non poteſt illã mandare alteri, quod tamen fallit in filiis, quibus pater poteſt mandare talem vindictam.in ſing.448.inci.Habens.

Violentus inuaſor punitur pœnis, de quibus in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi. quod limita vt in ſing.167.inci.Violentus.

Votum. Si alicui ſint aſsignata confinia, & ipſe promittit non exire de confinibus ſub pœna, ſi tamen exit de confinibus, ut uadat ad complendum votum, non incidit in pœnam.in ſing. 149.incip.Vouentes.

Vox viua, eſt dignior voce mortua, & illi præfertur. in ſingul. 459. incip. Vox viua.

Vſurarius eſt infamis.in ſing.273.inci.Notiſsimum.

Vſurario inſtituto, dicitur inſtituta turpis perſona.in ſingula. 273. incipien. Notiſsimum.

Vulneratus. Si vulneratus moriens, dicat ſe mori ex defectu medici, talis eius confeſsio non prodeſt vulneranti.in ſingu.22.inci.Confeſsio.

F I N I S.

i 18999657


colorchecker CLASSIC
mm
calibrite